

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS
ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA
ECCLESIAE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI
SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

INNUMERABILIBUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO
SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM AUTEM UNUSQUISQUE
PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ;
ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET
IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS,
A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER
SIMILIS, PRETHI EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,
PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES,
LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA,
JAM INTEGRÆ EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS CONSTAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA
DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET
FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE IN-
TRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE
MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETHI HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPOR,
COLLECTIONEM INTEGRAM GRÆCAM VEL LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITU-
DINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETHIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS III.

S. DIONYSIUS AREOPAGITA.

EXCUDERETUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM
SEU PETIT-MONTRUGE.

Handwritten text, possibly a signature or initials, located in the center of the page.

SÆCULUM I.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

ΤΟΥ ΑΡΕΙΟΠΑΓΓΤΟΥ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S. DIONYSII

AREOPAGITÆ

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

ET COMMENTARII QUIBUS ILLUSTRANTUR,

STUDIO ET OPERA

BALTHASARIS CORDERII,

SOCIETATIS JESU DOCTORIS THEOLOGI.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORÆ.

TOMUS PRIOR.

In quo universus Sancti textus, et Georgii Pachymæ Paraphrasis Græce et Latine, cum Adnotationibus Balthasaris Corderii in singula capita continentur.

VEVENT DUO VOLUMINA 16 FRANCIS GALLICIS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOCCE TOMO III CONTINENTUR.

S. DIONYSIUS AREOPAGITA.

De cœlesti hierarchia.	col. 119
De ecclesiastica hierarchia.	369
De divinis nominibus.	586
De mystica theologia.	997
Epistolæ.	1065
Liturgia S. Dionysii.	1125

PROLEGOMENA.

DISSERTATIO

DE OPERIBUS S. DIONYSII AREOPAGITÆ.

(D. LE NOURRY, *Apparatus ad Bibl. max. Parisiis*, 1703, in-fol., p. 169.)

CAPUT PRIMUM.

Analysis omnium S. Dionysii Operum.

§ I. *Liber de cœlesti hierarchia.* — Primus liber Dionysii Areopagitæ nomine inscriptus, titulum *De cœlesti hierarchia* præfert, isque, sicut et alii subsequentes Timotheo sympresbytero nuncupatur. Ab ipso autem hujus libri exordio (cap. 1) auctor omnem lucem a Deo Patre ad nos derivari professus, ad suum de rebus cœlestibus, iisque difficillimis, sed quæ materialibus et corporeis adumbratæ erant, argumentum cum ex Scriptura sacra, tum ex Patribus, implorata prius Christi Domini ope, tractandum aggreditur. Quapropter (cap. 2) ille, facta operis sui distributione, primum aperit cur Scriptura divina angelos figuris adeo ignobilibus, atque ab eorum natura tam alienis, ubique nobis representet. Tum (cap. 3) omnem universam hierarchiam definit dividitque; ac quis ejus finis et scopus, quæque sint ejus functiones et munia enucleate demonstrat. Hinc (cap. 4) ad ipsius angelicæ hierarchiæ explicationem transit, et ostendit Deum a nulla creatura excellentius participari quam ab angelis; qui quidem quia alios in divinitatis cognitionem adducunt, ideo illo angelorum nomine sunt donati. Atque hac data occasione, docet eorum ministerio non solum divinas in Veteri Testamento visiones exhibitas fuisse, sed Christi etiam Incarnationem in Novo Fœdere nobis annuntiatam. Exponit insuper (cap. 5) cur angelorum nomen, quod ultimo cœlestium spirituum ordini speciatim convenit, cæteris indiscriminatum ita tribuatur, ut ipsi tamen aliorum vicissim nomine nunquam appellentur. Ad angelorum divisionem inde (cap. 6) progreditur, atque ostendit eos in tres hierarchias, et singulas quasque hierarchias in tres ordines sic distribui; ut prima Seraphinorum (cap. 7), Cherubinorum, Thronorum; secunda vero Dominationum (cap. 8), Virtutum, Potestatum; tertia denique Principatum (cap. 9), Archangelorum et Angelorum ordines complectatur. Deinde (cap. 10) quomodo quælibet hierarchia purgetur, illustretur, ac perficiatur, enucleat; planumque facit (cap. 11) cur omnes Angeli virtutum cœlestium nomine, quod secundo secundæ hierar-

A chix ordinis peculiare est, promiscue vocentur. Nonnullas postea, quæ ad argumentum suum spectabant, difficultates enodat et solvit (cap. 12), nimirum cur episcopus dicatur angelus Domini omnipotentis, cur ex Seraphinorum ordine unus ad Isaiam missus fuerit, quantusque sit Angelorum numerus (cap. 13). Denique (cap. 14) corporeis imaginibus, quibus angeli in Scriptura figurantur, singillatim explicatis, librum absolvit.

§ II. *Liber de ecclesiastica hierarchia.* — In illo priore libro alterius, quem *De ecclesiastica hierarchia* inscriptum voluit, fundamenta quidem jecerat; sed ipse nisi Timothei precibus victus, manum ei se non admovisse testificatur. Huic autem Timotheo, ne mysteria nostra non initiatis aperiat, cum a libri sui principio sedulo præcepisset (cap. 1), ostendit quo ex fonte hierarchia ecclesiastica illustrationes suas hauriat, in quo cum cœlesti conveniat, vel ab ea discrepet, quæ sit ejus definitio, principium et finis, ac tandem cur illa symbolis figurisque corporeis velata nobis tradatur. Post hæc ad singula quæ ad eam spectant, propius accedens, de sacramentis baptismi (cap. 2) et Eucharistiæ (cap. 3), de sacri unguenti seu chris-matis, τοῦ μύρου, consecratione (cap. 4), de ordinatione sacrorum Ecclesiæ ministrorum (cap. 5), episcopi scilicet, presbyteri et diaconi, ac de solemnibus monachorum professione (cap. 6) articulatum disputat. His accuratam subjungit cæremoniarum, quibus mortuorum corpora sepeliebantur, descriptionem expositionemque; et subinde de infantium baptismo disserit. Tum denique Timotheum, si quas clariores horum mysteriorum cognitiones habeat, vel habere possit, ut eas secum benevole communicet, obtestatur atque obsecrat.

§ III. *Liber de divinis nominibus.* — In tertio libro, quem auctor noster post editum *Hypotyposeon theologiarum* volumen se conscripsisse asserit, de nominibus divinis disputat (cap. 1). Ille autem ex Scripturis sacris, ubi omnia Dei, qui ἀνώνυμος et πολυώνυμος est, nomina exhibentur, argumentum suum tractaturum se esse profitetur. Et quidem duplicis generis esse dicit (cap. 2) ea Dei nomina: alia, uti vocant, absoluta et essentialia, quæ naturæ

divinæ tribusque sanctissimæ Trinitatis personis absque divisione ulla conveniunt; alia, ut loquuntur, relativa, quæ unicuique personæ singillatim ita competunt, ut alteri non possint attribui. Ad ea porro explicanda Hierothei cujusdam magistri sui libro utitur, ibique (cap. 3) cur post eximium illum virum, quem maximis laudibus exorcat, et quocum dormitioni Dei Genitricis se interfuisse dicit, ad conficiendam lucubrationem suam animum appulerit, paucis ille declarat. Post hæc (cap. 4) singula Dei nomina edisserit, atque a boni et bonitatis, pulchri et pulchritudinis, amoris, dilectionis, amabilis dilectique expositione orditur. Hinc autem arrepta occasione, quasdam de natura et origine mali quæstiones enucleat, et quomodo in angelos cadere potuerit, luculenter aperit. Prosequitur deinde (cap. 5) inchoatam nominum Dei explanationem, et nomen entis, quod Deo ita tribuitur, ut cæterorum omnium ipsum sit principium et causa, ad eum tractat modum (cap. 6), ut, quomodo in Deo rerum omnium exemplaria præexistierint, ibi quoque patefaciat. Explicat præterea quomodo Deus vita sit, a quo suam cætera viventia accipiunt: quomodo (cap. 7) sit sapientia ipsa, *omnis mentis, rationis, sapientiæ, intelligentiæ causa*; quomodo (cap. 8) omnia cognoscat, et a creaturis cognoscatur: quomodo Verbum, *Λόγος*, sit veritas, ac fidei nostræ fundamentum: quomodo ex infinita ejus potentia aliæ omnes deriventur; atque (cap. 9) ejus justitia omnium norma sit, salus et redemptio. Ad hæc vero (cap. 10) cur *Deus magnus et parvus, idem et aliud, similis et dissimilis* dicatur: quæ sit ejus quies, sedes et motus, cur nominetur æqualis, omnitenens, *παντοκράτωρ*, *antiquus dierum, antiquus et novus*; ibique *temporis et æternitatis* naturam explanare contendit. Postea (cap. 11) de pace Dei, qui omnis pacis auctor est, disserit, eamque ab omnibus desiderari demonstrat. Dehinc (cap. 12) ad ea respondet quæ Timotheus data ad eum epistola poposcerat, quid sit *per se esse, per se vita, per se sapientia*. Tum subinde ad divinorum nominum explanationem reversus, perspicuum facit (cap. 13) cur Deus vocetur *Sanctus sanctorum, Rex regum, Dominus dominantium, Deus deorum*. His ita explicatis, monet se divina nomina pro suis viribus, non pro eorum dignitate sic explicuisse, ut, si quid recte a se dictum fuerit, id totum in Deum ipsum refundi debeat; si quid vero minus recti et perfecti, illud Timothei peritia velit esse correctum. Spondet denique se *de symbolica theologia* post hæc esse scripturum, atque ita libro suo finem imponit.

§ IV. *Liber de mystica theologia*. — Quartum librum, *De mystica theologia* titulo inscriptum, auctor noster ab sanctissimæ Trinitatis invocatione inchoat (cap. 1), Timotheumque commonefacit mystica cum viris paganis non esse communicanda. Ipsi subinde significat, ut ad Dei, qui infinite supra nos elatus, immensa caligine abscon-

ditur, ac negationibus magis quam affirmationibus cognosci potest, mysticam contemplationem perveniat (cap. 2), super res omnes sensibiles et intellectuales esse assurgendum (cap. 3). Manifestum deinde facit quæ essent illæ negationes, seu perfectiones Dei negativæ, easque rerum cum corporearum et sensibilibus, tum spiritualium et intellectualium (cap. 4), quæ in Deo esse nequeunt, nuda et simplici enarratione explicat.

§ V. *Epistolæ*. — Decem quoque epistolæ Dionysii Areopagite nomen præferentes, his quatuor auctoris nostri libris subnectuntur. Harum quatuor priores, ad *Caium θεοπεύτην* datæ, brevissimæ sunt, eæque epistolarum potius fragmenta, quam epistolæ integræ videntur. In earum prima perfectissimam Dei cognitionem, quæ a nobis accipi possit, eam auctor esse dicit, quæ ex attributis ejus negativis *per excessum*, et non privative habetur. In secunda exponit *quomodo qui est super omnia, sit supra principium divinitatis et bonitatis*. In tertia vero quod Malachias propheta de Christo prænuntiaverat: *Repente veniet ad templum sanctum suum*, hoc brevi explanatione interpretatur. Demum in quarta Christum Deum fuisse et hominem, et *θεανδρικὴν* operationem exhibuisse demonstrat.

Quinta epistola eodem ac præcedentes stylo exarata, ad *Dorotheum λειτουργόν* directa est. In ea autem quæ sit *caligo divina* auctor aperit, planumque facit tunc Deum vere cognosci, cum ille super omnem scientiam et cognitionem esse cognoscitur.

Ad *Sosipatrum presbyterum* sexta missa est, illa que omnium licet brevissima, formam tamen habet epistolæ. Hac auctor noster Sosipatrum ut operam suam non tam in arguendis hæreticis quam in veritate stabilienda ponat, amice monet.

Septima ille Polycarpo episcopo, qui ipsum ab Apolliphane sophista, quod opiniones gentilium confutando, eas sincere non proposuisset, palam incusari nuntiaverat, respondere videtur. Ait itaque se cum adversus gentiles disputaret, res prout se haberent, vere semper retulisse; Polycarpumque rogat ut Apolliphani significet eum ipsum esse, qui *divinis adversus divina abutitur*. Etenim non solum iis quæ Josuæ et Ezechiæ temporibus acciderant, insolitis cælorum motibus, sed in primis stupenda, quam Heliopoli, dum Christus crucifigeretur, ille secum viderat, solis defectione, de ejusdem Christi divinitate fuerat convictus. Quod ipsi ut in memoriam revocet, atque ad amplectendam Christianam religionem adhortetur, obsecrat et præcipit.

Demophilum monachum, qui pœnitentem a sacerdote absolutum, ipsumque sacerdotem a quo fuerat absolutus, durius tractaverat, epistola octava corripit. Quamobrem clementiam mansuetudinemque commendat, ac variis Moysis, Davidis, Josephi, angelorum, et Christi Domini exemplis probat sacerdotes a monachis non esse arguendos,

atque ante ipsum qui id attentare ausus fuerit, inventum esse neminem. Denique peccatorem poenitentem ab ipso non debuisse rejici mira sancti Carpi visione demonstrat.

Epistolæ nonæ ad Titum episcopum datæ initio quid figuræ symbolicæ et corporeæ, quæ Deo in Scriptura sacra tribuuntur, significent, auctor noster enucleat. Deinde ea quæ Titus postulaverat, explanare aggressus, ostendit quid sit *ebrietas, discubitus, somnus et evigilatio Dei*. Ex quibus facile colligas ibi nihil aliud quam priora capituli noni Malachiæ prophetæ verba explicari.

In epistola decima, ad Joannem evangelistam, in insula Pathmos exulantem directa, auctor noster celerem illi ab exilio in Asiam reditum, ibique se ejus præsentia fruturum certo prænuntiat.

Adjecta est in nonnullis editionibus undecima auctoris nostri ad Apollonem philosophum epistola : sed cum ea vix ab ullo genuina esse censeatur, de illius veritate, ne cum aliis quarum major est difficultas, confunderetur, in fine hujus Dissertationis disputabimus.

CAPUT II.

Exponitur status quæstionis, et qua methodo tractabitur.

De his lucubrationibus si ex ipso earum testimonio feratur sententia, certum est illas non alium quam Dionysium Areopagitam, a Paulo apostolo ad Christianam fidem adductum, ejusque postea discipulum, habuisse auctorem. Verum enimvero quæ de solis, Christo moriente, eclipsi, de corpore Deiparæ Virginis post ejus mortem a se et ab apostolis viso, de Joannis evangelistæ ab exilio regressu dicuntur, eas a Dionysio illo scriptas esse clamant et testificantur. Sed illud vocatur in controversiam num horum auctor scriptorum is vere sit Areopagita, quem se prodit : vel e mentito tanti viri nomine scriptis suis auctoritatem voluerit attribueri. Hæc autem quæstio ob auctoris nomen, et summa quæ in his operibus tractantur argumenta, tanti ponderis et momenti visa est, ut vix alia fuerit, in qua examinanda critici majorem diligentiam adhibuisse videantur.

Porro autem duas illi scinduntur in partes. Alii siquidem scripta hæc omnia a Dionysio ipso, cuius nomine inscribuntur, profecta esse censent. Quæ quidem opinio ab eo tempore quo illæ in vulgus prodierunt, usque ad decimum sextum Ecclesiæ sæculum, paucis nequidquam reclamantibus, apud omnes fere invaluit. Alii e contrario eadem opera cum libris tum epistolas Dionysio Areopagitæ plane penitusque abjudicant, eaque adulterina et tanto viro supposita esse arbitrantur. Hanc vero opinionem cum Valla et Erasmus amplexati fuissent, acerrimos omnium sibi adversantium impetus exceperunt. Sed ii demum ita fracti sunt, ut pene omnes tam Catholici quam hetero-

A doxi pedibus in eorum iverint sententiam, eamque plurimi variis lucubrationibus, in lucem editis, propugnandam susceperint. Contra tamen stant aliqui pro antiquiorum opinione, quam prolixis etiam Dissertationibus, in vulgus non ita pridem emissis, defendunt ac tuentur.

Hæc itaque quæstio cum pro officio nostro rursus ad examen revocanda sit, illam ita tractabimus, ut, omnibus utriusque partis rationibus æqua lance ponderatis, earum vim et robur, aut levitatem et vitia clare et perspicue, quantum per nos fieri poterit, patefaciamus. His autem ea omnia adjiciemus quæ ad eliciendam confirmandamque veritatem et vanas argutias depellendas magis conducere nobis videbuntur. Denique hanc quæstionem pro virili parte ea methodo enucleare satagemus, qua sincerus veritatis amator de his scriptis suum possit facilius et certius ferre iudicium.

CAPUT III.

Utrum quidam scriptores ante Collationem Constantinopolitanam hæc opera Dionysio attribuerint ?

Constat quidem omnia Auctoris nostri Opera post Collationem Constantinopoli anno 553 habitam Dionysio Areopagitæ uno fere omnium consensu fuisse adjudicata. Utrum autem eadem fuerit antiquiorum opinio, inter eruditos etiamnum disceptatur. Dionysiani enim testimonia Origenis ¹, Athanasii, Clementis Alexandrini et Gregorii Nazianzeni ², a quibus hæc scripta vel Dionysii nomine citata, vel indicata opinantur, proferunt in medium. Addunt Dionysium Alexandrinum, ut Anastasius Sinaita, sanctus Maximus et Nicetas Choniates testantur, in eadem Dionysii scripta, ednotationes et scholia edidisse.

Sed contendunt eorum adversarii neque Origenem, neque Athanasium, ut omnes facile concedunt, sed recentiores quosdam horum, quæ citantur, operum esse auctores. Quantum vero ad scholia, certum videri ea Dionysii Alexandrini non esse setum. Eusebius etenim atque Hieronymus, qui Alexandrini hujus patriarchæ opera diligentissime recensuerunt, nullam omnino horum scholiorum fecerunt mentionem. Quid quod Anastasius ac post eum Maximus hanc Dionysium ex rhetorum numero episcopum factum fuisse aiunt ³ : *At magnus Dionysius (verba sunt Anastasii) ex rhetorum numero episcopus factus, in scholiis, etc. Maximus vero ἀπὸ ρητόρων, etc.* Atqui Dionysius, antequam in episcopum Alexandrinum esset assumptus, non rhetoricam profitebatur, sed catecheses apud populum Christianum habebat. Quid ergo inde aliud colligas, quam hæc scholia conscripta fuisse a quodam rhetore, nomine Dionysio, quem Anastasius et Maximus patriarcham Alexandrinum esse falso arbitrati sunt. Neque vero in hoc tantum erravit Anastasius; nam ut cætera facea

¹ Homil. 2, De divers. ² Quæst. ad Antioch. ³ Tom. VI Bibl. Patrum, cap. 12.

mus, in eodem opere Augustinum pro Christo sanguinem suum fuisse asserit : *Facessat*, inquit (cap. 1), *Augustinus, qui suo sanguine in scriptis, tuas in Christo naturas consignavit*. Porro ea auctorum qui hactenus citati sunt, pro Dionysii Operibus testimonia, fidei sunt adeo sublestæ, ut doctiores scriptorum Areopagitæ defensores illa non tantum urgere, sed nec proponere æquum esse putaverint.

Nec majoris ponderis est aliud argumentum, inde ductum, quod Clemens Alexandrinus et in iis quæ de Deo per negationes cognoscendo tradit, et in eo quod homines vitæ gnosticæ deditos, iis qui anchoram navis, ut ad eam accedant, trahunt, comparavit, Dionysium nostrum sit imitatus. Contra enim nonnulli Areopagiticorum adversarii contendunt non Clementem ex vero Dionysio, sed pseudo-Dionysium a Clemente, qui illo antiquior erat, ea quæ referuntur suos adduxisse in usus. Alii vero putant fieri facile potuisse ut uterque, etsi alter alteri minime notus, illam anchoræ navis attractæ comparationem, quæ cuilibet obvia est, adhibuerit. Et re quidem ipsa ab utroque illa diverso plane instituitur modo, et rebus omnino diversis accommodatur. Quod vero de Deo per negationes cognoscendo traditur, id non minus vulgare est et tritum, ac proinde illud etiam potuit a duobus scriptoribus sibi invicem incognitis pariter æqualiterque doceri.

De Gregorio demum Nazianzeno, quem ex auctoris nostri Operibus aliquid deflorasse nonnulli arbitratur, major procul dubio est difficultas. Quidam enimvero eadem Opera Dionysii Areopagitæ fetum esse negantes, fatentur ea a Gregorio Nazianzeno lecta fuisse et pervolutata, ac ipso esse antiquiora. Sed de his infra opportunior dabitur disserendi locus.

CAPUT IV.

Palmarium Areopagiticorum argumentum, ex constanti undecim sæculorum traditione depromptum, proponitur.

Palmarium itaque præcipuumque Areopagiticorum momentum inde ducitur quod anno 533 in Collatione Constantinopolitana hæc auctoris nostri Opera ab Acephalis seu Severianis hæreticis adversus orthodoxos Dionysii Areopagitæ nomine primum citata, paulo post ab ipsis Catholicis pro vero et genuino ejusdem Dionysii fetu suscepta sunt, ac tandem a cæteris omnibus cujuslibet generis et eruditionis scriptoribus ad nostram fere usque ætatem ipsi vindicata. Longos autem horum scriptorum texunt catalogos; sed singulorum testimonia, tum quia prolixiora sunt, tum quia de eorum auctoritate lis nulla movetur, integra non citabimus, singulorum nomen et scripta appellare contenti.

Post Collationem itaque Constantinopolitanam circa sexti sæculi finem Leontius Byzantius, lib. 11, contra Nestor. et Eutychet., et lib. De sect. hæc

A Opera Dionysio Areopagitæ attribuit. Ante eum vero Ephræm patriarcha Antiochenus.

Circa initia sæculi septimi eadem fuit Gregorii Magni sententia homil. 34 in Evangel. Lucæ. Eodem sæculo et Monothelitæ hæretici, et Catholici omnes sive in synodis Lateranensi et Constantinopolitana generali, sive in scriptis suis eadem Opera Dionysio Areopagitæ tribuunt, et vindicant. Et quidem hæretici : Sergius epist. ad Cyrum patriarcham Alexandr.; Themistius epist. ad Marcellin. presbyt., et Steph. diac. Catholici vero : Sophronius patriarcha Hierosolym., epist. ad Serg.; Agatho papa, epist. ad Constant. Pogonat.; Maximus abbas et martyr, in scholiis. Item Adrianus I papa, epist. ad Carol. Magn. pro septima synodo.

B His adjungi potest Theodorus presbyter apud Photium in *Biblioth.*, cod. 11. Quamvis enim incomperta sit illius ætas, antiquissimus tamen esse creditur.

Sæculo octavo, Joannes Damascenus lib. 1 *Orthodoxæ fid.*, cap. 15, et lib. 11, cap. 3; Michael Syngellus laudatus a Theodoro Studita lib. 11, epist. 213; Anastas. Nissenus, *Quæst.* 52 et 52.

Sæculo nono, Nicolaus I sum. pontif. epist. ad Michael. imperat.; Photius patriarcha Constantinop. in *Bibl.*, cod. 231; Hilduinus abbas Sancti Dionysii in *Areopagit.*; Hinemarus archiep. Rem. epist. ad Carol. Calv.; Anastasius *Biblioth.*, epist. ad eundem.

Sæculo decimo, Simeon Metaphrastes, orat. De dormit. Deiparæ. Huc quoque advocari forsitan possunt quidam incertæ ætatis scriptores : Elias Cretensis in orat. 2 sancti Gregorii Nazianz.; Antonius Melissa, lib. 1, serm. 19, et alii nonnulli.

Sæculo undecimo, Suidas in *Collectaneis*.

Sæculo duodecimo, Euthymius Zigabenus monachus Panopl., tit. 11; Hugo a Sancto Victore, Petrus Lombardus in 11 *Sentent.*, et alii postea theologi scholastici.

Sæculo decimo tertio, Nicephorus Callistus, lib. 11 *Histor. eccles.*, cap. 20 et 22; D. Thomas Aquinas in 11 *Sentent.*, dist. 10, quæst. 1, art. 12; Georgius Pachymerius, scriptorum Dionysii paraphrastes.

Sæculo decimo quarto, Theodorus Prodromus.

D Sæculo decimo quinto, Bessario cardinal., lib. 1 *Defens. Platon.*, cap. 3; Dionysius Carthusian. præfat. in Dionys. Areopag.

Sæculo decimo sexto, Facultas Theologiæ Parisiensis in comitiis Sorbonicis Lutherum et Erasmus, eadem scripta a Dionysio Areopagita profecta esse negantes, damnavit, alterum anno 1520. alterum anno 1527. Posterius decretum sæpius in Erasmi, qui eo percellitur, Operibus omnibus pervulgatum est, et cuilibet obvium. Prius vero, quo Lutherus proscibitur, hactenus ineditum, in Sorbonæ libris, ex quibus illud transcripsimus, his verbis concipitur : *Additur et hæc ex libro de Captivitate Babylon. 1 In Dionysio, qui scripsit de cælesti hierarchia, nihil sermone est solidæ eruditionis : et*

omnia sunt illius meditata in præfato libro, ac somniis prope simillima. In Theologia autem mystica perniciosissimus est, platonizans, magis quam christianizans. In ecclesiastica vero hierarchia ludit allegoriis, quod est otiosorum hominum studium. » Hæc propositio est falsa, temerarie et arroganter asserta, ac viro sancto, insigni eruditione claro, injuria, quem Damascenus divinum Areopagitam. Pauli discipulum acerrimum, et Dei loquentissimum appellat.

Atqui, inquirunt Areopagitici, verisimile nulli fiet tot tantosque ac tot per sæcula doctissimos homines, concilia, summos pontifices, scriptores eruditos, tam parum accurati fuisse criterii, et omni ecclesiasticæ historiæ scientia ita orbatos; ut de aliorum horum scriptorum quærendo auctore ne unquam quidem cogitaverint? Quis in eos tantam oscitantiam, supinitatem, cæcitatem cadere potuisse sibi unquam persuadeat? Tot ergo auctoribus scientia, dignitate, auctoritate præstantissimis hanc tanti erroris notam inurere nefas esse nulli plane non videbitur.

CAPUT V.

Responsiones Antiareopagiticorum, et præcipua eorum adversus hanc traditionem argumenta discutuntur.

Qui hæc scripta germanum Dionysii Areopagitæ opus esse negant, aiunt ex hujuscemodi traditionibus ut aliquid certi concludi possit, constantes eas esse debere et omnino perpetuas. At hæc de scriptis illis, Dionysio Areopagitæ tribuendis traditionem nec constantem fuisse nec perpetuam, tribus potissimum argumentis demonstrari posse contendunt.

Primum est, quod hæc eadem scripta, quæ propter auctoris nomen, et res sacras, ac plane divinas, quæ in eis pertractantur, celeberrima esse debebant, et omnibus Christianis notissima, per tria tamen priora Ecclesiæ sæcula nulli omnino cognita fuerunt, sed altissimo prætermissa silentio, tenebrisque obruta densissimis.

Quid quod, ii qui per ea tempora de Dionysio Areopagita aliquid memoriæ mandarunt, vel qui accuratissimos scriptorum ecclesiasticorum ediderunt catalogos, puta Dionysius Corinthius, Eusebius, Hieronymus, nullam vel epistolarum vel librorum ejus mentionem unquam fecerunt.

Denique ii qui errores et hæreses his in scriptis explosas confutant, nimirum Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, atque alii; vel qui in iisdem ac auctor noster argumentis sive fidei, sive disciplinæ ecclesiasticæ tractandis desudarunt, nullibi scripta ejus ad lites suas dirimendas, ad confutandas hæreses, ad veritatem astruendam efficacissima et plane necessaria, citasse unquam leguntur.

Secundum eorum momentum inde eruitur, quod iis etiam sæculis quibus opinio de his scriptis Dionysio adjudicandis invaluit, aliqui variis tem-

poribus nec ineruditi nec ignobiles exstiterunt viri, qui eam aut dubiam esse dixerunt, aut veram esse penitus inficiati sunt.

Tertium denique argumentum ex eo depromitur, quod re maturius discussa, et ad severioris criticæ normam diligentius examinata, opinio illa ab omnibus fere hujuscæ ætatis scriptoribus, si paucos tantum excipias, rejecta tandem et explosa fuerit.

Contra tamen Areopagitici nec recentiorum criticorum, nec aliorum quorundam antiquiorum sententiam, tot scriptorum a se citatorum judicio præferendam esse clamant. Non dissentent tamen nullam Operum Dionysii apud antiquissimos scriptores fieri mentionem: sed argumentum illud negativum esse dicunt, ac proinde ex illo nihil quidquam posse confici.

Verum instant adversarii, atque ex hac eorum confessione urgent illam tot scriptorum traditionem, quæ per tria priora Ecclesiæ sæcula penitus deficit, infirmam omnino esse, fractam et debilitatam. Cui vero, inquirunt, probabile fiet hæc tanti momenti tantique auctoris scripta ita fuisse deperdita, ut tam longo temporis spatio summa omnium oblivione sepelirentur? Enimvero hi libri ad Timotheum, quo eos cum aliis omnibus Christianæ fidei sacramento initiatis, communicaret, ab auctore missi sunt. Atqui si res ita se habeat, Timotheus procul dubio ut ii non solum fidelibus Christianis, sed etiam clericis, ac præcipue episcopis mitterentur traderenturque curare debuit. Hi vero præcipere debuerunt, ut juxta antiquum Ecclesiæ morem eosdem vel apud se, vel in sacris Ecclesiarum scriniis asservandi transcriberentur. Certum insuper videtur aliquod eorum exemplar a Dionysio ipso Ecclesiæ suæ Atheniensi fuisse relictum. Quis ergo inficiabitur eos statim ut Dionysius mortuus est, celeberrimos esse debuisse, et omnibus notissimos?

Sed hæc non morantur Pachymerem. Is quippe nullus dubitat hæc Opera cognita fuisse paganis et ab eis occultata, ut suo post hæc nomine illa publicarent, et eorum patres viderentur. *Sciendum est*, inquit ¹, *aliquos externos philosophos, præsertim Proclum, contemplationibus beati Dionysii frequenter usum fuisse, atque adeo etiam meris ipsis dictionibus. Inde licet opinari veteres philosophos Athenienses ipsius opera vindicantes occultasse, ut ipsi divinorum ejus librorum patres viderentur.* Unde concludit eos per unius et alterius sæculi spatium facile abscondi potuisse et occultari.

At tametsi illud certum esset et verissimum, non inde tamen vis argumenti ullo plane modo minuitur. Quamvis enim et philosophi, atque etiam hæretici omnes, quod vix quidem est credibile, de occultandis Dionysii Operibus conjurassent, vel in eorum etiam conspirassent extinctionem, in plura tamen eorum exemplaria, quæ penes Christianos,

¹ *Proæm. in Dionysii Opera.*

maxime vero episcopos, vel in quarundam Ecclesiarum scriniis servari debebant, nec invadere potuerunt, nec ea illis eripere. Quid quod, cum illa scripta sæculo sexto producta sunt, omnes incredibili applausu ea exceperunt, plurimi magno quidem descriperunt labore, ac quidam etiam illa et notis illustrarunt et scholiis? Cur ergo Dionysii tempore eundem applausum similemque admirationem non excitaverunt? Cur statim atque aspexerunt lucem, illico in tantas obscuritatis latebras fuerunt amandata?

Quidam Areopagitici aiunt illa quidem aliquandiu sparsa fuisse in vulgus, sed omnia eorum exemplaria ab Arianis, qui suos in iis errores damnari videbant, vel occultata, vel sublata e medio. At his pariter opponitur illa saltem exemplaria quæ apud orthodoxos et in eorum Ecclesiis servabantur, ab Arianis nec potuisse abscondi nec auferri. Et certe non minor erat Catholicorum, ad ea scripta, quibus orthodoxæ veritatis astruebantur, manifestanda ardor et studium, quam hæreticorum ad eadem abolenda sollicitudo et audacia. Adde, si velis, quod Ariani hujusce fraudis, vel ab iis qui eorum hæresim ejurabant, vel a quibusdam catholicis scriptoribus fuissent aliquando insimulati atque etiam convicti.

Quapropter alii Areopagitæ defensores has lucubrations, utpote de rebus difficillimis et obscurissimis tractantes, ac elato turgidoque et obscuro exaratas stylo, a tam paucis fuisse pervolutatas affirmant, ut cito longam venerint in oblivionem. Sed illa responsio ipsis auctoris nostri verbis funditus everti arguitur. Ille namque aperte declarat se suum *De divinis nominibus* librum, in quo de rebus sublimioribus et difficilioribus disputat, stylo simplici clariorque conscripsisse ut ea Christianos minus perfectos doceret, quæ Timotheus perfectioribus, et iis qui sublimiora capiunt, tradiderat: *Quapropter, inquit ille* ⁴, *nos quoque seu perfectorum seniliumque sensuum magistrum, alterasque scripturas, quæ divinitus afflatorum scripta proxime assequuntur, iis qui sublimiora capiunt, illum assignamus: nos vero nostri similibus ad captum nostrum res divinas explanavimus... sermonum vero introductoriorum, seu inferioris notæ scientiam ac disciplinam iniantibus, atque ininitatis convenire... ne pro modulo nostro illos, quibus sublimiora nobis contemplandi facultas deest, adminiculo destitutos pateremur, ad scribendum animum appulimus.* Longe ergo a scopo ille aberrasset, si cothurno tragico, ut opinantur Areopagitici, ampullisque et verbis ad pompam effectis turgidior ejus oratio, omnibus ita difficilis esset et obscura, ut a librorum ejus lectione fuissent quilibet deterriti.

Cæterum quantumvis elata et difficilis sit auctoris nostri oratio, cur ejus libri antiquioribus

A secundo et tertio sæculo Christianis, neque eodem ac aliis postea fuerunt in pretio, neque eadem cura perfecti et asservati? Nunquid his hominibus post tot annorum et plurimum sæculorum spatium facti sunt clariores, majorisque ponderis et auctoritatis? Certe liber *De hierarchia ecclesiastica*, ubi disseritur de sacramentis eorumque cæremoniis, quæ quotidiano erant in usu, quæque omnibus sæpissime explicabantur, nulli obscurior esse debebat, poteratque ab omnibus haud difficulter intelligi. Debit ergo antiquissimis Christianis charus esse, et eorum teri manibus; atque illius idcirco debuit saltem aliquando apud primos Ecclesiæ scriptores fieri mentio.

B Hæc quidem cum ab æquioribus Areopagiticis negari non possint, alio responsonem suam derivant, aiuntque in veterum auctorum more non fuisse ut ad suorum dogmatum confirmationem aliorum testimonia adhiberent, nisi id hæreticorum pertinacia ab ipsis extorqueret: imo adversus fidei hostes certamen ex solis divinarum litterarum testimoniis instruebant. Hinc... nec Athanasius ipse Patrum auctoritatibus ad Arianorum debellationem usus est, etc.

C Si res ita se habeat, urgent eorum adversarii, profecto Dionysius Areopagita Operum, quæ illi tribuuntur, auctor dici non potest. Ille siquidem non solum plura magistri sui fragmenta descripsit, sed aliorum etiam citat auctoritatem, sententias et verba, puta Ignatii, Justi, Bartholomæi, Clementis philosophi, nec non Carpi visionem. Quid plura? Aliorum etiam opiniones refert, ac eas quas veteriores esse putat, ipse amplectitur.

Præterea autem, cur Irenæus, Tertullianus, aliique Patres variis Dionysii Areopagitæ, sicut et aliorum decessorum suorum testimoniis adversus sui temporis hæreticos non utuntur? Nunquid hæreticorum pervicacia hæc posteriorum testimonia magis quam Dionysiana ab ipsis extorquebat? Nunquid ad eos confutandos minus ponderis aut efficacitatis habebat Dionysii Areopagitæ quam aliorum auctoritas?

CAPUT VI.

Aliud Antiareopagiticorum argumentum, ex Eusebii et Hieronymi silentio petitum, examinatur.

D Sed age, atque Areopagiticorum adversarios contra propositam eorum traditionem acrius urgentes audiamus. Dicunt itaque scripta Dionysii, quamvis omnibus aliis scriptoribus fuissent incognita, non potuisse tamen summam Eusebii, qui tot bibliothecarum et Ecclesiarum, maximeque Atheniensis, ubi summa cura asservari debebant, scrinia perlustraverat, et qui in inquirendis antiquiorum Operibus nulli pepercerat labori, diligentiam fugere. Atqui omnia auctoris nostri scripta Eusebio nota non fuisse inde patet, quod eorum nullibi unquam mentionem fecerit.

⁴ *De divin. nomin., cap. 3. § 2.*

Baronius, et scientia et purpura eminentissimus, A aperte negat scripta Dionysii Eusebio fuisse penitus incomperta. Cur autem de iis Eusebius tacuerit, si ab eo quæsieris, respondet illum vafri versutique animi scriptorem, cum Arianam hæresim, cui favebat, his libris destrui videret, eos doloso fraudulentoque silentio prætermisisse. Verum hæc doctissimi viri responsio Haloixio, Areopagiticorum acerrimo defensori, ita displicuit, ut eam non sine fastidio his verbis explodat^a: *Nam quod aliqui dicunt eum id fraude fecisse, convicium puto. Quid enim ibi tam clarum pro æterna Christi divinitate, quod non multo clarius in Scripturis sacris contentum sit. . . . nec beatum Irenæum Filii cum Patre æternam coexistentiam clarissime professum citaverunt.* His autem addi potest honorificam non solum B Irenæi, sed etiam Clementis Alexandrini, aliorumque plurimorum, quos Ariana hæresi plane contrarios esse suo loco ostendemus, apud Eusebium fieri mentionem.

Quapropter contendunt alii ex illo Eusebii de Dionysii Operibus silentio nihil certi colligi posse, quandoquidem ille plures alios scriptores, et scriptis et doctrina celeberrimos, atque in primis Athenagoram, qui eximiam Christianæ religionis Apologiam, et De mortuorum resurrectione librum ediderat, tacitus prætermisit. Quod si dixeris scripta Dionysii et auctoris nomine, et suo numero, ac ipsis quæ tractantur argumentis longe cæteris omnibus sæpius transcribi debuisse, variisque in locis C multiplicari, responsum confestim accipies Athenagoræ libros, tametsi forsitan breviores, qui a Christianis tamen describerentur et multiplicarentur non minus dignos videri. Verum opponunt Antiareopagitici quædam in scriptis Dionysii occurrere, nimirum de sacris Scripturarum libris, de solis, moriente Christo, defectione, de obdormitione B. Mariæ Virginis, aliaque bene multa, quæ si in Eusebii notitiâ venissent, ab eo nunquam prætermitti potuerunt.

Idem nonnulli ex Hieronymi, præsertim in libro De scriptoribus ecclesiasticis, silentio argumentum eliciunt. Inde enim concludant Dionysii nostri lucubrationes ipsi incognitas fuisse, nec ante ejus tempora divulgatas. Quasi vero, inquit Areopagitici, alia non fuerit Hieronymiani silentii ratio? De iis enim tantum scriptoribus quos Eusebius commemoravit disputare constituerat. Sed id certis rationum firmamentis ab ipsis erat muniendum. Aliam quippe mentem sibi fuisse idem ipse Hieronymus aperte testatur^a, dum ingens inter se et eos qui de scriptoribus profanis catalogos ediderunt, discrimen intercedere his verbis significat: *Illi veteres historias annalesque replicantes, posuerunt quasi de ingenti prato non parvam opusculi sui coronam texere. Ego quid acturus sum, qui nullum prævium sequens, pessimum, ut dicitur, magistrum me-*

metipsum habeo: quanquam eusebius Pamphili in decem ecclesiasticæ Historiæ libris maximo nobis adjumento fuerit. Ibi enim non obscure declarat se nullum prævium magistrum habuisse, atque Eusebium ipsi tantum maximo fuisse adjumento. Et re quidem vera, sanctus ille doctor quorundam auctorum meminit quorum nulla exstat apud Eusebium commemoratio.

At validius forsitan telum inde contra quosdam Antiareopagiticos torquetur, qui hæc Dionysii Opera ante Hieronymi ætatem edita esse confitentur: hinc quippe conficitur illa Hieronymo, quamvis de iis tacuerit, potuisse nota fieri. Verum illi hoc telo minime se feriri arbitrantur; utpote qui paulo ante Hieronymi tempus ea in lucem prodixissent. Quapropter hæc, inquit, Dionysii Opera in Hieronymi notitiâ non venerunt, atque illa in eorum numero sunt censenda de quibus hunc in modum disserit^b: *Si qui autem de iis qui usque hodie scripti sunt, a me in hoc volumine prætermisisti sunt, sibi magis quam mihi imputare debent. Neque enim celantes scripta sua, de his quæ non legi, nosse potui; et quod aliis forsitan sit notum, mihi in hoc terrarum angulo fuerit ignotum. Certe cum scriptis suis claruerint, non magnopere nostri silentii dispendia suspirabunt.*

Contra vero Areopagitici suum in adversarios ita retorquebunt argumentum. Nunquid hæc eadem scripta, quæ, ipsis fatentibus, statim atque emissa sunt in lucem, omnibus notissima esse cœperunt, soli Hieronymo incognita fuere? Sed nequidquam clamant alii, id retorquetur. Certum quippe est, inquit, scripta Dionysii non ab omnibus eodem modo eodemque tempore fuisse agnita. Atque inde concludunt Hieronymo, in angulo terrarum suum cum exararet librum, delitescenti nihil quidquam de iis recentissime publicatis fuisse compertum.

CAPUT VI.

De iis scriptoribus qui post publicata Opera Dionysii, ea dubia aut adulterina esse putaverunt.

Aliud contra Areopagiticorum traditionem momentum est, quod illa tam alto tamque diuturno tot scriptorum de Dionysii scriptis silentio non solum capite imminuta sit, verum inde etiam concutiatur quod ex tempore quo scripta illa pro Dionysianis haberi cœperunt, inventi sint identidem scriptores aliqui qui id præfracte negaverunt. Et illud quidem primum probari posse putant ex Hypatio, qui in Collatione Constantinopolitana Severianis Operum Dionysii auctoritatem objicientibus sic respondet: *Illam testimonia quæ vos Dionysii Areopagitæ esse dicitis, unde potestis ostendere vera esse, sicut suspicamini? si enim ejus erant, non potuissent latere beatum Cyrillum. Quid autem de beato Cyrillo dico? quando beatus Athanasius, si pro certo scisset ejus fuisse, ante omnia in Nicæno con-*

^a Quæst. 5 de Oper. S. Dionysii. ^b De script. eccles. Prolog. ^c Ibid.

citio de consubstantiali Trinitate eadem testimonia vrotulisset adversus Arii diversæ substantiæ blasphemias. Si autem nullus ex antiquis recordatus est ea, unde nunc potestis ostendere quia illius sint, nescio. Ex his Ilypatii verbis, Catholicorum nomine prolatis, duo colliguntur. Primum quidem nullam apud antiquos horum Operum factam mentionem. Atque ex illa sane Hipatii auctoritate priori argumento, ex silentio antiquiorum petito, non parum accedit roboris et firmamenti. Secundum vero, viros sexto sæculo peritissimos in ea fuisse opinione hæc Opera adulterina esse, et falso Dionysii Areopagitæ nomine inscripta.

Sæculo sequenti divus Maximus, acerrimus eorumdem Operum defensor, fatetur illa a quibusdam Apollinari, ab aliis Dionysio Alexandrino attribui.

Sæculo nono Theodorus presbyter, teste Photio¹, librum quo eadem Opera genuinum Dionysii fetum esse probaret, conscripsit. Sed cur, amabo, ad ea Dionysio asserenda stylum convertit, nisi quia de illis inter eruditos quæstio erat et controversia? quid vero quod Photius ipse ex hoc libro quatuor tantum descripsit argumenta, quibus potissimum illa Opera Dionysio supposita esse demonstrabantur? Inde enim quidam inferunt Photium ipsum eidem sententiæ subscripsisse. Et certe Possevinus², iste Areopagiticorum assertor, de ea Photii opinione sic pronuntiat: *Opera B. Dionysii ut pseudepigrapha videntur ab eo notari.*

Denique sæculo decimo quinto et sequentibus, ubi hæc quæstio diligentius agitari cœpit, critici doctiores, paucissimis tantum exceptis, omnia hæc Opera Dionysio Areopagitæ plane penitusque abjudicarunt.

His omnibus reclamant Areopagitici, aiuntque Opera Dionysii in Collatione Constantinopolitana fuisse primum quidem repudiata; sed ubi Patres rem examinerunt maturius, illa eadem tanquam vera et germana tanti viri scripta ambabus ulnis amplexati sunt. Quod ad cæteros attinet, ii certe, inquit, paucissimi per tot sæculorum intervalla occurrunt; nec illi procul dubio cum tot conciliorum et Sorbonæ decretis, summis pontificibus, Patribus aliisque scriptoribus, qui hæc scripta Dionysio adjudicant vel numero, vel eruditione, vel auctoritate comparandi, multo minus anteponeñdi videntur. Quod si et summos pontifices, et Ecclesiæ Patres, aliosque omnes et cæcitatibus et erroris arguere audeas, nonne præstat cum tot tantisque viris in errorem, si ita loqui fas est, induci, quam quorundam criticorum, forsitan audaciorum, opinionem illorum præferre iudicio?

Instant tamen adversæ partis sectatores omnem hujus responsionis, quantumlibet ponderis habere videatur, vim roborque duplici ex causa omnino frangi et debilitari. Primum quidem quia objecta

A auctorum traditio nec perpetua est, nec constans; quippe quæ, uti probavimus, per priora post Dionysii ætatem sæcula, quod primum præcipuumque requiritur, omnino deficiat. Secundo, neque concilia neque summi pontifices, lata aliquando lege, hæc Opera germanum Dionysii Areopagitæ opus esse sanciverunt, sed illa eo duntaxat nomine, quo inscripta erant, laudasse perhibentur. Nulla ergo temeritatis nota iis inurenda esse videtur, qui, omnibus utriusque partis rationibus æqua lance ponderatis, opinioni illi quam probabiliorem judicant, adhærendum esse censuerint.

Porro ad decreta Sorbonica, a nobis jam citata, quod spectat, negari quidem non potest posteriore adversus Erasmum edicto illum aliosque perstringi, qui, sprete clarorum virorum, id est antiquorum Ecclesiæ Patrum, auctoritate, omnia Dionysii nostri Opera temerario sane et imprudenti novitatum studio Areopagitæ plane penitusque abjudicabant. At priore contra Lutherum decreto, is ea potissimum de causa, et meritissimo quidem jure condemnatur, quod, impietate impudentiaque intolerabili, non solum usurpatam ab auctore nostro ex sui temporis ingenio et more scribendi methodum, sed traditam quoque ab ipso orthodoxæ fidei doctrinam vir audacissimus conculcare et pessumdare ausus sit. Hæc ergo Sorbonæ decreta, inquit Antiareopagitici, nullam censoriæ severitatis notam iis inurunt, qui, salvo semper debito Patribus honore et reverentia, nec temere, sed ratione et iudicio, nec ullo novitatis studio, sed sincero veritatis amore, ab antiqua plurimum, sed non omnium opinione recedunt.

CAPUT VIII.

Argumenta ex ipsis auctoris Operibus desumpta expendantur; ac primum argumenta Areopagiticorum.

Excussum est hactenus primum argumenti genus, quo Dionysii Opera ipsi aliorum auctoritate vel asseruntur, vel abjudicantur; nunc ad secundum, quod ex ipsismet illius Operibus petitur, examinandum accedamus. Illud autem utriusque partis fautores pro sua quique opinione militare arbitrantur. Et primo quidem, si Areopagiticis credas, materia Operum, stylus, locutio, ac denique scriptio tempus, non alium eorum quam Dionysium Areopagitam parentem esse produunt. Materies namque seu argumentum lucubrationum Deus est, Trinitas, angeli, Ecclesia, Ecclesiæ ministri, sacramenta quæ subtilem philosophum, magnamque theologum in sublimissimo argumento versantem arguunt et indicant. Stylus autem et locutio viri est in rebus divinis et sacris meditandis exercitati, qui voces novas ac singulares ad rerum, cæteroqui inexplicabilium, adumbrationem fingere et componere coactus est. Tempus denique scriptio auctorem apostolis ipsis eorumque discipulis cœvum

¹ Bibl. cod. 1. ² Appurat. sacer, verbo Photius.

aperte demonstrat. Etenim ille se solis, Christo A patiente, defectionem vidisse, ac postea Pauli et Hierothei disciplinæ traditum, deinde cum apostolis sacræ Virginis Mariæ exsequiis et funeri interfuisse, ac tandem ad Joannem apostolum in insula Pathmos exulantem litteras dedisse profitetur. At qui hæc omnia neque Dionysio Corinthio, neque Dionysio Alexandrino, neque ulli alii Dionysio, nisi Areopagitæ conveniunt. Ille ergo solus horum Operum, quæ nomen ejus in manuscriptis omnibus cum Græcis, tum Latinis præfixum semper habuerunt, parens et auctor dicendus est. Et certe nefas esse videtur istum auctorem in fœdissimi mendacii, fallaciæ et sacrilegæ simulationis suspicionem vocare, quando quidem scripta ejus non solum ubique sanctitatem spirant, sed ea etiam cum in B monasterium et urbem ejus nomine prope Parisios dicta, asportarentur, variis infirmitatibus in tanti viri honorem applicata, multis divinitus honestata sunt miraculis.

Qui vero ex adversa stant parte, hi respondent materiam operis ab alio æque ac Dionysio Areopagita tractari potuisse, stylum autem et locutionem Dionysii Areopagitæ his in scriptis deprehendi plane penitusque inficiantur. Fatentur quidem auctorem nonnulla iis iuseruisse quibus se apostolorum temporibus vixisse, et Pauli discipulum fuisse incaulis simplicioribus persuaderet; sed contendunt plura in iisdem Operibus imprudenter ab eo adjecta, quibus ea longe post apostolorum et Dionysii C Areopagitæ ætatem prodixisse invicte demonstratur. Utrum autem id, uti opinantur, certis rationum momentis probare possint, a nobis est accurate ponderandum.

CAPUT IX.

Argumenta Antiareopagiticorum examinantur; et primum quidem, inde ductum quod libri Timotheo inscribantur.

Primum Antiareopagiticorum momentum, ex ipsa librorum, qui Timotheo nuncupantur, inscriptione ducitur. Auctor enim noster in libro *De divinis nominibus* epistolam Ignatii Antiocheni episcopi, uti infra dicetur, et laudavit, et ipsissima illius verba retulit. Ergo, inquam, hic liber Timotheo, qui dum ea Ignatii epistola data est, jam mortem obierat, D non potuit inscribi.

Hic non minimæ difficultatis nodus Areopagiticos plurimum torsit, atque ut ab eo se expediant, varias se vertunt in partes. Nonnulli enim cum Baronio opinati sunt hunc Timotheum non eum esse qui Pauli discipulus fuit, sed alium quemdam juniorem, Pudentis senatoris filium, cujus nomen in Romanum Martyrologium, et in SS. Perpetuæ et Felicitatis Acta refertur. Alii e contrario Timotheum illum verum Pauli discipulum fuisse asserunt, et Baronii opinionem his impugnant rationibus.

1. Omnes ante Baronium scriptores, cum Græci tum Latini, in ea fuerunt sententia. 2. Auctor noster tradit Timotheum episcopali dignitate inauguratum, atque ab eo Opera sua vult examinari et castigari. 3. Idem ipse auctor in epistola ad Titum, quem Baronius aliique Areopagitici discipulum et comitem Pauli fuisse concedunt, ejusdem Timothei meminit. 4. In omnibus manuscriptis codicibus Timotheus ille Ephesinum episcopatum, cui discipulus Pauli præfuit, tenuisse memoratur. 5. Denique auctor noster, uti diximus, se apostolorum ejusdemque proinde Timothei temporibus vixisse jactitat. His autem rationibus et illud quoque refertur, quod post pseudo-Dextri Chronicon propugnat Bivarius, hunc Timotheum non alium esse quam Eugenium Toletanum, cui propter ingenii excellentiam nomen Timothei impositum est.

Sed horum vicissim Areopagiticorum momenta inde haud difficiliter evertuntur, quod Evangelium et Apocalypsim Joannis apostoli, atque Ignatii epistolam, quæ post Timothei mortem edita sunt, in auctoris nostri scriptis, ut infra dicemus, clare nominatimque citentur. Enimvero sola Ignatianæ epistolæ verba, quæ ab eo vere transcripta, nec in textum ejus intrusa esse demonstrabimus, id aperte evincunt.

Addit Baronius quod Timotheus ille ab auctore nostro sæpe παῖς, puer, vocatur. At Timotheum, Pauli discipulum, a Dionysio Areopagita, eo nomine compellatum esse nulli verisimile videbitur: *Nam episcopus, inquit Baronius⁹, coepiscopum nominare consuevisse fratrem, non filium, mille exemplis esset facile demonstrare.* Hujus argumenti difficultates ut solvant alii Areopagitici, varias congerunt responsiones. Et primo quidem dicunt Timotheum sic vocari, quia ille ad quem Paulus, Nervæ imperante, hæc scripsit in verba: *Nemo adolescentiam tuam contemnat¹⁰*, Dionysio Areopagita junior esse videtur. 2. Timotheus in philosophia et sæculari disciplina cujus rudior erat, atque etiam in sublimiore theologia Dionysium habebat pro magistro, et illum absens per litteras consulebat. 3. Cum Timotheus satis esset natura timidus et pusillanimis, non tantum doctore scientiæ, sed etiam virtutis et constantiæ indigebat magistro.

Verum quo unquam exemplo probabitur episcopum ab alio episcopo ideo puerum vocari, quod ille in philosophia et sæculari disciplina sit rudior. Deinde quo itidem argumento persuadebis Timotheum in iis scientiis fuisse Dionysio rudiolem, ac eum in sublimiore theologia habuisse pro magistro? Certe Dionysius illum tanta eruditione præditum agnovit, ut perfectiores ejus cognitiones secum communicari, et scripta sua ab eo emendari voluerit: *Illud quoque, inquebat Dionysius¹¹, pontificiæ tuæ scientiæ commemorabimus.* Et alibi¹²:

⁹ Ad annum 109, § 56. ¹⁰ 1 Tim. II. ¹¹ Lib. De col. hierar. cap. 9. ¹² Lib. De eccles. hierar. cap. 7, § 11.

Communica igitur et tu mihi perfectiorem illustrationem, etc.; atque alio in libro¹³. Erit humanitatis tuae corrigere non sponte ignorantem, rationesque suggerere discere cupienti.

Scimus quidem Dionysium a Timotheo de re quadam theologica fuisse aliquando interrogatum, ut hunc in modum ille testatus est¹⁴: *Sed quia alias me per epistolam interrogasti, quid appellem per se esse, per se vitam, per se sapientiam, et tecum ais dubitasse quomodo Deum aliquando voco per se vitam, aliquando vero effectorem vitae.* At quis merito inde colligat Timotheum in philosophicis rebus Dionysio rudiores, eum in theologicis habuisse pro magistro? Nunquid, quia Augustinus Hieronymum, atque alii episcopi alios episcopos de rebus theologicis, vel, si velis, philosophicis, consuberunt, iis rudiores, eorumque discipulos, aut ab illis filiorum nomine vocatos fuisse dicendum est? Hæc certe nullus unquam dixit, sed nec somniavit unquam.

Quis autem sibi persuadeat Timotheum adeo natura fuisse timidum et pusillanimum, ut ille magistro virtutis et constantiæ indigerit, quem Paulus laborum, itinerum, periculorum, suppliciorum comitem habuit, quem Paulus ad alios confirmandos misit: *Misimus, inquit ipsemet Paulus, Timotheum fratrem nostrum, et ministrum Dei in Evangelio Christi, ad confirmandos vos, et exhortandos pro fide vestra, ut nemo vestrum moveatur in tribulationibus*¹⁵. Siccine ergo ad alios in tribulationibus confirmandos et exhortandos, mittendus erat homo naturæ timidæ et pusillanimis?

Restat igitur ut Timotheus idcirco puer dicatur, quod Dionysio ætate fuerit junior. Et id quidem inde confirmari potest, quia Ambrosius, uti olim observabamus, Constantium episcopum filii nomine appellaverit¹⁶. *Commendo tibi, fili, Ecclesiam, quæ est ad Forum Cornelii.* Verum Timotheus ante Dionysii conversionem non solum Christianæ religioni nomen dederat, sed Pauli quoque et discipulus erat et comes. Deinde cum Dionysius scripta sua elucubraret, annum, ut diximus, nonagesimum, vel forsitan centesimum debuit attingere, nec Timotheus tunc octogenario minor erat. Fac tamen eum septuagenarium, vel etiam sexagenarium tantummodo fuisse, nunquid episcopus nonagenarius aliam tam provectæ ætatis episcopum, qui jam ante eum Christianam religionem amplexatus, et deinde Pauli apostoli comes et discipulus fuerat, nomine filii appellasse credendus est? Neque ad id ullo modo facit Ambrosii exemplum, quandoquidem Constantius inter clericos Mediolanenses sub ejusdem Ambrosii magisterio educatus, cum ad eum scripsit idem Ambrosius, in episcopum recens assumptus fuerat.

Instant aliqui Christum discipulos suos vocasse

A pueros: *Pueri, nunquid pulmentarium habetis*¹⁷? Addunt Clementem Alexandrinum omnes universum Christianos eodem nomine nuncupasse; quoniam Christiani ob morum simplicitatem et suavitatem hoc se invicem puerorum nomine vocitabant. Sed id omnino leve est et infirmum. Nam episcopo fas non erat alium episcopum eodem modo quo Christus discipulos suos vocabat, alloqui et appellare. Clemens vero non idcirco Christianos pueros nominat, quod ii hac mutua appellatione sese invicem alloquerentur, sed quia ille libro suo *Pædagogici* titulum indiderat. Porro autem etsi Christiani sese invicem pueros vocarent, non ii tamen in scriptis suis aliquem provectæ ætatis hominem, scientia, dignitate, virtutibus celebrem, et episcopatu auctum, eo nomine appellasse ullibi leguntur.

CAPUT X.

Examinatur secundum argumentum, ex libris et scriptoribus sacris qui ab auctore nostro citantur desumptum.

Jam vero si a librorum inscriptione ad eorum lectionem transeamus, occurrent passim libri et scriptores ab auctore nostro citati, qui cum Areopagitam non esse satis aperte demonstrare videantur. Ille enim eundem, qui nunc ab omnibus recipitur, sacrum divinæ Scripturæ canonem exhibet et representat. Atqui canon ille Scripturarum Dionysii tempore nondum erat perfectus et obsignatus. Apocalypsim namque, Epistolam Pauli ad Hebræos, secundam Joannis, et Judæ Epistolam, quas ille hunc refert in canonem, ab eodem plurimi excludebant. Deinde Joannes Apocalypsim suam, cum in insula Patmos exsularet, id est circa annum Christi 94 vel 95, edidit, Evangelium vero post suum, ut plures arbitrantur, ab eodem exilio reditum, hoc est non ante annum 98, publici fecit esse juris. His adde libros illos a Dionysio non ut novos recenterque editos citari. Unde concludunt eum vix ante annum Christi centesimum scriptis suis manum admovisse. At tum Dionysius ille annum ætatis suæ nonagesimum agebat, quippe qui Christo patiente, ut solis eclipsim observaret, annos quinque supra viginti explevisse credatur. Quis autem sibi facile persuadeat virum ab ineunte juventute eruditissimum, ad libros conscribendos tunc animum appulisse, cum ipse nonagenarius esset et senio confectus.

Sed his rationibus minime de sententia sua moventur Areopagitici. Non enim diffitentur diu quidem de librorum canonicorum numero fuisse disputatum, sed negari nequaquam posse aiunt quin, sicut nonnulli quosdam libros ex sacro canone rejiciebant, ita etiam quidam alii eos omnes qui in eundem canonem nunc ascribuntur, pro canonicis habendos esse putaverint. Neque enim quoddam

¹³ Lib. *De divin. nomin.*, cap. 15, § 4. ¹⁴ Lib. *De divin. nomin.*, cap. 11. ¹⁵ 1 Thessal. II, 3. ¹⁶ Amb. epist. 2, novæ edit. ¹⁷ Joan. XXI, 5.

aliquando tempus fuisse dici potest quo omnes cum Ecclesiae, tum Christiani libros quosdam Scripturae in sacro canone non censuerint esse numerandos. Quid ergo prohibet quominus Areopagita his praebuerit assensum, qui sacro canone eos omnes libros, qui nunc assignantur, contineri pro certo habebant?

Quod ad Joannis Evangelium pertinet, si plures et doctioribus criticis illud ab apostolo post reditum suum ab exilio scriptum opinantur, non desunt etiam qui et illud antea exaratum esse asserant. Sed quovis tempore scriptum esse dicatur, nihil vetat, inquit Areopagitici, quominus illud ipsum, atque etiam ejusdem Joannis Apocalypsis citari potuerint a Dionysio, qui centenarius major sub Trajani, vel, juxta alios, sub Adriani imperio vitam cum morte commutavit.

Fatendum quidem est quod si hoc Dionysianae mortis tempus certis rationum momentis posset confirmari, omnis procul dubio solveretur hujusce difficultatis nodus. Sed contendunt Antiareopagitici Dionysium post Domitiani imperatoris tempora vitam non produxisse. Quod quidem ita certum esse volunt, ut non solum accuratioris criterii auctores, sed eorum etiam qui scripta Dionysio Areopagitae vindicant, non pauci huic opinioni subscripserint. Caeterum cum tempus Dionysianae mortis ea, quae omnem tollat difficultatem, evidenter demonstrari nequeat, eo certe argumento non revincentur omnes Areopagiticorum animi.

Quapropter nec apud eos plus valebit et alia similibus argumentatio, inde petita quod in librorum manuscriptorum omnium titulis auctor noster episcopus Atheniensis inscribatur. Neque enim ullus certa omnino ac plane evidenti probatione demonstravit quandiu Dionysius Atheniensem tenuerit episcopatum, aut quo tempore sive spontanea abdicatione sive morte sua illum tandem reliquerit. Incertum igitur Areopagiticis videbitur num Dionysius post editos a Joanne Apocalypsis et Evangelii libros Atheniensi episcopatu nuntium non remisit. Haec itaque probationum firmamenta apud eos tantum vim habebunt, qui, soli veritati litantes, illas Dionysianae historiae difficultates, sepositis partium studiis, enodare conabuntur.

CAPUT XI.

Tertium argumentum, ex citata sancti Ignatii, episcopi Antiocheni, auctoritate petatum.

Graviter sane contra Areopagitae defensores eruitur argumentum ex epistola Ignatii, episcopi Antiocheni, ad Romanos, quam auctor noster in haec verba citasse perhibetur ¹⁸: *Γράφει δὲ καὶ ὁ θεὸς Ἰγνατίος: «Ὁ ἐμὸς ἔρωσ ἐσταύρωται.» Scribit autem et divus Ignatius: «Amor meus crucifixus est.»* His autem verbis laudatur aliquid ab Ignatio non dictum, sed scriptum; quod nullibi, nisi in ea quam citamus epistola invenire est. Atqui haec epi-

stola ab ipso, cum ad martyrium duceretur, anno Christi, ut supra ostendimus, 107 aut 108, fuit exarata. Porro autem ea neque tam cito in manus Dionysii venire potuit, neque ille eam ut novam, et a paucis cognitam, sed ut receptam ab omnibus citat, verbaque ejus transcribit. Hinc ergo concludas necesse est Dionysii librum *De divinis nominibus* non ante annum 110 emissum fuisse in lucem.

Respondent quidam Areopagitici Dionysium post Ignatii mortem vitam suam produxisse; proindeque epistolas ejus ab illo potuisse laudari. Sed illi de soliditate hujus responsionis, quam cum ejusdem Dionysii in Gallias adventu conciliare non possunt, penitus diffidentes, ad aliam statim confugiunt, aiuntque Dionysium scripta sua in Graecia quidem edidisse, sed ea postmodum ab ipso in Galliis ita recognita atque retractata, utiis ex Joannis Evangelio et Apocalypsi atque ex Ignatii epistola plura testimonia addiderit. Verum id gratis omnino fingitur. Nam si opera Dionysii ab eo in Galliis fuissent recusa, ille procul dubio in populi sui aliorumque solatium curasset ea in Latinam linguam verti et publicari, atque plurimi eorumdem Operum inventi fuissent in his regionibus et Latina et Graeca manu exarati codices. Nulli tamen ibi unquam reperti sunt: sed priores ex Oriente asportati, Graece scripti erant; nec Latinam eorum versionem, ea quae a Joanne Scoto edita est, antiquiorem habemus. Deinde nullus unquam Opera sua recensuit, ac in eorum recognitione plura adjecit nova, quin de his lectores alicubi monuerit suos. Nullibi tamen apud auctorem nostrum exstant hujusce admonitionis vestigia vel notae.

His igitur responsionibus ab aliis Areopagiticis opinionis fautoribus vel spretis vel omissis, audacter affirmant citata Ignatianae epistolae verba ab aliquo iusciente et rerum ignaro imprudenter et inepte in Dionysii intrusa textum. Et id quidem pluribus momentis demonstrari posse arbitrantur. Primum, quia nihil ad Dionysii argumentum faciebat praefata Ignatii auctoritas. Dionysius etenim ibi probat vocem *ἔρωσ*, amor, apud sacros auctores in bonam partem accipi. Atqui eadem vox in hac ipsa Ignatii epistola pro concupiscentia amoreque terrestri usurpatur. Secundo, quia hac pericope et sententia Ignatii dempta, melius sibi cohaeret Dionysii oratio. Tertio, testimonium illud Ignatii inter media sacrae Scripturae testimonia absurde omnino collocatur. Certe prudentior Dionysius et post omnia divinae Scripturae testimonia, atque etiam post allatas a se ibidem Hierothei magistri sui auctoritates ei locum dedisset. Denique pericope quae hanc Ignatii sententiam antecedit, falsitatem continet putidissimam, et auctore tam erudito prorsus indignam. Haec autem periodus his verbis

¹⁸ Lib. *De divin. nomin.*, cap. 4, § 12.

conciatur : *Visum est quibusdam nostris sacrarum Scripturarum tractatoribus nomen ἔρωτος, amoris, divinius esse, quam nomen ἀγάπης, dilectionis.* At hoc, inquit, falsissimum est. Nam si nomen amoris, ἔρωτος, divinius esset quam nomen dilectionis, ἀγάπης, scriptores sacri eo procul dubio frequentius uterentur. Atqui vox ἔρωτος in Novo Testamento, ubi vox ἀγάπη plus quam nonagies occurrit, nec semel quidem reperitur ; in Veteri autem creberrime legas vocem ἀγάπης, his vero tantummodo vox ἔρωτος, in Proverbiorum libris, ad amorem impurum et profanum significandum adhibetur ¹⁹ ²⁰. Unde concludunt et phrasim præfatam, atque ipsam Ignatii sententiam, in Dionysii libros fuisse a quodam malo feriato homine intrusas.

Sed hanc Areopagiticorum opinionem, ejusque firmamenta, inde convellunt adversarii, quod nullus unquam inventus sit codex manu exaratus in quo illa Ignatii verba in textu Dionysiano eadem manu ac cætera omnia descripta non reperire sit. Quid quod? ab auctore prologi Homiliarum in Cantica, quem Areopagitici Origenem esse fatentur, hæc eadem verba pro vere Dionysianis, et eodem atque ab auctore nostro sensu citata legimus. Nihil ergo Origenes in iis invenit quod non esset veritati consonum, recto ordine digestum, et ad ea quæ Dionysius intendebat probanda aptum omnino et conveniens.

Porro autem ex hoc Origenis seu auctoris harum Homiliarum testimonio ruit primum Areopagiticorum momentum. Putavit enim ille, ac etiam alii post eum Areopagitici, nomen ἔρωτος ab Ignatio in bonam partem accipi. Potuit ergo et auctor noster in eadem esse opinione, atque eo sensu, quem verum genuinumque esse putabat, hanc citare Ignatii sententiam. At, inquit, hoc falsum est omnino. Falsus est ergo, inquit, Origenes, falsi sunt et alii. Porro si in hoc eos errasse dixeris, quidni et errare potuit Dionysianorum auctor Operum? Illos tamen non errasse hinc non absurde conjicias, quod nomen ἔρωτος in iis quæ citantur Ignatii verbis, pro amore spirituali et divino possit usurpari, quamvis in subsequentibus, quæ inde auctor noster intulit, pro extincto concupiscentiæ igne accipiantur.

Quod autem objicitur, hac periodo dempta, Dionysianam orationem melius sibi cohærere, leve omnino est nulliusque momenti. Idem quippe dici posset de aliis auctorum libris, in quibus plura ad aliquid probandum congeruntur testimonia antiquiorum. Uno enim et altero sublato, melius quoque scriptoris oratio sibi cohærere plerumque videbitur. Deinde si quoties deleta aliqua periodo oratio sibi melius cohærere censetur, toties eandem periodum textui auctoris dixeris esse adjectam, tot in Ecclesiæ Patrum atque in primis au-

ctoris nostri operibus, dici deberent assuta, iisque insita, ut hæc objecisse Areopagiticos aliquando pœniteret.

At, inquit, Dionysius non poterat testimonium Ignatii aliis sacræ Scripturæ testimoniis medium interjicere ; sed illud suo, id est ultimo, posuisset loco. Nec majoris ponderis est ista argumentatio. Quis enim scriptores his citandorum librorum legibus ita teneri credat, ut ab iis non liceat unquam transversum unguem discedere? Hæc quippe ita si se haberent, quot, bone Deus! occurrent testimonia veterum in variis posteriorum scriptorum libris ab inscientibus et ignavis imprudenter intrusa, et ex iis deinceps delenda! Quot namque scriptores de ea, quæ nunc desideratur, citandi methodo ne cogitaverunt quidem? Quot in eorum Operibus permista reperies Scripturæ Patrumque antiquiorum testimonia?

Neque erat sane quod fastidiosius objicerent periodum, quæ huic Ignatii sententiæ præponitur, falsitatem continere putidissimam. Etenim eo quo enuntiatur modo, nihil in ea nisi verissimum deprehenditur. Hæc quippe ipsissima sunt, ut superius dictum est, auctoris nostri verba : *Visum est quibusdam nostris sacrarum Scripturarum tractatoribus nomen amoris divinius esse quam nomen dilectionis.* Quibusdam dixit, non omnibus. At quibusdam id ita visum fuisse tam constanter putabat, ut scriptores et scripta, ubi id traditum est, ille continuo indicaverit. Et certe qui hæc objiciunt, et ipsi fatentur illud nomen amoris in aliis quam iis qui ab auctore nostro citantur, inveniri Scripturæ sacræ libris.

CAPUT XII.

Quartum argumentum, ex aliorum operibus atque opinionibus ab auctore nostro citatis deductum.

Neque porro sola ab auctore nostro citata Ignatii auctoritas, sed etiam Bartholomæi, Justi, et Hierothei, præceptoris sui, prolata ab illo testimonia, ipsum Dionysium Areopagitam non esse plane demonstrare Antiareopagiticis videntur. Verum enimvero ubinam gentium exstiterunt aliquando illa, quæ ille citat, tantorum virorum Opera? Quis ea unquam præter hunc auctorem nostrum laudasse perhibetur? Quomodo ea Eusebii, accuratissimi antiquissimorum scriptorum scrutatoris, aliorumque omnium diligentiam fugerunt? Nunquid unius apostoli, et duorum apostolicorum hominum scripta, tam cito perierunt, ut nulla eorum nisi apud auctorem nostrum mentio habeatur? Certe Hierothei, qui Dionysii Areopagitæ magister et Pauli apostoli discipulus fuisse dicitur, cujus pietas et doctrina summis extolluntur laudibus, tanti, inquit, viri opera omnia a Dionysio saltem et Timotheo publicari, et de eorum manibus in Christianorum omnium manus venire, ipsisque summo esse in pretio, ac in Ecclesiarum

^{19.20} Prov. vii, 18 et xxx, 16.

scriniis, et episcoporum bibliothecis asservari debebant. Cur ergo hujus summi viri, qui μέγας ἄλιος appellatur, Opera tantis tenebris tantaque oblivione obruta sunt, ut nullum eorum nisi in auctoris nostri scriptis vestigium supersit? Quid quod et ipsa Hierothei testimonia non alio quam auctoris nostri stylo exarata videntur? Idem enim in utrisque et ingenium et locutio, cæteraque omnia sibi plane similia legentibus prima fronte occurrunt. Ex quibus non temeraria prorsus conjectura capitur, libros Hierothei nunquam, nisi Dionysianis in lucubrationibus, editos in lucem.

Ad hæc vero, auctor noster non solum plura incognitorum hominum producit testimonia, sed varias etiam doctorum hominum opiniones ita refert, ut iis tantummodo quas vero propiores esse existimabat, se adhærere testetur. Ubi enim de Seraphim quod ad Isaiam missum est, disserit²¹: *Nonnulli, inquit, juxta assignatam de omnium intelligentiarum communione definitionem aiunt... Alius item haud admodum incongruam mihi tradidit solutionem. Aiebat enim, etc.* Et de hymno qui in missa fidelium cantabatur²²: *Hunc autem hymnum alii laudis canticum, alii religionis symbolum, alii denique, mea quidem sententia, hierarchicam Eucharistiam, etc.* Et de Seraphinorum alis²³: *Senus alas, quas Eloquia commemorant, non existimo sacrum numerum denotare, ut quibusdam placuit, sed ipsas virtutes.* Denique, ut cætera taceamus, de electione sancti Matthiæ hæc habet: *Cum autem de divina illa sorte quæ divinitus super Matthiam cecidit, alii ab aliis meo quidem judicio non recte diversa senserint, meam ipse sententiam exponam.* At vero quis inducat sibi in animum apostolicis temporibus Christianos virosque apostolicos in tam varias hisce de rebus abuisse opiniones? Quis de eo, quo Matthias in proditoris Judæ locum assumptus est modo, divinaque ejus sorte et electione, tantum inter eos dissidium, tantamque fuisse discordiam crediderit? Nunquid apostolorum discipuli ab ipsis non didicerant quomodo ea electio facta fuerit? Fac autem de ea nihil ab eis acceperint, certe ii ab aliis apostolorum sociis, aut successoribus, qui adhuc in vivis erant, poterat eorum unusquisque de ea electione ita certior fieri ut nullus esset dissensionis disputationisque locus.

Areopagitici e contrario clamant ab ipso Ecclesiæ nascentis exordio, diabolicis artibus fuisse inter Christianos, ut testatur Paulus, hæreses et schismata, scissuras et dissensiones. Nihil ergo, inquiunt, mirum est si Dionysii tempore de sorte quæ cecidit super Matthiam, sit disputatum. De Hierothei vero aliorumque libris deperditis nihil est quod magis mireris, quandoquidem plurima apostolorum virorumque apostolicorum scripta ita perie-

runt, ut nullum eorum extiterit vestigium. Sed his parum moti eorum adversarii, arguunt de rebus quidem quæ ad fidei doctrinam pertinent, fuisse semper in Ecclesia ab hæreticis agitata quæstiones; at de rebus quæ inter apostolos publice ritumque solemnem peractæ sunt, quasque omnes ab eis eorumque sociis poterant facile edoceri, nullam de qua in scriptis disputaretur, nasci potuisse dissensionem. Porro Opera Hierothei, ac Bartholomæi, et Justi, non potuerunt tanta facilitate ac aliorum lucubrationes oblivione perpetua obrui. Constat quippe ea, si Dionysio credamus, in ejus ac Timothei manus venisse: nec dubium est quin illa cum plurimis, a quibus summa cura conservari debuerunt, censuerint esse communi-canda.

CAPUT XIII.

Quintum argumentum, ex citatis ab auctore nostro traditionibus petitum.

Aliud contra Dionysii Operum γνησιότητα argumentum suppeditant traditiones, quas ille ab antiquo tempore ad suam ætatem deductas esse testificatur. De baptizandorum enim infantium more hæc tradidit auctor noster²⁴: *Hac de re id quoque dicimus, quod deiformes præceptores nostri ab antiqua traditione nobis transcripserunt.* Πρὸς τῆς ἀρχαίας μαθόντες παραδόσεως. At id certe a Dionysio Areopagita dici nequaquam potuit.

Enimvero quamvis mos ille ab apostolis derivetur, Dionysio tamen Areopagitæ ab antiqua traditione non transmissus est. Quos enim ille vir summus, a Paulo fidei Christianæ dogmatibus imbutus, præceptores habere potuit, qui illi morem baptizandi infantes ab antiqua traditione præscripserint?

Neque dixeris vocem ἀρχαίας non pro antiqua, sed prima traditione significanda usurpatam. Nullo quippe unquam exemplo vocem ἀρχαίας ad id quod, interposito nemine, ab aliquo acceptum est, significandum ullibi apud Græcos scriptores adhibitam fuisse probabitur. Quis ergo Dionysium Areopagitam hac voce contra receptam ab omnibus illius significationem usum esse, nulla ratione allata aliis facile persuadedit?

Sed age, et videamus utrum ea veriora sint quæ auctor noster de aliis dogmatibus sibi traditis, haud dubitanter affirmat²⁵: *Maxime vero, ita ille loquitur, ista oracula dicimus quæ a sacris nostris initiatoribus, divino Spiritu afflatis, in Scripturis sacris librisque theologicis tradita nobis sunt, ut et illa quæ ab iisdem viris sanctis subtiliori, non omnino dissita ab ordine cælesti, insinuatione de mente in mentem, mediante verbo corporeo quidem illo, simul tamen immateriato, sine descriptione institutores nostri sacra quadam traductione sunt edocti: γραφῆς ἐκτός οἱ καθηγεμόνες ἡμῶν ἐμυθήσαν.* Ibi.

²¹ De cælest. hierarch., cap. 13. ²² De ecclesiast. hierarch., cap. 13. ²³ Ibid. cap. 4. ²⁴ Lib. De eccles. hierarch., cap. 7, § 11. ²⁵ De hierarch. eccles., cap. 1, § 4.

plane et dilucide non scriptam commemorat traditionem, quam de mente in mentem ad se traditam esse asserit. Verum, amabo vos, poteratne Dionysius Areopagita, Pauli discipulus, verbis adeo expressis affirmare se institutores ac magistros habuisse qui hierarchiæ ecclesiasticæ ordinem ab aliis sine scriptione didicerint?

Neque vero, quod mirum est, ibi tantummodo, sed alibi non semel eodem traditionis argumento ad ea quæ dixerat confirmanda sponte sua utitur. Nam ubi de sanctissimo Trinitatis mysterio non minus enucleate et perspicue ac alii post Nicænam synodum Patres, disputat²⁶, *Hæc, inquit, aliaque quælibet deificat lumina, quæ Scripturis consona sancti nostri præceptores arcana nobis interpretatione tradiderunt, nosque hausimus*: Græce legitur, *κρυφα παραδόσις, secreta traditio*. Et paulo infra²⁷, *Theologicæ nostræ traditionis auctores... assignantque Scripturis sacris insistendo nonnulla dictæ unioni propria, vicissimque distinctioni*. Ili ergo auctores, vel, ut Græce scribitur, *θεολογικῆς παραδόσεως ἱερομόσται*, divina attributa, inquit ille, enodaverunt, *Scripturis sacris insistendo*, vel, ut prius dixerat, *Scripturis consona tradendo*. Illorum ergo ibi profert testimonia, qui post editos Novi Fœderis libros, ac in primis Apocalypsim et Evangelium Joannis, quæ ibidem ab eo laudantur, inde auctoritates ad theologorum de divina Trinitate dogmatum expositionem afferbant. Qui ergo erant ii Dionysii Areopagitæ præceptores? Nunquid Hierotheus? Sed is ab illo semper nominatim, *præceptor noster* appellatur. Si ergo illum his in locis laudat, et alios procul dubio eidem adjungit. At porro quicumque tandem fuerint Areopagitæ magistri, eos certe tantum citat qui post publicatos Apocalypsis et Evangelii Joannis libros ita scripserunt ut eos in omnium manus et cognitionem venisse omnino persuasum haberent. Rursus vero auctor noster illa præceptorum suorum Opera, non ut recens edita, sed omnibus plerumque cognita laudavit. Unde quivis facile intelligat omnes scriptoris nostri lucubrationes et serius quam creditur prodiisse, nec Dionysium Areopagitam potuisse eorum esse auctorem.

CAPUT XIV.

Sextum argumentum, ex iis quæ de sanctissimo Trinitatis mysterio personisque divinis auctor noster tradidit, desumptum.

Illud autem probationibus jam adductis accedit firmamenti, quod non solum Hierotheus, ut diximus, de Trinitatis mysterio clarissime disserat, sed noster etiam Dionysius præceptorem suum præeuntem ita subsequatur ut uterque post ortam et damnatam Arianorum hæresim videatur disputare. Is enim non secus ac Hierotheus vocem *hypostasis*

ad tres divinæ Trinitatis personas significandas sæpius usurpat²⁸. Καὶ μὴν, inquit ille, ὅτι μόνος ἐστὶ καὶ ἕνας τρισυπόστατος. Et alibi²⁹: ὡς τριάδα δὲ διὰ τὴν τρισυπόστατον. Ubi vero de personarum divinarum circuminsessione loquitur³⁰: τῶν ἐναρχικῶν ὑποστάσεων, inquit. Atqui nullus ante Alexandrinam synodum, anno 362 coactam, ea voce, si Socrati fides habeatur^{30*}, ad id significandum usus est: *Cæterum episcopi, Socratis verba sunt, qui in Alexandrino concilio aderant, hanc præterea questionem diligenter examinerunt, de substantia scilicet et hypostasi... Quid autem nos de substantia et hypostasi didicerimus, nihil velat quominus hæc breviter exponamus. Qui Græcam inter Græcos philosophiam tradiderunt, substantiam quidem plurimis modis definiunt, hypostaseos vero nullam prorsus mentionem fecere, etc.* Hieronymus vero de eadem voce, utrum usurpanda foret, sententiam Damasci papæ seiscitatus, ait³¹: *Tota sæcularium litterarum schola nihil aliud hypostasim, nisi usiam novit... Taceantur tres hypostases, si placet, et una teneatur*. Nondum ergo Hieronymi tempore ea vox recepto apud omnes in usu erat, nec inconsulto summo pontifice, ea sanctus doctor uti se posse arbitrabatur.

Sed insurgunt Areopagitici, magnisque animis adversariorum tela retundentes, certum esse dicunt Antenicænos Patres in asserenda, quæ de sanctissimæ Trinitatis mysterio ab orthodoxis traditur, doctrina tam constantes fuisse, ut eo tempore quo Arius hæresim suam disseminare cœpit, ille nova hæctenusque inaudita dogmata spargere insimulatus, ab omnibus contra ejus impietatem sit reclamatum. Nulli præterea dubium esse posse inquit, quin apostoli adorandum illud mysterium Christianis, præsertim perfectioribus, non obscure, sed clare et perspicue exposuerint, eosque in hac tam difficilis mysterii doctrina adversus nascentes hæreses muniendo, nihil ipsis reliquerint obscuritatibus involutum. Quid ergo mirum si Dionysius, Pauli discipulus, et philosophiæ callentissimus, traditam ejusdem mysterii doctrinam, præ cæteris aliis scriptoribus, verbis explicuerit clarioribus magisque philosophicis?

Porro autem quamvis usus hujus verbi *hypostasis* ante Nicænam synodum non esset ita frequens ac promiscuus, constat tamen eam vocem ab aliquibus usurpatam fuisse. Etenim Dionysius Alexandrinus eam ipsam aliquando adhibuisse legitur³². Alexander vero, Alexandriae episcopus, ad alium Alexandrum, Constantinopolis episcopum, scribens³³: *Propriam, inquit, hypostasim declaravit, dicens. « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum »*, etc. Denique his Pauli verbis *χαράκτηρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ*³⁴, personam Patris

²⁶ Lib. *De divin. nom.*, cap. 1, § 4. ²⁷ *Ibid.*, cap. 2. ²⁸ *De cælest. hierarch.*, cap. 5. ²⁹ *De divin. nom.*, cap. 1. ³⁰ *Ibid.*, cap. 2. ^{30*} Lib. III, *Histor.*, cap. 7. ³¹ Epist. 57, ad Damas. ³² In Resp. ad Propos. Pauli Samosat., tom. I Concil. ³³ Theodoret. lib. I *Hist.*, cap. 4. ³⁴ Joan. I. ³⁵ Hebr. I, 3.

æterni designatam esse Basilius ³⁶, et laudatus a Theophylacto Gregorius Nyssenus affirmant. Cæterum, quamvis concedatur nullum ante Dionysii tempora fuisse hujus verbi usum, fatendum tamen est inter Christianos existitisse aliquem, a quo illud primum cœperit usurpari. Quid ergo prohibet quominus Dionysius, vir philosophicæ disciplinæ peritissimus, qui hujusce vocis, ab Aristotele alicubi traditæ, vim noverat, illa eodem ac ille philosophorum princeps, sensu et significatione primus inter Christianos usus esse dicatur?

Contra tamen urgent instantque adversæ partis fautores, quod quamvis Antenicæni Patres Christum Dominum verum Deum, Patris æterni Filium, ejusdem cum eo substantiæ, ipsique cœternum esse et crediderint et docuerint, ab eorum tamen nemine de personis divinis, illarumque attributis et relativis, ut loquantur, et essentialibus tam clare et enucleate, atque ab auctore nostro disputatum unquam fuerit. Et sane, inquirunt, cur ii qui post Dionysium edendis lucubrationibus secundò et tertio Ecclesiæ sæculo operam dedere, non eosdem ac ille de divina Trinitate sermones habuerunt? Cur nullus aliquando illius aut præceptoris ejus Hierothei exemplum secutus est?

Quæ vero ad probandum vocis *ὑποστάσεως* usum adducuntur, ea nihil habere videntur soliditatis et firmamenti. Epistolam enim Dionysii Alexandrini ipsi suppositam adulterinamque esse critici doctiores facile agnoscunt. Altera vero alterius Dionysii epistola quo tempore scripta sit, nullus definire potest. Baronius quidem illam anno 328, quo Licinii mortem consignat, datam opinatur; sed ruinoso nititur fundamento. Nam Licinius non anno 328, sed 324, ut accuratioris criterii scriptoribus videtur, vitam finivit. Demus tamen Alexandrum eo quo vult Baronius tempore suam exarasse epistolam; quid inde? Nulli sane mirum esse debet vocem *hypostasis* ab homine Alexandrinæ synodi temporibus adeo vicino, fuisse usurpatam; sed illud sane mirabilis, quod nullus scriptor, ut Petavius ostendit ³⁷, his tanti viri vestigiis, nisi post Alexandrinam synodum insistendum esse putaverit. Quod certe quam parum ea vox ineunte sæculo quarto, atque a fortiori sæculis superioribus, usitata esset, aperte demonstrat.

Nec plus roboris et virium illud habet, quod ea vox et in Epistola ad Hebræos occurrere, et a Basilio Gregorioque sensu Dionysiano explicari objicitur. Uterque enim Basilius et Gregorius post Nicænum concilium scripsere; atque hi eam vocem sensu temporibus suis usitato interpretati sunt. Nullus autem ante illud concilium eandem Pauli vocem ita censuit esse explicandam. Et id quidem ita certum est, ut in Latina ejusdem Paulinæ epistolæ versione, vox Græca *ὑπόστασις* non per Latinam *hypostasis*, sed *figura substantiæ* redita legatur.

Denique quod aiunt auctorem nostrum primum forsitan fuisse, a quo eadem vox sensu memorato accepta sit, gratis omnino fingitur. Noster quippe auctor, ut cuilibet citata loca percurrenti planissimum fiet, de ea sic disputat, ac si sensus quem illi tribuit, nulli omnino incognitus, receptus esset ab omnibus.

Neque ad rem facit laudata uno in loco Aristotelis auctoritas. Ea quippe apud primos Ecclesiæ Patres nullius erat momenti, quippe qui philosophiæ dogmata respuerent et aspernarentur. Porro autem si quid successu temporis ex illa hauserunt, Platonis potius quam Aristotelis placita et doctrinam sunt amplexati.

CAPUT XV.

B *Sextum argumentum, ex iis quæ auctor noster de monachis eorumque votis ac solemnibus professione memorat, elicium.*

Illi vero auctorem nostrum post Dionysii Areopagitæ ætatem vixisse luculenter demonstrant, quæ ab eo hisce in lucubrationibus de monachorum professione et ordine produntur. Ibi enim ille non obscure docet hunc monachorum ordinem ante sua tempora fuisse institutum; traditque apertissime eorum professionem ac vota monastica solemnibus ac publicis, non secus ac sæculo quinto et sexto, cæremoniis fuisse emissa. At præterquam quod priorum Ecclesiæ sæculorum scriptores, atque etiam ipsi qui de singulis Christianorum ordinibus accuratius iisdem temporibus disseruerunt, nullam monastici ordinis monachorumve professionis fecere mentionem, certe quidam eruditissimi et antiquissimi rerum monasticarum indagatores earum originem ad Paulos, Antonios Pachomiosque referunt. His ergo auctor noster posterior esse debet, nec Dionysius Areopagita dici potest.

Areopagitici tamen hunc non exiguæ difficultatis nodum haud difficulter se solvere arbitrantur, duplicis monachorum generis distinctione. Aliud enim esse aiunt genus cœnobarum et eremitarum, qui a plebe prorsus secreti, et a cæterorum hominum societate separati, in monasteriis et cœnobiis, vel in silvis et montibus vitam monasticam degabant. Hos fatentur longe post Dionysii ætatem, nec ante Pauli, Antonii et Pachonii tempora ortum habuisse. Aliud vero contendunt fuisse genus monachorum, qui pars populi præcipua, et illustrior regis Christi portio, inter laicos ita computabantur, ut primus eis in synaxi post Ecclesiæ ministros assignatus esset locus. Illi porro privati in suis urbium ædibus, vel simul in collegiis vitam puram et castam, atque a curis terrenis expeditam, unice Deo mancipatam agebant. Monachos autem istos temporibus apostolorum existitisse dicunt, eosque esse asserunt, de quibus Philo Judæus illum instituit sermonem, qui ab Eusebio in *Historia* ³⁸ sua transcriptus est.

Neque dixeris hos, quos Philo non monachos,

³⁶ Epist. 43, ad Gregor. Nyss. ³⁷ *Theolog. Dogmat.*, cap. 1. ³⁸ Lib. II, cap. 17.

sed therapeutas vocat, revera monachos non fuisse, sed Judaicæ, nequaquam vero Christianæ religioni addictos, atque Eusebium hac in re, ut eruditus ejus interpres Valesius observat, vano errore fuisse deceptum. Ab Areopagiticis enim audies nullas penitusque frivolas esse Valesii adversus auctorem suam probationes. Et certe, inquit, Eusebius, vir summæ eruditionis in dignoscenda therapeutarum religione, tam turpis hallucinationis non sine temeritatis nota potest insinulari. Addunt præterea Hieronymum huic Eusebii de Christiana therapeutarum religione opinioni hæc subscripsisse in verba ²⁹: *Philo, videns Alexandria primam Ecclesiam adhuc Judaizantem, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conversatione scripsit.*

At sane Areopagitici therapeutas, si fieri possit, Christianæ religioni nomen dedisse invictis demonstrant argumentis, per nos licet. Sed illos vitam monasticam, qualis ab auctore nostro describitur, aliquando duxisse, nullo unquam, ut putatur, antiquitatis monumento probabunt. Missa etenim primum ea facimus quæ scriptor noster de Monachis suis tradidit, eos non in urbibus, sed extra urbes progressos, in hortis agellisque degisse, ac proinde Antonianis, quod alii negant, fuisse similes. Illud autem potissimum quærimus cur Eusebius qui tanto nisu therapeutas Philonianos Christianis annumerandos esse probare conatus est, eosdem nullibi dixerit monachos fuisse, vel successores habuisse, qui vestibus, tonsura, votis solemnibus, ac vivendi ratione ab omnibus Christianis secreti, perfectiorem vitæ monasticæ normam profitebantur. Cur Hieronymus, tantus monasticæ professionis prædicator, eosdem therapeutas in monachorum numerum non refert, illosque cum cæteris omnibus primæ Ecclesiæ Christianis permiscet et confundit? Nulla procul dubio alia ratio afferri poterit, quæ nec therapeutas initio nascentis Ecclesiæ, nec ullos Christianos Dionysii tempore tales monachos fuisse, quales ab auctore nostro memorantur.

Atque illud quidem eo rursus confirmari potest, quod monasticum institutum non ferebant prima sævientium adversus Christianos persecutionum tempora. Quis enim sibi persuadeat tyrannos idolorumque cultores, qui summa crudelitate in Christianos omnes grassabantur, eos impune tulisse, qui in collegiis communiter degentes, tonsura et veste perfectiorique vivendi genere cæteris Christianis illustriores erant. *Sacerdos, inquit auctor noster, stat ad altare... Is autem qui consecratur, stat post sacerdotem... supra illam mysticam invocationem prosequenti. Qua finita, sacerdos accedens rogat ipsum primum, an omnibus rebus dividuis renuntiet, non solum vitiis, sed etiam imaginationibus. Deinde exponit illi vitam perfectissimam, contestans illam debere mediam vivendi rationem superare. Quæ*

²⁹ De script. eccles.

A *ubi omnia is qui initiatur, professus est, sacerdos eum signo crucis consignatum tondet... omnique veste detracta, eum alia induit. Quis autem primis Ecclesiæ temporibus monachum aliquem veste et tonsura ab aliis Christianæ religionis hominibus discretum, in publico visum, aut a paganis captum, tortumque, aut necatum memoriæ aliquando mandavit? Ubinam, quæso, collegium aliquod, in quo monachi simul vitam degerent, a paganis aut imperatoribus prædatum aut eversum legitur? Si quid his non omnino absimile in quibusdam martyris alicujus Actis occurrere dixeris, arguetur continuo illa nec genuina esse nec sincera, nihilque de tempore quo martyr ille obierit, ab eorum scriptoribus certo definiri.*

B Tradit denique auctor noster nomen therapeutæ et monachi suo tempore tritum et vulgare fuisse atque a præceptoribus suis illud Christianis, ritum monasticum solemniter protestantibus, inditum: *Hinc sancti præceptores nostri, inquit, divinis eos appellationibus sunt prosecuti: alii quidem therapeutas, alii vero monachos appellaverunt: οὗ μὲν θεραπευτὰς, οἱ δὲ μοναχοὺς ὀνομάζοντες.* Quinam, obsecro, esse poterant hi Dionysii præceptores, qui ea nomina appellationesque divinas illis imposuere? Non Philo quidem. Is enim, Judæus cum esset, a Dionysio Areopagita tanquam unus ex sanctis præceptoribus suis laudari non potuit. Quinam ergo ab eo præceptores appellantur? Num Hierotheus vel alii, quorum nomen excidit, evanuitque memoria? Sed hi suis temporibus celebres esse debuerunt, et omnibus facile noti. Cur ergo isti soli cum discipulo suo Dionysio Areopagita primo, secundo tertioque Ecclesiæ sæculo monachorum nomina, ordinem, statum, professionem, vota, tonsuram, vestem et collegia memoraverunt? Certe cum alii scriptores per tam longa trium sæculorum spatia horum omnium nequaquam meminerint, id sane argumento non levissimo est tempore Dionysii nullos existisse hujusmodi monachos et therapeutas.

CAPUT XVI.

Argumentum septimum, ex cæremoniis ritibusque sacris, quos auctor noster recensuit, de promptum.

D Maxima cæremoniarum multitudo, solemnisque earum apparatus et pompa, quibus auctor noster sacramenta baptismatis, chrismationis et Eucharistiæ confici et administrari, missam liturgiamque celebrari, et mortuorum corpora sepeliri perhibet, eum Dionysio Areopagita posteriorem esse rursus produnt et demonstrant. Ille enim vero hos omnes ritus nec minori numero, nec minori solemnitate, quam cum Ecclesia pace placidissima fruebatur, suo, hoc est, ut ipse fingit, acerbissimo pene incredibilium vexationum tempore a Christianis adhiberi solere significat.

Non diffidentur quidem Areopagiticj plurimum

cæremoniæ mentionem apud Dionysium haberi; A sed contendunt eas apostolorum tempore paulatim institutas, et traditione apostolica ad alios ita derivatas, ut Dionysii ejusdem ætate, in eum quem ille describit, numerum haud difficulter crescere potuerint. Porro autem Christiani, ut illi autumant, iis ritibus tum utebantur, cum, persecuti-
 num furore vel sopito vel mitigato, synaxes suas tutis in locis agere licebat. Quæ quidem ut probent, adducunt testimonia Tertulliani, qui baptismum non paucioribus quam auctor noster cæremoniis administratum asseverat. Basilium vero eas a tacita et occulta traditione ad suam usque ætatem deductas esse testatur. Nec aliter sane de his atque aliis liturgicæ ritibus sentiebat idem Tertullianus ⁴⁰: *Quas, inquit, sine ullius Scripturæ instrumento, solius B traditionis titulo, exinde consuetudinis patrocinio vindicamus... Harum et aliarum ejusmodi disciplinarum si legem exostules, Scripturarum nullam invenies: traditio tibi prætenditur auctrix, consuetudo confirmatrix, et fides observatrix. Rationem traditioni, consuetudini, fidei patrocinaturam aut ipse perspicias, aut ab aliquo, qui perspexerit, disces.* Neque hic quosdam audiri volunt Antiareopagiticos, qui, nullis probationibus freti, quasdam cæremonias Dionysianis atque apostolicis temporibus in usu fuisse audacter inficiantur.

Verumtamen illud adversus Areopagiticos jure merito urgetur, quod sicut auctor noster nonnullos commemorat ritus, qui illa prima Ecclesiæ ætate C revera vigeant, ita plures alios recenset, qui post Dionysianum ævum originem habuerunt. Quis enim verisimile esse putaverit Dionysii ævo catechumenos pœnitentesque publicos exstitisse, qui post sacrarum Scripturarum lectiones ejicerentur ex ecclesia? De his tamen sic scribit auctor noster ⁴¹: *Porro catechumenos et energumenos, eosque qui pœnitentia ducuntur, sacrosanctæ hierarchiæ mos patitur audire sacram psalmodiam divinamque sacrarum Scripturarum recitationem: verum ad ea quæ deinceps sequuntur sacrificia spectaculaque nequaquam,* etc. Nec leviter prætereunda est vox Græca *θεσμός* quæ ibi legitur; idem quippe sonat ac *sanctio* aut *mos vetus*. Quænam autem, amabo D te, sanctio, aut quis mos vetus poterat a Dionysio notari, quæ ab ipsis apostolis non sint profecta? At nullo sane antiquitatis aut sacræ Scripturæ monumento ostendes latam ab apostolis legem, vel morem ab eis inductum, quo catechumeni et publici pœnitentes priori missæ parti adessent, et post hæc missa fidelium interdicerentur. Enumera, si velis, quos apostoli eorumque successores viri apostolici catechumenos baptismate abluerint, quos absolverint publicos pœnitentes, nec ullum reperies quem his unquam legibus voluerint coerceri.

Evolve etiam, si vacat, omnes libros, nec ul-

libi quoque reperies tam frequentem fuisse his temporibus thuris usum, nec tot suffitiones quot ab auctore nostro his verbis referuntur: *Pontifex precem sacram ad altare Dei celebraturus, ab ejusdem suffitione iniiium faciens, universum circuit chori ambitum, donec rursum ad altare divinum rediens,* etc. Enimvero Athenagoras ⁴² et Tertullianus ⁴³ Christianos neque thure neque suffitu Deo sacrificasse testantur. Censet quidem eminentissimus cardinalis Bona eos esse intelligendos de more thus adolendi eodem ritu, habitu et apparatu, quo agitur apud idola. Sed summi viri pace dicere liceat, illud accuratius observari debere, quod scribit Tertullianus, Christianos duabus de causis thus adolevisse, nimirum *Christianis sepeliendis, et cum odor alicujus loci offenderit.* Hac etenim duplici exceptione planum ille facit, vel alibi thus a Christianis non oblatum, vel saltem non toties adhibitum quoties ab auctore nostro narratur. Fac tamen ea omnia suffimenta tunc fuisse in usu. At nullus, opinor, in animum sibi facile induxerit, ea in tot ecclesiæ partibus quot auctor noster designat, fuisse adhibita. Nunquid enim primis sæviorum tyrannorum temporibus Christianis erant ecclesiæ, quæ tot partibus, choro, narthece sacristiaque constarent?

Quid porro priori Ecclesiæ sæculo minus auditum, quam hæc chrismatis consecrandi cæremonia? *Pontifex,* inquit auctor noster ⁴⁴, *accepto unguento, ponit super altare duodecim sacris alis obvelatum.* Quis ritum illum ab apostolis ordinatum, vel ab apostolicis viris observatum fuisse memoriæ unquam prodidit? Dicesne eum Atheniensi Ecclesiæ proprium fuisse et peculiarem? Sed cave ut salva sint Dionysii Areopagitæ scripta? Is enim primus Atheniensium episcopus fuit. Auctor autem noster de hoc ritu, non ut novo et recente, atque a se instituto, sed ab aliis ubique usitato loquitur. Hæc igitur illius scripta Dionysii, Areopagitæ fetus esse non possunt.

Addamus denique id a veri specie prorsus videri alienum, quod mortua Christianorum corpora iis omnibus, quas ille adhuc recenset ⁴⁵, cæremoniis mandata sepulturæ fuerint. Ex siquidem, cum Ecclesiis omnibus pax summa tranquillitasque data est, nec plures fuerunt, nec magis solemnes. At paganis omnibus intolerabilis prorsus fuisset tam magnifica funeris exsequiarumque Christianarum pompa, nec ullum Dionysii ævo Christianum tantis parentalibus justa suis solventem, ab ethnicis aliquando deprehensum fuisse perhibetur.

CAPUT XVII.

Argumentum octavum, ex auctoris stylo petittum.

De auctoris nostri stylo nonnulla jam perstrinximus, ostendimusque Areopagiticos nihil in eo animadvertisse quod non sit vere Dionysianum, ac viro apostolico plane dignum omninoque conve-

⁴⁰ Lib. *De corona milit.*, cap. 3. ⁴¹ *De eccles. hierarch.*, cap. 3. ⁴² *Apolog. ad imperat.* ⁴³ *Apolog.* cap. 50, et lib. *De corona*, cap. 10. ⁴⁴ *Lib. De eccles. hierarch.*, cap. 3. ⁴⁵ *Ibid.*, cap. 7.

nians. Scriptionis etenim illius genus stylusque non simplex quidem, sed elatus, et pro sublimitate argumenti sublimis, rerum omnium de quibus agitur dignitati majestatique pulchre respondet. Porro hæc styli sublimitas obscuritatem peperit. Illa tamen non ex Dionysii imperitia, sed ex eo potissimum orta est, quod ipse hoc scribendi genere difficili et obscuro, ut ait divus Thomas, sacra et divina religionis nostræ dogmata et mysteria paganis et infidelibus occultare voluerit.

Antiareopagitei vero censent nihil eodem auctoris nostri stylo excogitari posse Areopagitæ virique apostolici orationi magis repugnans et contrarium. Tanta nimirum molis est de unius ejusdemque scriptoris stylo certam ferre sententiam! Quantum autem hic Dionysianus scribendi modus ab apostolicæ orationis forma abhorreat, hi demonstrant ex mira illius luxurie, sapius cothurnos et dithyrambos supergrediente. Nihil quippe auctori nostro satis magnificentum, inflatum, turgidum, hyperbolicum. Superlativa ipsi non sufficiunt, sed ea tantum quantum potest et auget et intendit. Voces usitatas, sacro nacentis Ecclesiæ usu consecratas aspernatur, ac novas hactenusque inauditas, atque ad pompam elictas, in eorum locum substituit. Horum autem omnium catalogum contexere operæ pretium non est, quandoquidem ea uno intuitu in Corderii Onomastico atque observationibus, Dionysianorum operum editioni adjectis, culibet cernere proclive est.

Neque dixeris argumentum in quo Dionysius versabatur, hanc ab eo exegisse sublimitatem, qua certe sublimiores et Deo digniores ideas ac cogitationes hominibus traderet inspiraretque. Primum enim id dici nequaquam potest de libro *De hierarchia ecclesiastica*, ubi ille disputat de sacramentis sacrisque ritibus quæ quotidiano usu frequentabantur, quæque simplici popularique methodo tardioribus Christianis æque ac peritioribus debebant explicari. Deinde consilium auctoris nostri, uti observavimus, erat his in libris clariori simpliciorique oratione ea Christianis minus perfectis exponere, quibus Hierotheus, præceptor ejus, sublimiori et obscuriori scribendi genere perfectos imbuerat. Debit igitur ille stylo scribere populari et plano, verbisque uti receptis et communibus.

Dices Dionysio forsitan idem accidisse ac Tertulliano aliisque scriptoribus nonnullis, qui, acrioris ingenii igne abrepti, libros suos stylo exaraverunt singulari, verbisque uti sunt inusitatis ac plane insolentibus. Verum quantocumque igne incensum fuerit Dionysii Areopagitæ pectus, is sane tam immaniter a scopo non potuit aberrare ut in libris quos simplicioribus Christianis minusque perfectis scribebat, tantam orationis sublimitatem et grandiloquentiam ubique affectaret. Sed sic errare fallique solent male feriatii homines, qui punienda temeritate libris suis eorum nomina inscribunt, quorum nec ingenium nec scribendi modos

A possunt unquam assequi. Quid quod neque Tertullianus, neque ullus unquam scriptor ea verba, quæ apostolorum Christianorumque omnium usu consecrata erant, missa fecerunt ut his alia penitus incomperta ubique sufficerent? Auctor vero noster voces *episcopi*, *presbyteri* et *diaconi*, quasi obsoletas repudiat, eisque semper subrogat verba *ἐπίσκοποι*, *πρεσβύτεροι* et *διακονοί*: sacros autem utriusque Fœderis libros citando voces *Scriptura*, aut *Scriptura sacra*, *evangelica*, *scriptores sacri*, vel scriptorum nomina respuit, ac pro eis substituit verba *theologiæ*, et *theologi*, vel *divina illustratio*, et *divino numine afflatus*, aut *sacri initiatores*. Nihil ergo in auctoris nostri stylo, quod cum Tertulliani libris, multoque minus cum Apostoli Epistolis componi queat, occurrere videtur.

B Neque tandem orationis illius obscuritas ideo excusanda est quod Dionysius Opera sua infidelibus et non initiatis occultanda esse censuerit. Nam cum Christianis, uti diximus, rudioribus minusque perfectis scripserit, ea procul dubio nec inani obscuraque grandiloquentia, nec vocibus insolitis, ac vano affectatæ pompæ studio fabricatis, sed summa perspicuitate, verbisque omnium usu receptis nullique incognitis conscribenda erant.

CAPUT XVIII.

De levioribus quorundam Antiareopagiticorum argumentis, et postremis Areopagiticorum probationibus; an hic auctor mendacii accusandus, et scripta ejus sint miraculis cohonestata.

C Quædam alia argumenta ab aliquibus Antiareopagiticis heterodoxis afferuntur, quæ quia vel levissima sunt, vel veritati certæque orthodoxorum doctrinæ et traditioni palam refragantur, his excutiendis et recensendis lubenter supersedemus. Quid enim, ut cætera taceamus, levius eo momento, quod plenis buccis concrepant, doctrinam de angelorum hierarchiis et ordinibus, quæ tam enucleate ab auctore nostro explicatur, Dionysii sæculo fuisse incompertam? Nihil quippe de his ille docuit, quod ex Scripturis sacris ac maxime Pauli Epistolis primitus non acceperit. Non imus quidem inficias illum pro ingenii sui viribus, ea quæ ex sacris fontibus hauserat, fusius enodasse, atque etiam amplificavisse. Sed nulli mirum videri debet hominem doctum et ingeniosum, multaque Platonicæ philosophiæ eruditione imbutum, de cœlestibus substantiis plura post divinas Scripturas retractasse, hisque nonnulla addidisse quæ ex sanioris philosophiæ placitis desumpta, sacris Christiana fidei accommodaverit dogmatibus.

D Reliqua ipsorum argumenta leviora sunt, multoque minoris ponderis. Nemini ergo negotium facessere possunt, ac ea pleraque omnia ex his, quæ in superioribus dissertationibus passim tradidimus, sponte sua rûunt, et funditus evertuntur. Sufficiet ergo validiora aliorum Antiareopagiticorum argumenta omnibus suis ponderibus ita examinasse, ut nihil eorum quæ ad ea confirmanda vel infir-

manda proferri posse credidimus, voluerimus esse A prætermissum.

Sed prælium instaurant Areopagitici, ultimoque impetu in adversarios facto, urgent eos audacissimos esse, et prorsus temerarios, qui fraudis, falsitatis, putidissimique mendacii auctorem nostrum reum agant, cujus scripta meram ubique spirant pietatem, gravitatem, sanctimoniam. Et certe quis virum illum doctum tantisque ingenii dotibus præditum, eo cæcitatæ et impudentiæ devenisse credat ut, falso Dionysii Areopagitæ assumpto nomine, tot tantisque rebus cum ejusdem Dionysii ætate, ingenio, moribus styloque pugnantis scripta sua consperserit.

At hæc omnia, clamant Antiareopagitici, victo- B rum hominum vani cassique sunt impetus. Quis enim nesciat hujuscemodi scriptoribus moris esse scripta sua, quæ ab ipsis fallaci viri sanctissimi nomine inscribuntur, ea pietate, gravitate, et sanctimonia exornare, qua ab iisdem viris, quorum nomen mentiuntur, exornanda fore existimabant. Nec minus in eorum more positum, ut alii plura, alii pauciora, quæ ementiti auctoris sui ingenio et temporibus adversentur, scriptis suis insererent. Sic nempe, Deo ita volente, nonnumquam obcæcati sunt, ut illius, quem fingunt, ingenium scribendique modum non assecuti, vel ea quæ illius ætate fieri deberent, ex sui temporis consuetudinibus ac disciplina metientes, vel ipsi iis quæ sua ætate agebantur, auctoritatem conciliare C volentes, quædam scriptis suis aut prudentes aut incanti adjicerent, quibus eorum fraudes et mendacia ab oculatoribus tandem resecta sunt.

Quid vero, instant Aeropagitici, nec Deo moris, nec æternæ illius providentiæ est opera vana et fictis mendaciis plena veris cohonestare miraculis? Hilduinus tamen, testis oculatus, affirmat hæc Areopagitæ Opera, cum variis infirmitatibus in tanti viri honorem applicarentur, multis divinitus honestata fuisse miraculis.

Sed cæteris omnibus firmiter non est ultimum illud Areopagiticorum præsidium, quippe quod ipsis Hilduini verbis expugnari videatur. De his enim miraculis sic ille scribit ⁴⁶: *Authenticos namque eosdem libros, Græca lingua conscriptos, quoniam æconomus Ecclesiæ Constantinopolitanæ et cæteri missi Michaelis legatione publica ad vestram gloriam compendio functi sunt; in ipsa vigilia solemnitatis sancti Dionysii pro munere magno susceperimus. Quod donum devotioni nostræ, ac si cæliis allatum a Deo, divina est gratia prosecuta; ut in eadem nocte decem et novem nominatissimæ virtutes in ægrotorum sanatione variarum infirmitatum ex notissimis et vicinatis nostræ personis contiguas, ad laudem et gloriam sui nominis orationibus et meritis excellentissimi sui martyris Christus Dominus sit operari*

dignatus. Hac Hilduinus narratione testatum facit decem et novem miracula eo die quo Dionysiani libri in suum monasterium asportati sunt, fuisse quidem patrata; verum ea non eorumdem librorum virtute aut applicatione, sed orationibus et meritis excellentissimi sui martyris a Christo Domino edita esse asseveranter affirmat. Quamvis autem hæc librorum Dionysianorum factu contigissent, non inde tamen genuinum Dionysii Areopagitæ opus esse certo concludi potest. Nemo enim nescit dæmonia ab his qui nec Christi discipuli, nec Christiani erant, ejusdem Christi nomine ejecta fuisse ⁴⁷, atque ex vera tantum ardentique Christianorum fide alia miracula a Deo sæpe sæpius impetrata.

CAPUT XIX.

Quo tempore hæc scripta secundum Antiareopagiticorum sententiam in lucem prodierint.

Qui rationibus hactenus a nobis allatis omnia auctoris nostri Opera Dionysianos fetus esse negant, quo tempore ea in lucem prodierint, diligenter inquirunt. Constat autem illa ante Collationem Constantinopolitanam, anno, ut diximus, 533 habitam, publici facta fuisse juris. Quamdiu vero eam præcesserint, magna inter scriptores illos controversia est. Opinatur etenim Dallæus ⁴⁸ auctorem nostrum omnino videri vel quinto præcipiti sæculo, vel etiam sexto vixisse, nec ante annum Domini circiter 520 fetus suos edidisse. Quod quidem ex eo probari posse putat quia in memorata collatione Hypatius, catholicæ totius Ecclesiæ nomine, Severianis responderit hos libros Cyrillo, Athanasio aliisque Patribus penitus fuisse incognitos; sed leve omnino est istud probationis genus. Nam Collatio illa concilium œcumenicum non fuit, nec quidquam hisce de scriptis lege lata sancivit. Hypatius itaque totius Ecclesiæ nomine non locutus est: sed ut in hujuscemodi concertationibus fieri amat, Severianis eorumdem scriptorum auctoritatem objicientibus ex tempore respondit, ea de quibus nihil hactenus audierat, ab antiquis Patribus non fuisse cognita. Præterea Severiani illa citarunt, non ut nova et recens edita, sed ut genuinum Dionysii Areopagitæ opus, jam ab ejus ætate in vulgus emissum. Hypatius vero cæterique catholici, re D maturius expensa, id verum esse nitro confessi sunt. At neque Severiani illud tanta confidentia asseverassent, neque Catholici eorum tandem subscripsissent sententiæ, si hæc lucubrationes a tredecim tantum annis, ut contendit Dallæus, prodissent in lucem.

Quapropter alii eas longe his temporibus antiquiores esse affirmant. Atque ut id probent, ostendunt primo ab Ephræmi patriarcha Antiocheno illas Dionysio Areopagitæ his verbis tribui ⁴⁹: *Quoniam et simplex Jesus componebatur secundum sanctum Dionysium Areopagitam.* Ἐπειδὴ καὶ ἀπλοῦς Ἰησοῦς

⁴⁶ Epist. ad Carolum Calvum (Patr. Lat. l. CVI, col. 53). ⁴⁷ Marc. 9, 57. ⁴⁸ De lib. suppos. Dionys. cap. 52. ⁴⁹ Apud Photium in Biblioth., col. 229.

συνετέθη κατὰ τὸν ἐν τοῖς ἀγίοις Ἀρεωπαγίτην Διονύσιον. Atqui Ephraem patriarcha Antiochenus creatus est cum Justinianus anno 526 ad imperii gubernacula accessit, et ipsemet Ephraem ante annum 545 fato functus est. Dionysii etiam nomine non semel citantur ab Andrea Cæsariensi episcopo, qui circa annum 500 libros suos edidit⁵⁰. In iis quippe nullius scriptoris beato Cyrillo recentioris, ille protulit testimonium.

Aliud ejusdem antiquitatis argumentum, minus tamen certum, elicitur ex scholiis quæ Joannes Scythopolitanus, teste Anastasio Bibliothecario, in Dionysii Opera composuit. Nam contra hunc Joannem, qui concilii Chalcedonensis defensionem susceperat, scripsit Basilius Cilix, qui, ut ait Photius⁵¹, *presbyter fuit Ecclesie Antiochenæ, quo tempore thronum ibi tenebat Flavianus, Romanique clavam imperii moderabatur Anastasius*, id est circa annum 500. Verumtamen cum idem Anastasius primam scriptorum Dionysii mentionem a summis pontificibus Gregorio Magno, Martino, Agathone fieri testetur, ille procul dubio vel errore vel memoriæ lapsu falsus est; nec tanti proinde ponderis potest esse ejus auctoritas. Idem quoque dicendum de Anastasio Sinaïta, qui ante sæculi quinti finem Dionysium Rhetorem alia similiter scholia in eadem Dionysii Areopagitæ lucubrationes publicasse testatus est. Cæterum, quantumvis uterque Anastasius peccasse dicatur, certum tamen esse debet eos nec fluxisse nec divinasse scholia hujusmodi fuisse aliquando ab his scriptoribus edita. Qui autem scholia in auctorem quemdam conscribunt, eum pro veteri et magni nominis viro habere solent. Diu ergo ante sæculum quintum Dionysiani libri pervulgati fuerunt.

Illud vero his accedit roboris et firmamenti quod Suidas⁵² et Pachymeres⁵³ tradunt, *aliquos externos philosophos, præsertim Proclum, contemplationibus Dionysii frequenter usum fuisse, atque adeo etiam meris ipsis dictionibus*. Si certæ igitur fidei sint hæc testimonia, latendum est *contemplationes Dionysii Proclo illo, qui sub Leone Thrace medium circiter sæculum quintum libris conficiendis operam dedit, esse antiquiores*. Quamobrem non jure prorsus immerito Morinus⁵⁴: *Saltem librorum istorum scriptio, inquit, initio quinti sæculi, et ante concilii Chalcedonensis celebrationem assignanda est, nec ulla ratione probabili ad inferius ævum revolvi potest*. Launoïus vero tempore primæ synodi Ephesinæ, et Erasmus Augustini ætate auctorem nostrum vixisse arbitrantur.

Narrat porro Nicephorus⁵⁵ Juvenalem, Hierosolymitanæ urbis episcopum, Pulcheriæ Augustæ de corpore virginis Deiparæ interroganti respondentem, ea omnia Dionysii nomine citasse, quæ

A in libris ipsi ascriptis etiam nunc legere est. Sed quidam hujus historiographi, quem fabulosissimum esse dicunt, auctoritatem elevare conati: *Verba, inquit, ex nostris Dionysianis descripta Nicephorus videtur ipse potius de suo adjecisse, ad Juvenalis narrationem confirmandam, quam ea Juvenali tribuisse*. His autem si objicias Nicephorum clare et perspicue affirmare ipsissima Juvenalis verba a se fuisse descripta, reponunt illico: *Historicis scriptoribus solemne esse, homines, de quibus scribant, ea dicentes inducere, non quæ vere ac certo dixerunt, sed quæ illos ipsi dicere potuisse putant*.

Sed huic responsioni plura repugnare videntur. Primum enim de quocunque alio scriptore, qui aliorum verba sermone quæ transcribit, eadem etiam dici possent. Quod sane quam falsum sit et absurdum, nemo non videt. Deinde Nicephoro non moris est homines ea dicentes inducere, quæ illos ipse dicere potuisse putabat, sed quæ ii vere ac certo dixerunt. Postremo Michael Glycas scribit in *Annalibus* sepulcrum Dei Genitricis Mariæ cum, adveniente Thoma, apertum fuisset, in illo præter sepulcrales exuvias nihil aliud repertum. Atque id quidem Græcæ Nicephori narrationi omnino congruit, ubi vox Græca non sepulcrum, sed sepulcrales exuvias significat.

Quid quod Hieronymus non minus distincte quam auctor noster novem angelorum ordines posuit⁵⁶? Unde ergo hanc de angelis doctrinam nisi ex ejus libris mutuatus est? Verum hæc conjectura non omnino felix esse videtur. Quis enim Hieronymum ex eodem ac scriptor noster, sacrarum Scripturarum fonte illam haurire potuisse inficiabitur? Quis etiam auctorem nostrum, utpote recentiorem, ex Hieronymo sua desumpsisse pari jure affirmare non poterit?

Probabiliorem forsitan de Pseudo-Dionysianorum Operum antiquitate conjecturam inde accipies, quod nonnulli ea Apollinari et Didymo, quarti sæculi scriptoribus, assignaverint; ac proinde hæc eadem Opera illis temporibus jam in vulgus sparsa fuisse habuerint persuasum. Sed cum nihil quod Apollinaris et Didymi erroribus atque doctrinæ sit consonum in iisdem scriptis occurrat, tota certe errant via, qui ea scriptoribus illis adjudicant. Si ergo in hoc tam immaniter a vero aberraverunt, quidni et circa tempus quo eadem scripta prodierint opinabantur?

Hanc tamen temporis assignationem veram esse, ac omnia auctoris nostri scripta postremis Eusebii temporibus vulgata esse eo probant quia in Gregorii Nazianzeni lucubrationibus plura a Billio, et alia quædam a Dalkeo observata reperiuntur, iis quæ Dionysius scripsit, prorsus similia. Atqui Dionysius illa a Gregorio non est mutuatus, utpote

⁵⁰ Comment. in Apocal., xi, xiii, xlv. ⁵¹ Biblioth. cod. 107. ⁵² In Collectan. ⁵³ Præem. in Operi Dionys. ⁵⁴ De sacris Ordinat. in hanc quæst., cap. 6. § 12. ⁵⁵ Hist. l. xv, cap. 14. ⁵⁶ Apolog. 2. ut vers. Rufinum

quæ ab aliis omnibus, inquit, ecclesiasticis scriptoribus plane diversus est, et sui tantum similis: omnia quoque placita sua ad neotericam Platonistatam conformavit scholam; ac tandem ubique passim a sanctorum Patrum verbis et notionibus maxime abhorruit. Contra vero Gregorius quoties ad obscuriora quedam et magis philosophica deflectit, toties ab aliis sua derivat, atque ideirent ex philosophis et Dionysio nostro illa hausisse vero videtur simillimum.

Porro si roges cur venerandum Dionysii nomen, orationi suæ magnum pondus adjecturum, ille non inseruerit, responsum illico accipies nomen illud ejusdem Gregorii ætate Christianis tanto, uti postea, non fuisse in honore. Tunc siquidem auctor ille, pro vero Areopagita nondum agnitus, vir tantum magnus, qui sub alieno nomine delitescerat, habebatur. Quid ergo mirum, si Gregorius proprio nomine eum non appellaverit, qui neminem ex Catholicis, sed paganos duntaxat, ac Symmachum, et Aquilam nominatim vocavit? Cæterum creditur illum his verbis citasse⁸⁷: *Quamquam et alius quidam ante nos pulcherrime et sublimissime philosophatus est.* Neque enim hic audiendus est Elias Cretensis, qui ibi Athanasium laudari autumat. Nam huic opinioni et temporis ratio, et descriptionis genus plane adversantur. Et vero Gregorius nunquam Athanasium, quocum meliorem vitæ spæ partem transegerat, appellasset τὴν τῶν πρὸ ἡμῶν, *quemdam qui ante nos vixit.* Hoc quippe lo-

quendi genere Græci scriptores hominem, vel priusquam nati essent, vel longe antequam scriberent, mortuum indignant. Neque etiam Gregorius de Athanasio, quem ob styli sublimitatem in sua oratione paenegyrica non commendat, unquam dixisset: *Sublimissime philosophatus est.* At utrumque illud et descriptionis genus, et temporis ratio scriptori nostro optime conveniant. Illam ergo a Gregorio Nazianzeno ibi laudatum esse nemini non probabitur.

Qui his convincuntur rationum momentis, opinioni illi quantum voluerint, subscribant, iis nec invidimus, nec reluctamur. Quominus tamen omnem illis præbeamus assensum, ea potissimum ratio nos movet, quod argumentum illud, quo scripta auctoris nostri post natam Arij hæresim edita esse demonstrabatur, idem illud ipsum post exortos Nestorii errores proditis e cuilibet haud difficile persuadebit. In iis quippe hæresis contra Incarnationis Christi mysterium non minus aperte quam omnes contra ejus divinitatem et unam trium divinarum personarum naturam errores proscribitur. De incarnato enim Dei Filio variis in locis hæc legimus⁸⁸: *Ei principalis bonitas..... nostrorum omnium vere facta particeps absque peccato, humilitatque nostræ unita, salvo proprietatum suarum statu, eoque prorsus inconfuso et inviolato.* In alio autem libro⁸⁹:

Verbum divinitimum..... per inconfusam humanitatis nostræ assumptionem. Et in epistola 4, ad Caium: *Quatenus erat Deus et homo, novam quamdam nobiscum conversandam θεανδροπικήν ἐνέργειαν exhibebat.* Quid planius, quid dilucidius post sparsos Nestorii Eutychetisque errores a quovis auctore unquam scriptum est?

Quamobrem non levi omnino conjectura colligere possumus scriptorem nostrum maxime cum turbas ab hæreticis Nestorianis et Eutychianis cleri videret, tunc ut utrosque confunderet, ac pro viribus Ecclesiæ catholicæ partes tueretur, animum ad scribendum appulisse. Atque ut id ipsi cederet felicias, magnum utique et venerandum Dionysii Areopagitæ nomen scriptis suis prælitit. Ergo illius opera intra annum 431, quo œcumenica synodus Ephesina adversus Nestorianos, et 451, quo Chalcedonensis contra Eutychianos celebrata est, ab illo profecta esse videntur. Non continuo tamen in publicam lucem producta, et ab omnibus recepta, sed sensim sine sensu ita prodierunt, ut non ante memoratam superius Collocationem Constantinopolitanam, anno 533, in omnium venerint cognitionem. Illud porro in hujusce opinionis confirmationem adduci potest, quod hæc scripta in his œcumenicis conciliis a nemine, neque etiam a Juvenale Hierosolymitano, qui inter primos utriusque synodi Patres sedebat, citata reperiantur. Nulla autem hujus silentii causa alla potest afferri, nisi quod Dionysianæ lucubrationes tunc e tenebris emergentes, vix ulli ante concilium Chalcedonense notæ fuerunt. Porro autem si quæras cur plura apud auctorem nostrum occurrant, cum his quæ Gregorius Nazianzenus scripsit, plane similia, non absurde responderi potest illa ab auctore nostro, qui sapius et sua ab aliis accepisse, et aliorum opiniones referre dicit, in usus suos, tacito Gregorii nomine, fuisse assumpta, ac stylo reddita suo, et inusitatis loquendi modis.

Quibus autem hæc conjecturæ nec satis firmæ, nec omnino probabiles videbuntur, iidem lateantur necesse est hæc scriptoris nostri Opera Collocationem Constantinopolitanam, atque etiam seculi sexti initia longe præcucurrisse temporis intervallo.

CAPUT XX.

De horum Operum utilitate, et aliis ejusdem auctoris deperditis lucubrationibus.

Cum igitur tanta antiquitatis sint illa Opera, eo majori apud Christianos debent esse in pretio, quo plura ad eorumdem Christianorum utilitatem copiose suppeditant. In iis enimvero docemur quæ scriptoris nostri et decessorum ejus tempore fuerit doctrina fidei et morum disciplina. Quamvis enim in eo falsus esse arguatur, quod ea quæ docet Dionysii Areopagitæ ætate viguisse putaverit, constat tamen ea omnia debuisse ante ejus-

⁸⁷ Orat. 38 in Theoph. et 42 in Pasch. ⁸⁸ De eccles. hierarch., cap. 3. ⁸⁹ De divin. nomin.

dem auctoris nostri ævum in Ecclesia voce et scriptis doceri, atque usu plurimo recipi. Ex his ergo scriptis discimus quid iis omnibus temporibus Ecclesia docuerit de adorando Trinitatis mysterio, de Christi divinitate et Incarnatione, de angelorum hierarchiis et ordinibus : quid tradiderit de baptismi et eucharistiæ administratione, de liturgiæ seu missæ celebratione, de consecratione chrismatis, de sacris Ecclesiæ ministris, de monachis eorumque votis et professione, ac tandem de mortuorum exsequiis et sepultura. Porro autem hæc cæremoniæ hique ritus non ut recentes ac novi, sed ut veteres atque ab apostolis derivati in nostri auctoris scriptis referuntur. Quapropter qui eadem scripta Dionysio Areopagitæ vindicant, hi omnes illos ritus ab apostolis profluxisse contendunt. Qui vero ea recentioris scriptoris setum esse opinantur, ii negare non possunt plures ex iisdem ritibus a traditione apostolica manasse : cæteros autem tum pedetentim institutos, cum Ecclesiis pax et tranquillitas ab imperatoribus Christianis data est, atque ab ipsis templa, in quibus sacra publice fierent, ædificata fuerunt. Hinc liquido colligimus tales missam celebrandi et sacramenta administrandi ritus ab auctore nostro describi, quales Constantini Magni tempore et quarto sæculo observari cœperunt.

Magna porro horum auctoris nostri scriptorum utilitas triste aliquod aliorum, quæ perierunt, nobis desiderium reliquit. In his autem numerantur, liber *De hymnis divinis*⁶⁰, liber *Ἐν ταῖς θεολογικαῖς ἑποπυλώσεσι*⁶¹, *De informationibus divinis*, liber *De symbolica theologia*⁶², liber *De anima*⁶³, liber *De justo divinoque iudicio*⁶⁴, liber *De iis quæ sub intellectum et sensum cadunt*⁶⁵. Et si divo Maximo fides habenda liber *De legali hierarchia*⁶⁶, et liber *De angelicis ordinationibus et proprietatibus*⁶⁷ : sed postremus ille liber non alius ab ipso *De cælesti hierarchia* libro pluribus videbitur. Cæterum ea fuit eorum librorum jactura ut nulla eorum mentio nullumque exstet vestigium, nisi in iisdem auctoris nostri Operibus, vel quod ipsorum sultum non sit testimonio.

CAPUT XXI.

De editionibus et versionibus eorundem Operum, ac variis in ea scholiis et observationibus.

Jam vero ut ad Dionysianorum Operum editiones veniamus, ea typis Græcis excusa sunt Basileæ anno 1539, Coloniae 1577, Paris. 1565, Venetiis 1558, et apud Morellium anno 1562. Latinis vero simul ac Græcis, Parisiis anno 1615, et rursus ibidem 1644, et Antuerpiæ anno 1663. Quædam autem ex his operibus separatim edita sunt, nimirum libri duo, alter *De mystica theologia*, alter *De divinis nominibus*, Mars. Ficino interprete et expatore, Venetiis anno 1538, atque inter Opera ejus-

dem Ficini, Basileæ anno 1576; liber vero *De ecclesiastica hierarchia* cum Latina versione, Basileæ, anno 1539. Epistola ad Polycarpum inter epistolas SS. Patrum a Symphor. Champerio typis Ass., 1516. Eadem cum epistolis Ignatii et aliorum, Ant. 1540, et Venet. 1546. Epistolæ duæ in *Orthodoxographia*. Omnia denique Dionysii nostri Opera Latine in antiquis Patrum Bibliothecis, ac in Coloniensi ex editione Lansselii, et in nostra Lugdunensi ex Corderiana rursus vulgata sunt.

Antiquissima horum Operum versio Latina accurata est a Scoto Erigena seu Scotigena, qui eam ex manuscriptis Græcis in monasterium Sandionysianum, Carolo Calvo imperante, allatis adornavit. Hæc versio cum aliis quibusdam, nimirum Petri Sarrasini, Ambrosii Camaldulensis, et Marsilii Ficini edita est Coloniae anno 1546. Eodem anno alia Clauseri studio Argentorati prodit : atque eadem in urbe Perionius anno 1557 suam vulgavit quæ anno 1585 Lugduni rursus prelo subjecta est. Illas exceperunt versio Lansselii, e Societate Jesu presbyteri, Parisiis publicatâ anno 1625, ac demum Corderii theologi, ejusdem Societatis doctoris, quæ Antuerpiæ 1633 emissa est in lucem.

Porro autem vix alia reperias sanctorum Patrum opera, quibus illustrandis et exponendis majorem scriptores posuerint operam. Præter memoratas enim versiones, multi in has auctoris nostri lucubrationes ediderunt scholia, notas, observationes et paraphrases. Et vero Dionysius Rhetor et Joannes Scythopolitanus sexto Ecclesiæ sæculo quædam in eas scholia conscripserunt : sed eorum in primis, quæ a Dionysio profecta sunt, jacturam patimur. Septimo sæculo sanctus Maximus, martyr celeberrimus, scholia etiam continua et uberiora composuit. Iis autem neque doctrina, neque ritus, et disciplina ab auctore nostro tradita explicantur, sed quædam in auctores ab illo citatos observantur, quibus Maximus hæc scripta Dionysio Areopagitæ vindicare conatus est. In plurimis autem scholiis ea quæ in textu auctoris attentiori consideratione legenda sunt, omnibus animadvertenda proponit. Quæ quidem omnia summam ejusdem Maximi, tanti videlicet martyris, pietatem et sanctimoniam omnino spirant et redolent.

Pachymerius paraphrasim seu Commentarium in eadem Dionysii Opera scripsit, qui memoratis Maximi scholiis sapius subjungitur. Peste vero Hugo a Sancto Victore, Albertus Magnus, divus Thoma Aquinas, Dionysius Carthusianus et quidam alii nonnulla in quasdam ejusdem auctoris lucubrationes scripserunt.

Præterea editionem eorundem Operum Latinam

⁶⁰ *De cæl. hier.* cap. 7. ⁶¹ *De divin. nomin.*, cap. 1, 2 et 11, et lib. *De myst. theol.*, cap. 12. ⁶² *De divin. nomin.*, cap. 1, 4, 9, 13, et *De myst. theol.*, cap. 2, et *Epist. ad Tit.* ⁶³ *De divin. nomin.*, cap. 4. ⁶⁴ *Ibid.* ⁶⁵ *De eccles. hier.* cap. 1. ⁶⁶ *Ibid.*, cap. 3. ⁶⁷ *De divin. nomin.*, cap. 4.

habemus Parisiis typis Henrici Stephani anno 1515 A excusam, quæ versionem Ambrosii Camaldulensis, notas Fabri Stapulensis, et commentarium Judoci Clichtovei complectitur. Porro Fabri scholia sæpius in vulgus prodierunt, Argentorati anno 1498 et 1502, et Parisiis 1505. In iis autem Faber versionem Ambrosii Camaldulensis aut illustrat aut corrigit: atque ut id præstaret integrius, Græcis manuscriptis, quæ in Dionysiano monasterio servabantur, usus est.

Notas in singula Dionysii Opera omnium maximas jam præfatus Corderius divulgavit, exæque ab ipso *theologicæ* appellantur. Et re quidem ipsa illæ ad theologiam scholasticam pertinent, atque in illis, quibus librum *De divinis nominibus* illustrare contendit, fusius uberiusque disputat.

CAPUT XXII.

Novæ quædam observationes.

Auctor Hebraice nesciebat. — Nulli injucundum, nec forsitan inutile erit his observationibus quædam adjicere, quæ attentione aliqua non plane indigna videbuntur. Primum enim auctor noster Hebraice nesciebat, quippe qui ubi nonnullas Hebraicorum verborum interpretationes affert, subjungit continuo⁶⁸: *Hebraice periti aiunt, vel: Hi qui Hebraice norunt.*

Præterea dubium adhuc et incertum esse videtur, utrum hæ voces quæ in librorum inscriptionibus leguntur, *Τῶ συμπεσχυτέρῳ Τιμοθέῳ Δορυςίος*, ab auctore ipso profectæ sint. Qui enim fieri potuit ut ille in Operum suorum titulis adhibuerit *πρεσβύτερος* vocem, qua nullibi unquam in iisdem Operibus suis uti voluerit? Dissimulare tamen non possumus easdem inscriptiones eodem modo in Græcis ac Latinis manuscriptis atque in editis exhiberi; sed in codicibus illis manu exaratis, quorum antiquissimi ætatem sancti Maximi non superant, voces hujuscemodi a librariis scriptoribus in titulos facile intrudi potuerunt. Verum has conjecturas nostras aliorum iudicio libenter permittimus.

De capitum summariis. — Idem quoque dicendum de capitum summariis, ut vocant, sententiis, seu argumentis, quæ in manuscriptis et editis libris similiter occurrunt. Plura quippe capitum argumenta, ab iis quæ in textu pertractantur, representandis adeo sunt aliena, ut a quovis alio potius quam ab auctore nostro scripta esse videantur.

De ordinibus minoribus. — Arbitrantur nonnulli his in scriptis aliquam minorum Ecclesiæ ordinum, sacro diaconatu inferiorum, mentionem haberi. Iis tamen lectione, qua potuimus, accuratioris examinatis, nullum nobis eorum ordinum vestigium ullibi apparuit. Non sumus quidem nescii mentionem ibi fieri cantorum; sed peculiarem quemdam ordinem ex iis in Ecclesia constitui

nullibi unquam auctor noster tradidit. Et certe id cuilibet facile persuadebitur, si animo attendat non alium scriptoris nostri scopum esse quam ecclesiasticam hierarchiam, angelicæ et cœlestis iustar, in tres tantum, episcoporum, presbyterorum, et diaconorum, a nobis supra commemoratos ordines distinguendi.

De ritibus prætermisissis. — Neque etiam omnes cæremonias et ritus, sicut operis ejus consilium magis postulare videbatur, in sacramentorum administratione observari solitos ille commemorat. De confirmationis enim sacramento post baptismum administrando ubi disputat, nullum de manuum impositione verbum fecit. Nemo tamen nescit eam ab apostolis eorumque successoribus B fuisse adhibitam. Quid quod et ipse in libro *De ecclesiastica hierarchia*, in secunda ejusque capituli parte, ubi de hujuscemodi tantum ritibus disserit, nonnullos prætermisit, quorum deinceps in tertia parte refricat memoriam.

De ritu singulari. — De quibusdam etiam cæremoniis tractat, quæ in sua tantum Ecclesia et nonnullis forsitan vicinioribus erant in usu. Talis est ille tam singularis duodecim plumis sacrum chrisma cooperiendi ritus. Illud etiam in missæ celebratione peculiare videtur quod, recitatis defunctorum nominibus, fieret manuum lotio, consecrationi eucharisticæ quamproxime præmittenda.

De mss. Reg. — Plures etiamnum exstant in bibliotheca Regia horum Operum manuscripti codices Græci, quorum præcipuus, numero 2262 subnotatus, omnium antiquior est, et annorum 600 ætatem nobis præferre videtur. Ex hoc codice solo, aliis, qui sequentibus numeris notantur, nec inspectis, nec examinatis, suam Morellius, uti putatur, editionem adornavit.

De mss. Colbertinis. — Duos alios ex celeberrima Colberti bibliotheca codices penes nos habuimus, quorum prior, caractere elegantissimo exaratus, ætatem suam his verbis, in calce illius adjectis, indicat: *Ἐτελειώθη ἡ παρούσα βίβλος μηνὶ Ἰανουαριῶ ζ', ἰνδι. ε', ἔτος, ςϑ'*, id est: *Perfectus est hic Liber mense Januario, feria septima, indictionis v. anno mundi 6500.* Hi duo characteres Græci D ςϑ in codice manuscripto inter se connexi, nihil aliud ibi significare videntur quam annum mundi 6500 et Christi 992.

De mss. Latin. — In hoc autem codice adjectæ sunt sancti Maximi notæ, ab his quæ in editis prostant, plurimum discrepantes. Quas quidem variationes cum omnes describere non possimus, id semel observasse sufficiat. Unde autem orta sit illa notarum discrepantia, si roges, disce ex Athanasii testimonio, a nobis mox proferendo, quo se scholia sancti Maximi et Joannis Seythopolitani a se invicem distinxisse affirmat. Hinc enim colliges ea imperitorum librorum incuria potuisse facile

⁶⁸ *De cœlest. hier.*, cap. 7; *De eccles. hierarch.*, cap. 4, de voce *Presbyteri*.

in codice Colbertino aliisque pluribus præpostera A perturbatione confundi.

Posterior tandem codex Colbertinus a quodam monacho nomine Longiuo, anno mundi, ut ab eodem Longino subnotatur, 6780, id est Christi anno 1272, descriptus est.

De ms. Sandionysiano. — Observabamus supra quosdam Græcos codices, Carolo Calvo imperante, in Sancti Dionysii prope Lutetiam monasterium fuisse asportatos; sed legendam eorum cum cæteris ferme omnibus ditissimæ ejusdem bibliothecæ manuscriptis jacturam fecimus. Alius qui ibi nunc habetur, illuc ab imperatore Manuele Palæologo missus est. Atque in hujusce rei fidem hæc verba in fine ejusdem libri, sed manu recentiori subjecta sunt: « Τὸ παρὸν βιβλίον ἀπεστάλη παρὰ τοῦ ὑψηλοτάτου βασιλέως, καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου εἰς τὸ μοναστήριον τοῦ Ἁγίου Διονυσίου τῷ ἐν Παρυσίῳ τῆς Φραγγίας ἢ Γαλατίας, ἀπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως δι' ἐμοῦ Μανουὴλ τοῦ Χρυσολωρᾶ, πεμφθέντος πρεσβέως παρὰ τοῦ εἰρημένου βασιλέως, ἕτοι ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἑξακισχιλιοστῶ ἑνεακισχιλιοστῶ ἑξακιδεκάτῳ, ἀπὸ σαρκώσεως δὲ τοῦ Κυρίου χιλιοστῶ τετρακισιοστῶ ὄγδοῦ. Ὅστις εἰρημένος βασιλεὺς ἦλθε πρότερον εἰς τὸ Παρύσιον πρὸ ἐπὶ τῶν τεσσαρῶν. » *Hic liber Constantinopoli ad monasterium Sancti Dionysii Parisiensis in Francia sive Gallia missus est a celsissimo principe et imperatore Romanorum domino Manuele Palæologo per me Manuelem Chrysoloram, legatum missum a dicto imperatore, anno a creatione mundi sexies millesimo nonagesimo decimo sexto, ab Incarnatione vero Domini millesimo quadingentesimo octavo. Qui dictus imperator prius Parisios venit ante quatuor annos.*

Duos insuper Latinos nacti sumus manu exaratos codices, quibus versio Joannis Scotigenæ ac divi Maximi, ejusdemque Joannis Scotigenæ (1) notæ et scholia exhibentur. Primus Bibliothecæ Regiæ est, secundus Colbertinæ: alter ab annis circiter 600, alter vero 400 descriptus. In utroque præmittuntur ejusdem Joannis Scythopolitani (2) et Anastasii Bibliothecarii ad Carolum Calvum epistolæ, quibus ei versionis operisque sui reddunt rationem. Epistola Joannis sic inscribitur: *Gloriosissimo catholicorum regum Carolo Joannes extremus sophiæ studentium.* Anastasiana vero: *Præfatio Anastasii, apostolicæ sedis bibliothecarii, ad excellentissimum regem et Christianissimum Carolum*

(1) Lege Joannisque Scythopolitani. EDIT. PATR.

Ibi interpretationis a Joanne, quem Scotigenam vocat, editæ meminit. Imperatorem vero certiore facit se ad eum versionem mittere Græcorum Maximi et Joannis Scythopolitani scholiorum: quæ quidem quomodo a se invicem distinxerit, his verbis significat: *Ipsorum autem scholiorum seu paratheseon, quæcunque in calce sui signum vivificæ crucis habent, a beato Maximo confessore ac monacho inventa narrantur: cætera vero sancti Joannis Scythopolitani antistitis esse feruntur.*

De epistola undecima ad Apollophanem. — Illud tandem sine observatione aliqua prætermitti non debet, quod neque in his omnibus codicibus, sive Græcis sive Latinis, neque in omnibus fere editionibus, nisi in Bibliotheca nostra Lugdunensi, epistola undecima, Dionysii nostri nomine inscripta, decem aliis superioribus subnectitur. In ea auctor Apollophanis philosopho, ad quem data est, de illius ad Christianam fidem conversione plurimum gratulatur, et de solis defectione, quæ Christo moriente, contigerat, sermonem rursus instituit.

Hæc autem epistola non solum certissima evidentis præfert falsitatis indicia, sed nec ab eodem auctore ac decem superiores, aliique Dionysiani libri, profecta esse videtur. Enimvero illa nec in manuscriptis, uti diximus, nec in melioris notæ editionibus vulgata est. Deinde ab aliarum cum epistolarum, tum lucubrationum Dionysii nostri stylo prorsus abhorret. Denique divo Maximo, Operum Dionysii diligentissimo indagatori, plane penitusque incognita fuit. Nullas etenim in eam, sicut in cætera Dionysii Opera, ille edidit observationes. Quid quod et ipse Maximus Dionysium cum solis eclipsim observaret, annum ætatis vicesimum quintum attingisse meris conjecturis probare conatur. At nulla ipsi opus erat conjectura, si hæc epistola, ubi id aperte declaratur, in ejus manus aliquando venisset. Vero igitur videtur omnino simile eam a male feriato quodam scriptore ex septima auctoris nostri ad Apollophanem epistola, in qua de memorata solis eclipsi disputat, post Maximi obitum fuisse compositam. Porro autem non alia quidem ratione ille Pseudo-Dionysius eam scripsisse videtur, nisi ut eundem Apollophanem Christianæ religioni, ad quam auctor epistolæ septimæ eum adducere tentaverat, nomen suum aliquando dedisse omnibus quocunque tandem modo persuaderet.

(2) Lege Scotigenæ. Id.

FR. J. F. BERN. M. DE RUBEIS

ORDINIS PRÆDICATORUM

In Venetam Operum quæ *Areopagitica* dicuntur, editionem

DISSERTATIO PRÆVIA

In qua præsertim agitur de Scholiis Sancti Maximi, et Joannis Scythopolitani, ac Germani Constantinopolitani patriarchæ.

CAPUT PRIMUM.

Operum Areopagiticorum editio Antuerpiensis: quid in ea præstitum. Posterior alia Parisiensis editio. Casimirus Oudinus notatus.

I. Quænam curæ adhibitæ fuerint, quid etiam amplioris emolumenti in nova Operum, quæ *Areopagitica* dicuntur, Veneta editione præstitum, munus mihi demandatum est, ut prævia quadam dissertatione admonerem. Agam igitur pro munere assumpto: et quænam fuerit anterior editio selecta, quæ iterum cuderetur; num aliqua cum mss. codicibus, et quibusnam, collatio Græci textus facta fuerit; quænam opuscula adjecta, quæ vel de genuino parente perquirant vel ejus fidem patefaciant, an edita scholia sint unius Sancti Maximi, an aliqua vel etiam plura Joannis Scythopolitani, an etiam quædam Germani, regis urbis Constantinopoleos patriarchæ; totidem erunt dissertationis argumenta, ac alia sane his affinia.

Areopagiticorum Operum editiones omnes hoc loco numerare supervacanea cura foret. Nitidissimam Antuerpiensem memoro *ex officina Plantiniana Balthasaris Moreti 1634*. Frons primi tomi est: *Opera S. Dionysii Areopagitæ, cum Scholiis S. Maximi, et Paraphrasi Pachymeræ, a Balthasare Corderio Soc. Jesu doct. theol. Latine interpretata, et notis theologis illustrata*. Primus idem tomus continet Græce et Latine libros *De cælesti hierarchiâ, De ecclesiastica hierarchia* et *De divinis nominibus*, Balthasare Corderio interprete. Libros præcedunt ipsius Corderii *Observationes generales pro intelligentia S. Dionysii, et sancti Maximi Prologus, et Georgii Pachymeræ Proœmium*: singulis vero librorum capitibus *Adnotationes Corderii, et Scholia S. Maximi, et Paraphrasi Pachymeræ* subjiciuntur; quæ omnia vir idem doctissimus Corderius Latine transtulit.

Tomus alter complectitur *Corderii Isagegem ad mysticam theologiam*, tum ipsum *De mystica theologia* librum, cum *Adnotationibus Corderianis, et S. Maximi Scholiis, et Pachymeræ Paraphrasi*, eodem Corderio interprete. *Dionysii epistolæ* sequuntur, quæ decem sunt, ea rejecta quæ ad *Apollophanem philosophum* inscribitur, certissimis vobis

A argumentis damnata: easque subjecta ornant *Scholia Maximi, Pachymeræ Paraphrasis, et Corderii Adnotationes, et Latine interpretationes*. Molem voluminis augent opuscula plura, quæ sequuntur. I. *Vita et Encomium Dionysii Areopagitæ ex Menæis, interprete Petro Halloix Soc. Jesu*. II. *Simeonis Metaphrastæ Vita et Conversatio S. Dionysii Areopagitæ, ab incerto interprete Latinitate donata, et a Corderio recensita*. III. *De Dionysio Areopagita ex Suida, interprete Petro Lansselio Soc. Jesu*. IV. *Vita Areopagitæ ex Libro secundo Nicephori, Græce et Latine ab eodem Lansselio edita*. V. *Michaelis Syngegi Encomium in S. Dionysium, interprete Basilio Millanio, et a Petro Lansselio pluribus in locis castigatum*. VI. *Martyrium S. Dionysii Areopagitæ per Methodium, vel, ut alii, Metrodorum, interprete Lansselio*. VII. *Vita ejusdem per R. P. Petrum Halloix S. J. concinnata, ejusdemque notationibus illustrata*. VIII. *Laudati Halloixii de S. Dionysii Areopagitæ Vita et Operibus Quæstiones quatuor*. IX. *Argumenta et Testimonia pro Operibus S. Dionysii ex Vindiciis Areopagiticis R. P. Martini Delrio Soc. Jesu*. X. *De Dionysio Areopagita, ejusque scriptis Disputatio Apologetica Petri Lansselii*. XI. *Variantes lectiones in Libris Areopagiticis*. XII. *Onomasticum Dionysianum Balthasaris Corderii*. XIII. *Index locorum sacræ Scripturæ*. XIV. *Index in binos Operum sancti Dionysii tomos*.

C II. Post annos decem, nova Lutetiæ Parisiorum, anno scilicet 1644, accurata est apud Laurentium Cottereau editio Græce et Latine. Titulus est: *Sancti Dionysii Areopagitæ Operum omnium quæ exstant, et Commentariorum quibus illustrantur*. Tom. I... Tom. II... *opera et studio Petri Lansselii, et Balthasaris Corderii Soc. J. presbyterorum*. Accessit nunc primum *Areopagitæ defensio adversus hæreticum Calvinistam, per clariss. et nobiliss. virum dominum D. Joannem de Chaumont, Christianissimi regis in sacris ac secretioribus regni consiliis consiliarium, et arcanioris Regiæ bibliothecæ præfectum*. Nova editio, præcedentibus emendatior et auctior. Ordo prioris editionis cernitur in ista paululum immutatus, ac Lansselianæ aliquæ interpretationes Latine selectæ sunt præ Corderianis.

* Lectorem monitum volumus in hac Dissertatione et sequenti nonnulla indigitari quæ non nisi ad Græcum textum S. Dionysii spectant, quæque ab hujus editionis instituto, ut mere Latine, aliena videntur. Hæc malimus erudito Lectori discernenda relinquere quam virorum doctorum quorum editionem sequimur, elucubratione frustratum scindendo decurtare. EDIT. PATR.

Primo in volumine præmittuntur *Corderii Observationes generales*, ejusdemque *Isagoge in Mysticam Theologiam*, et *Proæmium Pachymeræ* cum Latina Corderiana translatione. Succedunt Græce et Latine, Corderio interprete, libri *De cælesti hierarchia*, *De ecclesiastica hierarchia*, *De divinis nominibus*, *De mystica theologia*, cum ejusdem viri doctissimi interpretatione, adnotationibus, et Pachymeræ paraphrasi. Epistolæ sequuntur, quæ decem numerantur, *Corderii adnotationibus* duntaxat illustratæ.

Quæ vero volumen alterum complectitur, hæc sunt. I. *Prologus Sancti Maximi*, interprete Petro Lansselio. II. Græce tantum, Ἐρμηνεία λέξεων, quæ etiam exstat in Græca Morelliana editione Parisiensi anni 1562, in-8°. III. *Scholia Sancti Maximi* in superiores Areopagiticos libros, eodem Lansselio interprete. IV. *Georgii Pachymeræ Paraphrasis in Epistolas*, interprete Godefrido Tilmanno, Carthusiæ Parisiensis monacho. V. *Sancti Maximi Scholia in Epistolas*, cum Latina interpretatione Corderiana. VI. *Opuscula*, ut in editione priori Antuerpiensi, inter quæ Latine vertit Lansselius *Encomium ex Menæis Græcis*, recensuit Vitam a Metaphraste concinnatam, Latine interpretatus est duo excerpta ex Suida, et Nicephoro, *Vitam Syngeli* emendavit, ac *Martyrium Methodii* Latinitate donavit illustravitque notis. VII. Sequuntur *Dionysii Guerini Martyrium Areopagitæ*, carminibus Latinis expressum, *Vita* ab Halloixio concinnata, ejusdemque *Quæstiones quatuor*, *Vindiciæ Martini Delrio*, et *Lansselii Disputatio apologetica*. VIII. *Accedit Areopagitæ Defensio adversus hæreticum Calvinistam Charentoni ministrum*, a Joanne domino de Chaumont Gallice primum conscripta, subindeque Latine reddita. IX. Postremum locum tenent *Lansselii Notæ ad Pachymeræ Paraphrasim in Epistolas*, ejusdemque *Notæ in Vitam Syngeli*, et in *Methodii Martyrium*.

III. Habes ea singillatim enumerata, in quibus conveniunt, et in quibus differunt, sive ordinem spectes, sive Latinas interpretationes, ac notas et opuscula, editiones duæ, Antuerpiensis et Parisiensis. De utraque Casimiri Oudini judicium est tomo I, *De scriptoribus et scriptis ecclesiasticis* ad annum 520, col. 1571. « Balthasar Corderius, primus omnium diffusionem et amplitudinem Commentariorum, disquisitionem abstrusiorum, doctrinam rerum omnium... Vitam S. Dionysii Areopagitæ et omnia ejus Opera, et quidquid ab aliis Græcis de illo dictum est, Commentariis uberrimis elucidare labore plane eximio, licet forsitan minus felici, conatus est. Apparebit incredibilis ille labor Corderii ex inspectione omnium S. Dionysii Areopagitæ Operum, et omnium ad Vitam et Encomia ejusdem spectantium, quæ Antuerpiæ anno 1634 Græce et Latine duobus in folio tomis nitidissime edita sunt, tum recusa Parisiis, anno 1644, modo formaque eisdem. Ut sane in posterum inutilem

prorsus laborem susciperet, qui argumentum idem aggrediretur. » Quo in loco minus accuratum se præbet Oudinus in utriusque editionis recensione, ut ne quidem vidisse alteram ipse videatur.

CAPUT II.

Parisiensem editionem exprimit nova editio Veneta, Græco textu Operum Areopagiticorum, Scholiorumque præsertim, collato cum codice bibliothecæ Sancti Marci. Opuscula aucta, Variæ, quæ feruntur de Operum auctore opiniones.

I. Sacrarum litterarum cultoribus, qui accuratorem aliquam Operum Areopagiticorum editionem sibi facilius ac minori pecuniarum sumptu comparare queant, bene consulturus typographus Venetus, Parisiensem recensitam selegit, utpote opusculis apologeticis locupletiorum, Latinisque plerisque doctissimi peritissimique viri Petri Lansselii interpretationibus ornatam.

Novæ tamen curæ prætermisæ non sunt ad emendandum textum Græcum, sive Areopagiticorum Operum, sive Scholiorum, ipsumque variis lectionibus, si quæ opus forent, exornandum; diligentiori facta collatione cum nitidissimo Venetæ Sancti Marci bibliothecæ codice. Operam hanc navavit industrius ac sane peritus Georgius Constantini, natione Græcus, ex Joannina urbe Epiri Labor cessit cum emolumento. Variantes lectiones in Operibus occurrunt frequentes, ac præterea in Scholiis erui non pauca additamenta potuere. Foliorum margines hæc omnia præstant. De Scholiis Germani Patriarchæ, quæ nunc primum ab aliis distincta prodeunt juxta codicis fidem, dicam inferius.

II. Opusculorum numerum auget primo opus, quod Gallice scriptum editumque frontem præfert: *Problème proposé aux sçavants touchant les livres attribuez à S. Denys l'Aréopagite: où l'on demande s'il faut dire, que cet auteur a tiré ses principes, une partie de sa doctrine, et le traité de sa Théologie mystique, de saint Clément d'Alexandrie, et de saint Grégoire de Nysse: ou si ces deux Pères ont pris de lui.* A Paris chez Jean de Nully M. DCC. VIII. « *Probléma iteratis viris propositum circa libros Dionysii Areopagitæ tributos: quo ad examen vocatur, queriturque, num ipsorum operum Auctor ex Clemente Alexandrino, et ex divo Gregorio Nysseno depromserit principia sua, ac doctrinæ partem, et Tractatum de Mystica Theologia: an ab illo quidpiam isti mutuaverint.* » Neque solum *Probléma*, quod proponitur, argumentis atque solutionibus utraque ex parte munitur: verum etiam argumenta comparent in eo, ac solutiones, quæ Dionysio Areopagitæ, veluti genuino auctori, favent, et adversantur. Prodibit Opus Latine duntaxat redditum.

Inter eos qui abs Dionysio Areopagita abjudicant Opera, orthodoxum quempiam sequioris ætatis auctorem putant aliqui, heterodoxum alii. Pro Petro Gnaphæo, seu Fullone, aut aliquo ex ejus asseclis Eutychiana aut Monophysitica lue infecto, pugnavit acerrime Michael Lequienus in *Disserta-*

tionem in Damascenicæ, a num. 10 ad numerum usque 16. Quod excerptum inter memorata opuscula novum locum habet. Hoc vero excipere debuit adversa Dissertatio nostra, *De fide auctoris Operum quæ vulgo Areopagitica dicuntur, an orthodoxus fuerit, an hæreticus vel Apollinarista, vel Eutychianus, seu Monophysita*. Jam edita numeratur nona inter alias triginta Dissertationes *De gestis, et scriptis, ac doctrina sancti Thomæ Aquinatis*, typis editas in-folio, Venetiis, apud Joan. Baptistam Pasquali 1750. Eadem prostat in nova ejusdem S. Thomæ Operum editione Veneta, tomo VIII, in-4.

III. Ex his opusculis variæ innotescunt, quæ feruntur de germano Areopagiticorum Operum parente opiniones. Paucis eas memorare liceat. Ac primo veluti pro comperto haberi potest, ac certe debet, certum ac genuinum existere nullum in antiquitate monumentum, quo evinci queat, primis quatuor Ecclesiæ sæculis, vel etiam adulto quinto, et ad finem vergente, Areopagitica laudata Opera innotuisse. Hac de re agit uberrime auctor *Problematis* quod superius memoravimus: egi etiam ego in Dissertatione citata, capitibus 1, 2, 4 et seq.

Primi fuere heterodoxi Severiani, concilii œcumenici Chalcedonensis hostes, ut certos testes adhibeam, qui testimonia ex Areopagiticis Operibus deprompta adduxerunt in Collatione, quam Constantinopoli habuere cum orthodoxis, quorum primus erat Hypatius, episcopus Ephesinus. Hic vero primus fuit, qui eadem Opera abs Dionysio Areopagita abjudicavit, tribuitque antiquis hæreticis Apollinaristis. Vide caput primum citatæ Dissertationis. Sæculo sexto incepto, id est anno 532, habita fuit prædicta Collatio: quo sæculo, vel etiam cadente quinto, pro sancto Dionysio Areopagita pugnavit Joannes, Scythopolitanus antistes; pugnavit etiam insequente sæculo, sanctus Maximus, abbas Chrysopolitanus, ac sequiori ætate Theodorus quidam presbyter, apud Photium, codice 1. Apologetica opuscula simul collecta præstat Veneta hæc editio, quæ scripserunt Halloixius, Delrieu, Lansselius, Chaumontius.

Inter eos qui genuinos Areopagitæ fetus inficiantur Opera, de quibus agimus, varia sunt placita de auctore, quem perquirunt: ipsumque virum orthodoxum habent alii, aliique heterodoxum, dissidentque de natione ejus. Guillelmus Caveus arbitratus est, Operum auctorem dici posse Apollinarium, quem putat fuisse in fide sanum, patrem Apollinaris hæretici. Ea Mathurinus Vessieres La-Croze tribuit Synesio, Ptolemaidis episcopo: in-centoremque ipsi fuisse, ut eadem scriberet, Theophilum Alexandrinum contendit. Quid? quod Henricus Dodwellus in epistola ad Caveum commentus est, a Latino catholico homine quodam, fortasse Gregorio Magno, conficta esse Opera Areopagitica, utpote qui ante pontificatum diu vitam egerit Constantinopoli, ac Dionysium confluerit,

A quem pro una hypostasi aliisque controversiis eo tempore agitatae opponeret Orientalibus. Verum denique his omnibus antiquiori, magno Dionysio, Alexandriae episcopo, adjudicanda esse Areopagitica conjecerat Joan. Philippus Baraterius. Hæc in nostra Dissertatione refutata sunt commenta omnia.

Primum memoravimus Hypatium, episcopum Ephesinum, qui Apollinaristas hæreticos antiquos fecerit auctores *Areopagiticorum*. Hanc refutarunt opinionem Joannes Scythopolitanus, et Maximus in Prologo et in notis. Vide caput 3 Dissertationis. Longe recentior est eorum sententia, qui Eutychianis et Monophysitis tribuerunt *Areopagitica*. Casimirus Oudinus *De scriptoribus et scriptis ecclesiasticis*, loco superius laudato, capite 2, sic ait: « Opino igitur, ne quid dissimulem, Opera illa omnia, tanto fastu Sancto Dionysio Areopagitæ attributa, fuisse conficta a Severianis hæreticis, errores Eutychetis amplexantibus, atque sancto Dionysio Areopagitæ supposita, cujus sub nomine confluerant, ut falsa veterum auctoritate errores suos defenderent. Conficta illa fuisse circa annum 520, Severianis tunc temporis in imperio obtinentibus, a quibus illa primum sub specioso Dionysii Areopagitæ nomine, anno 532, in Collatione Constantinopolitana inter Catholicos et Severianos allegata sunt, producentibus illa e tenebris Severianis, sed orthodoxis illa, uti Ecclesiæ hucusque ignota et inaudita reprobantibus. Venit in meam sententiam Joannes Dallæus... in opere *De scriptis quæ Dionysii Areopagitæ et Ignatii Antiocheni nominibus circumferuntur*, etc. » Pro Severianis, aut Monophysitis, veluti *Areopagiticorum* auctoribus, ac præsertim Petro Cnaphæo seu Fullone, Ecclesiæ Antiochenæ tyranno, aut alio partium ejus et consiliorum socio, agit uberrime Michael Lequienus loco citato, pluresque in medium profert ac amplificat conjecturas. Virum doctissimum pro virili, insequitur tota Dissertatio sæpius citata: neque opinionem ejus, quam noverat, verisimilem putat Christianus Augustinus Salig in tractatu *De Eutychianismo ante Eutychen*: neque rursus approbat Maturianus Vessieres La-Croze. Sedem Antiochenam anno 471 prima vice tenuit Cnaphæus, iterumque invasit anno 476 et insequente, ac tertio occupavit anno 485 ad annum usque 488.

Auctorem ergo apprime orthodoxum, censuit Latinum Dodwellus, Ægyptium Paschasius Quesnellus, et Joannes Bona: Græcum scriptorem Atticumque Lequienus. Vide caput 6 Dissertationis. Auctoris ejusdem, quisquis ille fuerit, tempora definit Morinus post Nestorium, et ante Eutychianorum turbas, quinto sæculo labente: imo conficta opera censet Nicolaus Nourrius, asceta Benedictinus Sammauræus, intra annum 451, quo synodus œcumenica Ephesina adversus Nestorianos, et 451, quo synodus Chalcedonensis contra Eutychianos celebrata est. Paulo seriorem futuræ ætatem arbitrantur alii.

CAPUT III.

Scholia in Opera Areopagitica scripsit non solum Maximus, sed ante ipsum Joannes Scythopolitanus. In editis confusa prostant. Nourrius notatus. Scholia Joannis Scythopolitani in codicibus mss. altiori ampliora. Iudicia quæ alia severni ab aliis possunt. Quis fuerit Joannes Scythopolitanus.

I. Sub unius Maximi nomine, qui sæculo septimo floruit, pugnavitque egregiam pugnam adversus hæreticos Monothelitas, prodierunt *Scholia in Opera Areopagitica* in editionibus Antuerpiensi et Parisiensi, ac modo prodeunt in Veneta. Sed attamen non unum scholiastem Maximum, sed alium uberiorioremque Joannem Scythopolitanum, operam suam navasse, testis est locupletissimus Anastasius, Romanæ Ecclesiæ bibliothecarius, in epistola ad regem Carolum Calvum, anno circiter 865. Verba sunt (3): « Cœpi sedulo quærere, si forte reperiri potuisset præceptor quispiam, vel aliquod scriptum, quo evaleat tanius Pater (Dionysius Areopagita) nobis liquidius illucesceret: et quia jam per interpretis, (Joannis Scoti Erigenæ) industriam linguæ nostræ fuerat traditus, nostris patulis redderetur perfectius intellectibus. Cum ecce repente *Paratheses*, sive *Scholia* in eum, quæ Constantinopoli positus videram, ad manus venire, quibus utcumque interpretatis, mihi aliquantulum magis emicuit. Quæ in marginibus interpretati codicis ejus, ut in Græco reperi, mox interpretata utcumque, donec a docto melius interpretarentur, respondentibus signis interpretres ego satis imperitus apposui.... Ipsorum autem Scholiorum, sive Paratheseon quæcumque in calce sui signum vivificæ crucis habent, a beato Maximo confessore et monacho inventa narrantur; cætera vero, sancti Joannis Scythopolitani episcopi esse feruntur. » Accuratum Anastasii laborem in utriusque scholiis distinguendis quis impensis non commendet? Epistola citata typis edita præmittitur Commentariis in Areopagitam a Dionysio Carthusiano elucubratis, editisque typorum beneficio *Coloniæ, impensis Petri Quentel, anno 1536, in-folio*: habeturque inter *Veteres Epistolas Hibernicas*, a Jacobo Usserio collectas, ac editas Parisiis in *Officina Ludovici Billaine 1665, num. XXIV.*

Utraque Scholia, eademque distincta, in vetustis codicibus mss. Parisiensibus et aliis reperiri adnotat laudatus Usserius. Verba ejus dabimus numero insequenti. Testem quoque affero laudatum Nicolaum Nourry in *Apparatu ad Bibliothecam maximam veterum Patrum, Dissertatione x, de Operibus sancti Dionysii Areopagita, capite 22.* Ejus affero verba, quæ castigatione indigent, a typographo facillime deformatata? « Duos pariter nacti sumus codices Latinos manu exaratos, quibus (Operum Areopagiticorum) versio Joannis Scotigenæ, ac divi Maximi, Joannisque Scotigenæ (error 1. *Lege Scythopolitani*) notæ et Scholia exhibentur. Primus Bibliothecæ Regiæ, et secundus Colbertinus: alter ab annis cir-

A citer 600, alter vero 400, descriptus. In utroque præmittuntur ejusdem Joannis Scythopolitani (error 2. *Lege Scotigenæ*) et Anastasii Bibliothecarii ad Carolum Calvum Epistolæ, quibus ei versionis operisque sui reddunt rationem. » Scilicet rationem reddit de sua Operum Areopagiticorum versione Joannes Scotigena, et Anastasius Bibliothecarius de sua Latina Scholiorum Maximi et Joannis Scythopolitani translatione.

Epistolæ, quam ad regem Carolum Calvum scripsit Scotigena, fragmentum commentariis præmittitur, a Dionysio Carthusiano confectis; integra vero habetur inter *Veteres Epistolas Hibernicas*, ab Usserio collectas. Scotigenæ laborem laudibus extollit Anastasius Bibliothecarius in epistola citata: « Beatus itaque Areopagita Dionysius, inquit, quem inter cætera constat, industria tua (ipsius regis Caroli), præstantissime principum, in Romanum sermonem translatus... Mirandum est quomodo vir ille barbarus, qui in finibus mundi positus, quanto ab hominibus conversatione, tanto credi potuit alterius linguæ dictione longinquus, talia intellecta capere, in aliamque linguam transferre valuerit. Joannem innuo Scotigenam, virum quem auditu comperi per omnia sanctum. » De ipso disserentem vide Joan. Albertum Fabricium, in *Bibliotheca Latina mediæ et infimæ ætatis.*

II. Non latent in pluteis, neque abdita servantur in solis codicibus mss. quæ in *Areopagitica* scripsit scholia Joannes Scythopolitanus. Edita prostant inter ea quæ sub unius Maximi nomine prodierunt, confusa cum ipsis: quod utique dolendum. Rem hanc adnotarunt Jacobus Usserius et Michael Lequienus. Usserii affero verba, quæ leguntur apud Guillelmum Cave, ad annum 520, in *Joanne Nazænio.* Sic habet vero in *Bibliotheca theologica mss.* « Joannes Scythopolitanus scripsit in Dionysium Areopagitam Scholia, pariter ac Maximus. Verum in libris Dionysii ab anno 1562 inclusive editis (quæ nempe anno Græca editio Morelliorum lucem vidit Parisiis in-8), simul confusa sunt Joannis et Maximi Scholia: quæ non in antiquioribus solum, quæ Cyparissiotæ tempore (sæculo xiv) ferebantur, editionibus (mss.) fuerunt distincta; sed etiam in utroque quo usus est ipse Morellius codice. In quorum altero ad marginem sunt apposita Joannis Scythopolitani sine nomine Scholia; in altero vero seorsim, post absolutum textum integra Dionysii, Maximi nomine insignita Scholia; eo breviora, quod ab amplioribus Joannis, cum quibus ea conjuncti Morellius, separata fuerant. Porro vulgata illa Scythopolitani Scholia, eadem illa ipsa sunt quæ Dionysio Alexandrino ab aliis sunt attributa: quod ex sententia a Cyparissiota ex Dionysii Scholiis citata patet, quæ in Scholiis istis totidem verbis reperitur. Istam vero sententiam Scythopolitani, non Maximi esse, liquet ex Latina versione Scholiorum Scytho-

(3) Vide *Patrologiæ Latinæ* tom. CXXIX, col. 737.

politani a Roberto episcopo Lincolnensi facta, et in A bibliotheca collegii Corporis Christi apud Oxonienses mss. asservata, in qua reperitur. »

Hunc Usserii locum indicat Joan. Albertus Fabricius in *Bibliotheca Græca*, libro v, capite 1, num. 6, allegata ejusdem Usserii *Dissertatione de Dionysio*: quam, inquit, H. Whartonus edidit ad calcem libri *De scripturis sacrisque vernaculis*. Vitam agebat laudatus Robertus, Lincolnensis episcopus, tertio decimo sæculo, vitamque commutavit cum morte anno 1253, apud eundem Fabricium in *Bibliotheca Latina mediæ et infimæ ætatis*. Quæ vero invenit Usserius de Scythopolitani Scholiis Dionysio Alexandrino attributis, deque sententia Cyparissiotæ, diligentiori cura expendimus nos in *Dissertatione nostra sæpe citata*, capite 5.

Inter edita Scholia sunt aliqua quæ satis produnt auctorem, non Maximum, sed alium, utique Joannem Scythopolitanum. Egregie rem patefacit Michael Lequienus in *Dissertatione Damascenica* II. « Inprimis se ea ætate, inque ea regione vixisse significat, in quibus Origenistarum hæresis invaleret. Nam in caput 7 *De ecclesiastica hierarchia*, ad ea verba prope initium τῶν δὲ ἀριέπων, « profanorum vero, » recensitis vetustioribus hæreticis, Simone Mago, Menandro, Valentino, Marcione et Manete, de Origenianis subjungit καὶ νῦν δὲ, οἱ ἀπὸ τῶν Ὀριγένους προερχόμενοι μύθοι, « et nunc qui prodeunt fabularum Origenis sectatores » vel, ut Lansselius vertit, atque etiam nunc ab Origenis prod- C eunt fabulis). Atqui sancti Maximi ævo exsoleverant prorsus Origenistæ, ex quo Origenes cum Didymo, Evagrio aliisque horum sociis a quinta synodo proscripti fuerant: adeo ut sæculo septimo, quo Maximus florebat, nuda eorum superesset memoria. Ætate vero Joannis Scythopolitani (quem labente sæculo sexto floruisse, infra dicendum), eorum errores per monasteria Palæstinæ grassabantur, Leontio quodam Byzantino, Joanne, Isidoro et Nonno auctoribus: unde gravissimæ turbæ, ac tumultus per eam omnem regionem excitati sunt. » Animadvertite, Scholia sua circa hæc tempora scripsisse Joannem Scythopolitanum, utpote qui de Origenistis agit, qui nunc dicuntur proditisse. Tempora certius infra definienda sunt.

Alia duo sunt scholia quæ produnt auctorem. In caput 7 *De cælesti hierarchia*, ad ea verba, εἰς οὐρανοῦς, in cælos, nota sic appingitur: « Nota contra Basilianos et Nestorianos Jesum Christum, in cælos assumptum, secundum quod homo est, esse Dominum intelligibilitium omnium, etc... contra vero Acephalos et Eutychanos, quod quamvis Dominus virtutum, verus et manifestus homo. » Item in caput 7 *De ecclesiastica hierarchia*, ad ea verba, καὶ ἱερά, et sacram, hæc subjiciuntur: « Sacram theologiam dicit: Tu es Christus Filius Dei vivi, quod notandum est contra Basilianos, et Nestorianos, et Paulianistas, et similes. » Quibus in locis Nestorianos vides dictos Basilianos. « Hæc autem appella-

tio (verba sunt Lequieni) ab alio auctore indita eis esse non potuit, præterquam a Joanne Scythopolitano, qui variis scriptis a Basilio Cilice, Antiochenæ Ecclesiæ presbytero lacesitus, eundem Basilium tanquam versutissimum Nestorianæ impietatis propagatorem, antirrhelicis dissertationibus traduxerat, veluti narrat Photius in *Bibliotheca*, cod. xcvi et cvii. »

Priori in codice verba sunt Photii: *Lectus est Joannes Scythopolita σχολαστικός, scholasticus, adversus Ecclesiæ desertores... Scripti, in quod Scythopolita scribit... fortasse Basilius Cilix est auctor*. Et alio in codice: *Lectus est liber Basilii, presbyteri Cilicis, adversus Joannem Scythopolitanum, cui et Causidici nomen, Διχόλογος*. Unum esse, et eundem B Joannem Scythopolitanum, licet aliter et aliter cognominatum, *Scholasticum* et *Causidicum*, grave nullum argumentum obstat, quominus affirmemus. In codice priori hæc habentur: *Scripti* (Scythopolitanus) *rogatus a patriarcha quodam, cui Juliano nomen*. In sedem Antiochenam conscendit Julianus, post Petrum Gnaphæum, anno 471, eamque tenuit ad annum 476. Vide Boschium *De patriarchis Antiochenis*, inter *Acta sanctorum*, tomo IV Julii. Hoc itaque tempore cœpit Scythopolitanus in arenam descendere *adversus Ecclesiæ desertores*, ut ait Photius, *sive contra Eutychem et Dioscorum, ejusdemque sectæ asseclas*. Calamum contra Basilium Cilicem serius videtur strinxisse. In alio codice ait Photius: *Basilius Cilix fuit presbyter, ut de se ipso affirmat, Antiochenæ Ecclesiæ, quo tempore thronum ibi tenebat Flavianus, Romanique clavum imperii Anastasius*. Imperium tenuit iste ab anno 491 ad annum 518. Qui vero Flavianus dicitur Antiochenus patriarcha, intelligitur hujus nominis secundus, ab anno circiter 499 ad annum 512. Optime cohærent omnia.

III. Jam ergo inter edita sub unius Maximi nomine Scholia, locum habent sine dubio quæ scripsit Joannes Scythopolitanus, confusa cum eisdem. Minus accurata profero verba Nicolai Nourrii loco superius citato. « In codice Colbertino, manu exarato mense Januario, feria septima, indictione quinta, anno mundi 6500, id est Christi 992, adjerte sunt D Sancti Maximi notæ, ab his quæ in editis prostant, plurimum discrepantes... Unde orta sit illa discrepantia si roges, disce ex Anastasii testimonio (superius allato), quo se Scholia S. Maximi et Joannis Scythopolitani a se invicem distinxisse, affirmat. Hinc enim colliges, ea imperitorum librariorum incuria, potuisse facile in codice Colbertino aliisque pluribus præpostera perturbatione confundi. » Quibus videtur verbis putasse Nourrius, *Scythopolitani* Scholia edita nondum esse, ac latere in codicibus. Fallitur egregie, uti dictum est.

Admonere tamen pretium est operæ, in Veneto codice nostro Marcianæ bibliothecæ eadem Scholia, quæ typis edita sunt, auctiora et ampliora reperiri: quæ utique additamenta præstabit nova præsentis

editio. Jacobus Echardus in *Scriptoribus ordinis Prædicatorum*, tomo II, ad annum 1679, in *Francisco Combesio* adnotat, virum præclarissimum reliquisse prelo paratum tomum III *Auctarii novissimi Bibliothecæ Græcorum Patrum*, in quo locum habuisset *Scholia in Dionysium Areopagitam.. ex Regio, Sandionysiano, ac duplici Mazarino codicibus, multis aucta et emendata*. Sunt nempe Scythopolitani Scholia, quæ tamen ad Maximum referebat vir doctus.

Addere licet *Commentarium etiam fusiolem in quartam Dionysii Areopagitæ sic vulgo dicti epistolam, quæ est ad Caium*; quod opus Combesius vocat *Maximi genuinum* ex codice Regio, idque nusquam antea typis excusum. Sed illud editum typis Oxonii 1681 putaverim ego in *Appendice ad Joannis Scoti Erigenæ libros quinque De divisione naturæ*: ubi exstat Græce et Latine, interprete Th. Galæo, *Anglo, Epistola prima S. Maximi ad Thomam virum sanctum de diversis quæstionibus*, ac prostant capite 5 fusiores in *epistolam quartam ad Caium* sub ejusdem Maximi nomine *Commentarii*.

IV. An vero Maximi Scholia, et ea quæ scripsit Scythopolitanus, utraque confusa in editis, indicia fuerint, quæ secernant? Ea quidem Anastasius Bibliothecarius prudentissime ab invicem discreta interpretatus est, *quæcunque*, inquit, *in calce sui signum vivicæ crucis habent, a beato Maximo confesore et monacho inventa narrantur, cætera vero S. Joannis, Scythopolitani episcopi, esse feruntur*. Eadem quoque non confusa, sed distincta sunt, *Usserio* adnotante, in antiquis codicibus, et in utroque codice quo usus est *Morellius*; in quorum altero ad marginem sunt apposita *Joannis Scythopolitani sine nomine Scholia*: in altero vero seorsim, post absolutum textum integrum *Dionysii, Maximi nomine insignita Scholia*.

Ad ipsas quod attinet editiones, indicia occurrunt distinctionis. In *Morelliana* anni 1562 his verbis inscribitur *Prologus: Πρόλογος τοῦ ἀγίου Μαξίμου, ἢ κατὰ τινας, Ἰωάννου τοῦ Σκυθοπολίτου, & Prologus sancti Maximi, vel, secundum aliquos, Joannis Scythopolitani.* Ad hunc omni procul dubio Scholium pertinet in quo *Origenistæ* dicuntur nunc prodiisse, in *Palæstina* scilicet. Ejusdem sunt scholia, quæ Nestoriani appellantur *Basiliani*. Adnotat *Usserius*, Maximi Scholia breviora esse, et ampliora quæ scripsit Scythopolitanus. Quod ita intelligimus, ut etiam longiuscula quædam confecerit Maximus, et non solum breviora; sed et breviora quæcunque scripserit Scythopolitanus, et non solum proluxiora.

In eadem verba eandemque auctoris sententiam occurrunt non raro bina scholia, alterum scilicet Maximi, Scythopolitani alterum, his verbis discreta, ἄλλως, et εἰς αὐτό. Nonnulla accipe exempla. In caput 10 *De cælesti hierarchia*, ad illa verba, κρυψώτερα μὲν, «*occultiori quidem*,» post longiusculam adnotationem, additur alia præmisso adverbio

ἄλλως τε. In caput 15, ad vocem βραχύνων, secunda expositio offertur, cum ἄλλως præmisso. Item observare licet in caput 2 *De ecclesiastica hierarchia*, ad illa verba, *intelligere animo et ratione*; et in caput 3, ad voces, *in alteris*, et ad illas, *dicuntur qui lotus est*; et in caput 4, ad verba, *est aliqua cælestis*, et ad illud, *inferioribus*; et in caput 2 *De divinis nominibus*, ad verba, *passus divina*; et in caput 4, ad voces, καὶ ὑπερχόσμιον.

In caput 5, ad verba, *et est, et erit*, prima subjicitur nota; alia sequitur deinde cum his verbis, εἰς τὸ αὐτό: et in caput 7, ad voces, *et imagines quasdam*. Hæc vero satis sunt: nec enim diutius in his immorari licet, quæ sola codicum inspectione deprehendi tuto possunt.

V. Ad auctorem Joannem Scythopolitanum redeo, de quo satis nondum innotescit, quis ille fuerit: ac ingerunt sane difficultatem tum *Anastasio Bibliothecarii*, tum *Photio* superius allata verba. Joannem Scythopolitanum, Scholiorum auctorem, vocat *episcopum* ille; de Joanne Scythopolitano agit iste, quem modo *Scholasticum* appellat, modo *Causidicum*, nulla ingesta episcopalis dignitatis mentione.

Nihilominus *Photius* ipse Joannem Scythopolitanum memorat *antistitem* codice ccxxxvi, ubi refert *synodicam epistolam Sophronii Hierosolymitæ* (contra *Monothelitas*, anno 635 scriptam), in qua memoratur *beatus Joannes antistes Scythopolitanus, qui docet et pie de synodo Chalcedonensi scripsit*.

Quo vero is floruerit tempore? Inter episcopos Scythopolitanos in patriarchatu *Jerosolymitano*, Joannem probabiliter circa annum 496 collocat *Lequienus* in *Oriente Christiano*, tom. III. Res ita se habeat: dubium manet adhuc, num is confecerit Scholia in Maximum. Favet episcopalis dignitas, ipsorum auctori tributa ab *Anastasio Bibliothecario*: at sumptæ ex *Photio* difficultates negotium ingerunt haud ita leve. Laudatus *Lequienus* in *Dissertatione Damascenica* non tribuere prædicta Scholia videtur Joanni Scythopolitano, lacessito a *Basilio Cilicæ*, et ipsum scriptis suis lacessenti: sed hunc a Joanne Scythopoleos episcopo distinguit in *Oriente Christiano*. Quidni *Anastasius Bibliothecarius* et *Photius* conciliari queant, si dixerimus, Joannem Scythopolitanum, antea *scholasticum* et *causidicum*, virum clarissimum ob scripta in desertores Ecclesiæ, et in *Basilium Cilicem* elucubrata, infulas postea obtinuisse Ecclesiæ Scythopolitanæ? Tempora conveniunt. Joannem suæ præfuisse Ecclesiæ ad annum circiter 518 adnotat *Lequienus*, quo moderandam assumpserat eam *Theodosius*, epistolæ synodicæ, quam *Joannes Jerosolymitanus* contra *Severum Antiochenum* dedit, subscriptus anno 518: Θεοδοσίος ἐπίσκοπος τῆς Σκυθοπολιτῶν. Hunc vero ad annum pervenire sine dubio potuit *Joannes Scythopolitanus* *scholasticus* aut *causidicus*, qui jam anno 471 circiter rogatus a *Juliano* patriarcha *Antiocheno* calamum

su inxerat adversum Ecclesie desertores, ac Basilium Cilicem postea insecutus est.

Dignissima est animadversione alia chronologica nota, quam offert adnotatio superius allata num. 2, in cap. 7, *De ecclesiastica hierarchia*, ubi nunc prodisse dicuntur *fabularum Origenis sectatores* in Palestina. Nempe magni motus in monasteriis Palestinæ anno 531 pro dogmatibus Origenis excitati: sed jam antea incepti, Nouno monacho inceptor, qui propterea ante annum 518 eiectione monasterio, ut iterum restitueretur, egit eodem anno cum Joanne, qui Eliæ patriarchæ Jerosolymitano suffectus fuerat. Hæc latiore sermone narrant Norisius *De synodo quinta*, capite 1, et Pagius ad annum 532, num. 3. Hoc igitur tempore verissime Scholiorum auctor adnotare potuit, nunc prodisse *fabularum Origenis sectatores*: quod utique tempus maxime convenit Joanni, egregio scriptori contra Basilium Cilicem, et Ecclesie desertores, ac Scythopolitano episcopo. De lato in Origenem ac novos fabularum ejus consecutores anathemate in synodo quadam Constantinopolitana sub Menna, urbis regie patriarcha, inter annum 538 et annum 544, ante synodum quintam œcumenicam, luculentissime contra Pagium aliosque disserit Lequienus in *Oriente Christiano*, tomo III, in Eustochio patriarcha Jerosolymitano.

Theodosio Scythopolitanam Ecclesiam regente, erat quidam Scythopoli scholasticus Joannes, Expelleutæ filius, ut legimus in *Vita sancti Sabæ*, apud Cotelerium, in *Monumentis Ecclesie Græcæ*, vir bonus et animo illuminatus. Anceps hæret Lequienus an iste scholasticus Joannes Scythopolitanus, Expelleutæ filius, dici idem debeat cum Joanne Scythopolitano scholastico, quem Photius memorat codice xcv. Distinctos ambos evincunt diversa utriusque tempora, ac diversa utriusque studia, alterius viri boni et animo illuminati, alteriusque in disceptationibus innutriti adversum heterodoxos: ut jam constet iterum, Joannem Scythopolitanum Photii, scholasticum et causidicum, unum esse, et unum dici posse cum Joanne Anastasii Bibliothecarii, episcopo Scythopolitano, Scholiorum in Areopagica Opera scriptore. In aliam abire conjecturam placuit mihi in Dissertatione citata, capite 4, num. 2, cui satis fortasse ea fieri potest ratione, qua concordiam Photius inter, et Anastasium Bibliothecarium iniri posse indicavimus. D. etioris cujusque judicium esto. Compertum vero ex his omnibus fieri denique videtur, perperam a nonnullis tribui Scholia Joanni Maxentio, monachorum Scytharum primipilo, per hæc tempora vitam agentis, ac perperam ipsum confundi cum Joanne Scythopolitano, vel episcopo vel Basilii Cilicis insecutore.

CAPUT IV.

A *Editorum Scholiorum nonnulla Germano patriarchæ tribuit codex ms. Venetæ Marcianæ bibliothecæ: quæ omnia indicantur. Animadversiones: conjecturæ de Germano patriarcha invecro pro Maximo. Quis ille fuerit Germanus patriarcha. Alia quæ feruntur apud bibliographos in Opus Areopagiticum Scholia, recensentur.*

I. Nitidissimum inter alios, in quibus Opera Areopagica, et Scholia continentur, Venetæ S. Marci bibliothecæ codices manu exaratos, cum viri quidam peritissimi expendere, versarem etiam ego, singularare quidpiam addiscere statim ex eo licuit, inter Scholia nempe in Opera Areopagica reperiri nonnulla, quæ cuidam Germano patriarchæ attribuuntur. Primum in codice locum tenet liber *De divinis nominibus*, marginemque exornant Scholia. Hæc vero occurrit initio nota marginalis: *Σημειώσεις ὅσα μὲν ἔχουσιν ἀριθμὸν σχόλια, εἰς τὸν Γερμανοῦ πατριάρχου ὅσα δὲ ἀνεῦ ἀριθμοῦ, Μαξίμου μοναχοῦ.* Nota: Quæ scholia numerum habent, sunt Germani patriarchæ; quæ numero carent, ad Maximum monachum spectant. Novum quid ominabamur omnes, quod Venetam editionem maxime exornaret; at cum editis collatione facta, jam typis cusa prostare omnia sub unius Maximi nomine, certo deprehendimus ea Scholia.

Scholia vero non pauca visuntur quæ alphabeti Græci litteris numerantur, ea scilicet quæ Germano patriarchæ tribuuntur in codice. In caput 1 *De cælesti hierarchia* numerantur tria; in caput 2, itidem tria; in caput 7, sex; in caput 12, quatuor; in caput 13, itidem quatuor; in caput 1 *De ecclesiastica hierarchia* sunt septem, ac iterum quinque; in caput 2, tria, ac iterum septem; in caput 3, duo, iterumque quinque; in caput 4, quinque; in caput 6, tria; in caput 4 *De divinis nominibus* sunt novem, iterumque tria, ac iterum quatuor, ac rursus novem, et postea septem; in caput 7, tria. Hujuscemodi Scholiis caret liber *De mystica theologia*. Apparent tria in epistolam 8, ad Titum: cætera Germani scholia non habent. Numeros istos, uti sunt in codice, Veneta editio representat.

D II. Itaque si codici prædicto fides, non in Maximo, sed neque etiam Joanni Scythopolitano, edita Scholia tribuenda sunt; sed eorum quoque partem Germanus patriarcha sibi vindicat. Fidem collicis roborare videtur adnotatio Joan. Alberti Fabricii in *Bibliotheca Græca*, libro v, capite 1, num. 6, ubi sic ait: *Germani patriarchæ Constantinopolitani Scholia in bibliotheca Vaticana adhuc servantur.* An eadem fuerint cum nostris? Rationem reddant, qui manu versare, et intueri oculis, ac mente expendere codices Vaticanos valent; conjecturis indulgendum mihi est.

Stylum ego, et modum, ac doctrinam Scholiorum, quæ litteris alphabeti numerata sunt, attentè cet expendam, nihil attamen video quo ea

dici debeant profecta ab alio auctore, qui non fuerit Maximus, aut Joannes Scythopolitanus. Eadem pro sua peritia ponderet sapiens lector, et conferat, ac judicium ferat. In nota quadam, eo modo numerata, in caput 2, *De cœlesti hierarchia*, sic legimus: *Quid porro sit resonantia extrema, explicabo in capite 4 libri De divinis nominibus*. Hanc resonantiam intelligit rerum ordinem a Deo statutum, ac inferiorum illustrationem a superioribus. Quidpiam vero tale in scholiis eodem modo numeratis in caput 4 *De divinis nominibus* indicatur, aut exponitur. An vero modus iste se referendi in alio loco disserentem, conveniat Germano, qui scholia nonnulla adiebat ad Scholia Maximi et Scythopolitani? Conveniunt sane Scythopolitano, qui primus amplioribus notis illustrabat Opus Areopagiticum. Conveniunt etiam Maximo, qui seorsim ab illo breviter quædam scribebat scholia.

Id vero maxime animadvertendum, frequentius breviora esse scholia, quæ numerata sunt, ac Germano tribuuntur: eademque si colligas omnia, pauca potius esse quam plurima. Duobus hisce indicibus, scholiorum brevitatis ac paucitatis, quæ vere Maximi sunt, indicarunt nobis Usserius et Lequienus. Hinc menti obversatur conjectura, librarium, qui Marcianum codicem describebat, scholia a scholiis distincta inveniens, ac majoris ipsorum partis auctorem ignorans Joannem Scythopolitanum, alia tribuerit Germano patriarchæ et alia Maximo. Tenebras depellere, ac dirimere litem omnem non possunt, nisi vetusti codices bonæ notæ, in quibus Maximi scholia a scholiis Joannis Scythopolitani accurate discreta inveniuntur.

III. Quis ille fuerit Germanus patriarcha, si sua et ipse Scholia scripserit in Opera Areopagitica, inquirendum est. Paucis res tota exigitur. Ejusdem nominis duo Germani præsto sunt, qui patriarchalem regniæ urbis Constantinopolæos thronum tenuere: ambo sacris litteris clari, et plurimum operum scriptores. Primus conscendit sedem illam anno 715, eamque dignitate abdicata, anno 730 dimisit. Infulas eadem ab anno 1222 ad annum 1240 gestavit alter. Tertium memorare Germanum prætereo, quem dignitatem indeptum esse anno 1264, in prima ostendimus dissertatione quam *Vitæ Gregorii Cyprii* subjecimus, ac typis edidimus anno 1753.

Utriusque Opera diligentiori cura recensent bibliographi: neque ulla scholiorum, de quibus agimus, apud ipsos mentio. Atqui vero scholia, quotquot in Opus Areopagiticum typis edita sunt, reperiuntur omnia in antiquis codicibus, qui Germani secundæ ætatem superant. Inter hæc typis edita scholia locum habent, quæ Germano tribuuntur: igitur si quis Germanus Constantinopolæos patriarcha scripserit ea, sine dubio fuisse primus debuit.

(4) Joannis Scoti versio Operum S. Dionysii Areopagitæ exstat *Patr. Lat.* t. CXXII, inter Scoti

IV. Aduotare postremo loco liceat, alios etiam scriptores nonnullos memorari, qui in Opera Areopagitica scripserint scholia, quin ea tamen satis innotescant. Joan. Albertus Fabricius in *Bibliotheca Græca*, libro v, capite 1, n. 6, paucis verbis recenset *Scholia Georgii Hieronymemonis in bibliotheca Medicea*. Inter codices Bibliothecæ Regiæ Taurinensis, tom. I, numeratur codex CCG. LXIX, membranaceus, sæculi XIV, in quo continentur Dionysii Areopagitæ Opera, cum scholiis Andreæ cujusdam, quemadmodum legere est post aliquot Dionysii verba in caput 1 *De divinis nominibus*, fol. 6. Ἀνδρέου ἐξηγήσεις, « Andreæ narratio. » Subjiciuntur semper deinde textui Dionysii scholia rursus colore descripta, ut vix legi possint. Scholia hæc tamen (Bibliothecæ editores inquirunt), ut observare contigit ex comparatione, eadem omnino sunt atque scholia Sancti Maximi typis vulgata. » Quidni quidpiam simile, falsa nomenclatura Germani patriarchæ invecata, acciderit in Veneto Marciano codice?

Commentarios in Dionysium Areopagitam scripsisse lingua Syriaca fertur Joannes Daræ in Syria episcopus. De viri ætate, deque urbe cujus infulas episcopales gestaverit ille, dissident viri docti. Uberrime pertractantem ad Joannem Morinum *De sacris ordinationibus*, a pag. 423, ac etiam lege Dissertationem, quam Gallice inscriptam diximus, *Problème*, etc. His addo peritissimum Josephum Simonium Assemanum in *Bibliotheca Orientali*, tomo II, capite 18, ubi Joannem Daræ non ante annum 700 floruisse ostendit vir apprime doctus.

CAPUT V.

Latinæ, quæ feruntur Operis Areopagitici, versiones recensentur. Loci cujusdam De Divinis nominibus Latina versio apud sanctum Thomam Aquinatem sincerior ac nitidior quam in cæteris.

I. Abs re non erit, antequam dissertatiunculæ finem impono, varias recensere, quæ operum Areopagiticorum hactenus confectæ sunt, ac typis prodierunt, Latinæ versiones. Id evolumentum saltem colligi poterit, ut si versionum hujusmodi collationem inire quispiam exoptet, quo lucidius obscuriora quædam Areopagitica loca comprehendantur, noceat eas, ac facile reperire queat.

Primus hanc spartam ornare assumpsit Joannes Scotus Erigena (4). De vera ejus patria Joan. Albertus Fabricius agit in *Bibliotheca Latina mediæ et infimæ ætatis*, ut cæteros hoc loco præteream. In id opus incubuisse ipsum jussu regis Caroli Calvi, discimus ex ejusdem epistola ad eundem regem, quæ integra exstat inter *Hibernicas Epistolas* a Jacobo Usserio collectas, num. 25. Ait ille vero: se de Græco in Latinum transtulisse libros quatuor sancti Patris Dionysii Areopagitæ episcopi Athenarum, quos scripsit ad Timotheum episcopum Ephesium (nimirum *De cœlesti hierarchia, De ecclesiastica hierar-* Opera, curante Dr. H. J. Floss, Bonnensi, recensita.

chia, De divinis nominibus, De mystica theologia), et *A* deceni epistolas ejusdem. Data est epistola nuncupatoria anno 858, ut *Usserius* adnotat in margine.

Versionis hujusce mentionem ingerit, ac etiam laudat eam *Anastasius Bibliothecarius* in epistola ad eundem regem anno 865 scripta, qua suam ipsi Latinam nuncupat versionem Scholiorum sancti *Maximi*, et *Joannis Scythopolitani* episcopi. Verba dedimus capite 3, num. I. Hæc vero Latina *Scotigenæ* versio *Areopagiticorum Operum* exstat fere integra typis edita apud *Dionysium Carthusianum*, qui eam adhibuit in suis *Commentariis* in *Dionysium Areopagitam*, *Coloniæ cūsis, impensis Petri Quentel* anno 1536. In *Præfatione* ad lectorem hæc habentur: « *Vulgaris translatio*, quæ dicitur esse *Joannis Scotigenæ*... a *Dionysio* nostro *Carthusiano* per singula capitula, prope de verbo ad verbum, explicatur, excepto quod in quibusdam *Areopagitæ* epistolis interpretandis, *Carthusianus* noster utitur translatione alterius cujusdam *Joannis*, non re, sed cognomento *Sarraceni*: in nona vero et decima (epistola), *Camaldulensis* (*Ambrosii*). »

Haud ita ætatis mediæ, maximeque sequioris, viris doctis placuit versio *Scotigenæ*, quin novam operam in transferendis libris et epistolis *Areopagiticis* collocarent. Hinc secundus laborem hunc assumpsit circa annum 1118 *Joannes Sarracenus*, sive *Sarraxenus*, ut adnotat *Fabricius* in *Bibliotheca* citata. Sic vero narrare pergit ille: « Latine vertit *Hierarchiam* *Dionysii Areopagitæ* (utramque scilicet, cœlestem, et ecclesiasticam). Viderit *Gesnerus*, qui in *Bibliotheca* sua ait: *Sarracenum* transtulisse omnes *Areopagitæ* libros, excusosque esse cum *Dionysii Carthusiani* *Commentariis* *Coloniæ*, etc. » In his utique *Commentariis*, eademque in editione *Coloniensi* anni 1536, *impensis Quentel*, exstat Latina *Sarraceni* versio *De cœlesti hierarchia*, et *De ecclesiastica hierarchia*, utraque dicata magistro *Joanni de Sarlsberiiis*: item Latina versio *De divinis nominibus*, et *De mystica theologia*, utraque pariter ad *Odonem Sancti Dionysii* abbatem nuncupata: itemque demum Latina versio *epistolarum undecim*.

Tertium numero *Ambrosium oratorem*, et *monachum Camaldulensis ordinis*, ut inscribitur in eodem *Dionysii Carthusiani* volumine, quod integram ab eodem confectam *Areopagitæ* librorum, et *Epistolarum undecim* versionem præstat. *Traversarii* cognomen ejus est, ac oppidum *Portici* supra *Forumlivium*, patria. Celeberrimi sæculo cadente decimo quarto, labenteque quinto decimo scriptoris elogia texunt bibliographi. Præclarissime de eo disserentem lege *Apostolum Zenum* in *Dissertationibus Vossianis* *Italice scriptis*, tom. I.

Quartus est *Joachimus Perionius*, *Benedictinus Cornoeriacenus*. Versionem suam Latinam nuncupat cardinali *Vindocinensi*. In epistola data *Kal. Maii* 1555, sic habet: « Converti autem omnia ejus opera quæ exstant, id est *De cœlesti hierarchia*

librum unum, *De ecclesiastica hierarchia* librum unum, *De divinis nominibus* librum unum, *De mystica theologia* librum unum, *Epistolas decem*. *Scholium* etiam in librum *De ecclesiastica hierarchia*, nondum a quoquam (quod sciam) translata, quæ edita sunt *Basilicæ*, in officina *Hervagiana*, converti. » *Lugdunensi* utor editione apud *Gulielmum Rovillium*, 1585, in-8°.

In fronte *Commentariorum Dionysii Carthusiani*, quos typis editos *Coloniæ* 1536 adnotavimus, recensetur etiam *Latina Marsilii Ficini interpretatio imperfecta ut quæ solum Divina Nomina continet, et Mysticam theologiam*. His omnibus nitidior et accuratior accedit ea quam elucubravit *Balthasar Corderius Soc. Jesu*. In præfatione ait ille: *Novam hanc editionem adornavi cum Latina mea interpretatione: quæ cæteris (quod certe conatus sum) pressius, et clarius, atque theologis accommodatius, verborum ejus vim (quæ iis inest maxime), exprimeret, et stylo plano sensum redderet genuinum*.

II. Loca tamen aliqua *Areopagitica* feliciter transferri in Latinum potuisse observarunt viri docti. Exemplum assero ex capite 2 *De divinis nominibus*, ubi § 6 sic habet textus *Græcus*: Διακρίεται δὲ τῆς ἀγαθοπροποῦς εἰς ἡμᾶς θεουργίας, τὸ καθ' ἡμᾶς, ἐξ ἡμῶν, ὀλικῶς καὶ ἀληθῶς οὐσιωθῆναι τὸν ὑπερούσιον Λόγον, καὶ δράσαι καὶ παθεῖν ὅσα τῆς ἀνθρωπικῆς αὐτοῦ θεουργίας ἐστὶν ἔκκριτα καὶ ἐξάλετα. *Sarraceni* translatio hæc est: *Discretum autem est a benigna ad nos divina operatione, secundum nos, ex nobis, totaliter et vere substantiam factum esse super-substantiale Verbum: facere, et pati quæcunque humanæ ipsius contemplationis sunt electa et remota*. Vocum illarum, τῆς ἀνθρωπικῆς αὐτοῦ θεουργίας, minime vis exprimitur: imo θεωρίας, contemplationis, legisse videtur interpretes pro θεουργίας. Minus etiam accurata videtur translatio *Scotigenæ*, et operari, et pati quæcunque humanitatis ejus divina actione sunt discreta, et summe miranda. Legebat fortasse ἀνθρωπικῆς pro ἀνθρωπικῆς. Felicior non habet versionem *Ambrosius Camaldulensis*: eaque et gessit et pertulit quæ sunt humanæ ejus assumptionis electa atque præcipua. Vocem θεουργίας satis non exprimit. Imperfectæ demum sunt *Perionii* et *Corderii* versiones: illa, fecitque, et passus est omnia, quæ humanæ ipsius actionis præcipua sunt et singularia: ista, eaque gesserit, tulitque, quæ humanæ ipsius actionis præcipua sunt et singularia.

Ita vero textum vertendum jubet *Michael Lequienus* *Dissertatione* II *Damascenica*, num. XV, egeritque, et perpessus sit eximia quæque, et excellentia humano-divinæ efficientiæ opera. Hanc suo tempore, aut a se, aut ab aliis confectam, vidit sanctus *Thomas Aquinas* versionem, et adhibuit III p., qu. XIX, art. 1, in arg. 1, operari et pati quæcunque humanæ ejus divinæque operationi congruunt. Nempe *Doctor Angelicus* pro sua peritia, proque ea qua pollebat ingenii vi, suis in operibus modo sequitur

Scotigenæ, ac modo Sarraceni Latinam versionem, A ut alibi observatum est; ac etiam frequentius, utroque interprete dimisso, Areopagitici textus reddit sensum nitidioribus verbis; ipsumque textum Græcum videtur ipse aliquando, aut alius ab eodem rogatus, consuluisse, ac Latine reddere accuratiore translatione.

Versione illa sua Lequienus abutitur loco citato,

ut Monophysitica labe infectum ostendat Operum Areopagiticorum auctorem. At eadem in versione nihil non vidit, nisi apprime orthodoxum, Thomas Aquinas, ut evincit in solutione primi argumenti. Egi ego hac de re uberius in Dissertatione sæpius citata, capite 18, ac mirum sane, non visum a Lequieno locum Thomæ prætermissumque.

TYPOGRAPHUS STUDIOSO LECTORI.

Cum multi in hac civitate sint egregii typographi, qui partes suas quam exactissime implent, factum tamen est, paucorum defectu atque incuria, ut ex extraneis nonnulli de typographorum Venetorum diligentia atque in promissis fidelitate minus recte sentiant. Hoc cum mihi ignotum non sit, ego in id totis viribus incumbo, ut et malam aliquorum opinionem convellam, et bonam aliorum confirmem et augeam; ipseque non indiligentibus paucis, sed aliorum qui diligentiores et accuratiores sunt, numero accensear. Quod jam aliquotenus mea S. Gregorii Nazianzeni editione, quæ haud modico plausu excepta est, consecutum me spero: et præsentem, quam tibi offero, studiose Lector, Areopagiticorum Operum editione, me multo magis consecuturum confido: quandoquidem in ea adornanda nec diligentia ulli, nec sumptibus ullo modo peperci. Porro quid in ea præstitum sit, quotque ad eam ornatiorem tibi que chariorem reddendam sint addita, ex prævia viri Cl. Dissertatione satis habes. Silebo vero ipse de chartæ nitore, typorum elegantia, aliisque adjectis ornamentis, utpote quæ in oculos tuos sua sponte incurunt. Duo tamen sunt, de quibus peculiariter te admonere mea interesse puto. Primum est, studium ac diligentiam plane singularem me adhibuisse, ut quamemendatissima, seu quamliberrima a nævis typographicis editio ista prodiret: in quem finem non unius tantum sed plurium eruditorum virorum usus sum opera. Quo factum est ut in hac editione non solum errata nova addita non sint, sed etiam ex veteribus, iis scilicet quæ in præcedentes editiones irrepserant, sint haud pauca sublata. Ne vero mera jactantia mea videri hæc posset (jactatur id quippe etiam ab indiligentissimis quandoque typographis), constitueram integrum mendorum quæ sublata sunt elenchum tibi hoc loco ob oculos ponere. Sed quoniam veritus sum ne hoc aliqui sinistre interpretarentur, pauca tantummodo, speciminis causa, versionis Latinæ errata tibi sistam; et quidem ex eorum genere quæ non nisi attentiore sensus ponderatione, aut etiam cum Græco textu collatione deprehendi et emendari poterant. Habet itaque editio Parisiensis, ex. gr., *con-tentionem* pro *consensionem*; *interitu* pro *introitu*; *disturbatarum* pro *distributarum*; *unctionem* pro *vin-ctionem*; *corrupuisset* pro *corripuisset*; *die* pro *ais*; *quarum* pro *aquarum*; *uti* pro *voti*; *immunionem* pro *imminutionem*; *dicendi* pro *discendi*; *investigabilem* pro *ininvestigabilem*; *secundum* pro *secundum*; *suscipiet* pro *suspiciet*, etc. Hæc et alia id genus non pauca in hac nostra editione viri docti, et utriusque linguæ periti opera emendata sunt. Nil dicam de crassioribus magno numero erroribus, quibus Parisina editio aspergitur: horum enim correctio ut facilior, ita non est hoc loco peculiariter commemoraanda. Hæc vero omnia non ita a me dicta accipias, B. L., quasi ipse editionum Parisiensium (quarum sane plures nitidissimæ ac emendatissimæ sunt) æstimationem imminutam velim; sed ut palam fiat in magno eos errore versari qui solas peregrinas editiones æstimare norunt; easque omnes Venetis omnibus absque ullo discrimine anteponunt. Sed hac de re satis. Alterum, de quo te præmonitum volo, est, hunc primum Areopagiticorum Operum tomum hoc decurrente mense Aprilis in lucem prodire; eo scilicet mense, quo ipsum proditurum, fidem meam in prævia Declaratione obstrinxeram: ut vel hinc colligas quid de promissis a me tibi in posterum faciendis exspectare tuto possis. Sane, quemadmodum ipse arbitror, honesto homine nil indignius esse quam datam publico fidem infringere; ita firmiter constitutum mihi est detrimentum quodvis potius subire, quam tantum dedecus aspergere nomini meo. Hoc vero unum reliquum est, optime Lector, ut hæc mea tibi placere ostendas. Sic enim majora, et meliora in tui favorem et commodum capessendi in dies mihi animus addetur. Interim his fruere et vale.

MONITUM

EDITIONI PARISIENSI ANNI MDCXLIV PRÆFIXUM.

Plus tibi nova ista editio exhibet quam quæ cæteræ omnes hactenus præcesserunt. Duas quippe postremas, et eas quidem accuratissimas omnium ac absolutissimas una complectitur; hoc est, curam omnem et operam, quam duo illi gravissimi ac doctissimi e Societate Jesu Patres, Lansselius et Corderius adhibuerunt, navaruntque tam arduam ac sagacem, ut suam uterque quædam licuit, adornaret. Quin et quidpiam continet aliud, nondum antea in lucem publicam evulgatum. Editionem Lansselii, quæ in hac ipsa Parisiorum civitate anno 1615 prodierat, secuta est alia illa, quam apud Antuerpiam anno 1634 Corderius apparavit. Eam igitur ipsum quæ auctore Corderio prodit, ut posteriorem et accuratius elaboratam, in edi-

tione ista novâ sequi libuit; adeoque prior hujusce operis tomus, qui S. Dionysii contextum universum cum Pachymerae Paraphrasi continet, ex versione Corderii concinnatus est, cum ejusdem notationibus ad singulorum capitum calcem adjectis. Quod ad posteriorem vero tomum spectat, quo S. Maximi Scholia, variique tractatus alii, et complurium auctorum in istius tam divini auctoris vitam aut scripta dissertationes et notæ continentur; quædam in eo ex versione Lansselii, et alia quædam ex editione Corderii deprehendes. Et quoniam id optare quispiam potuerit, ut ipsa S. Maximi Scholia, et Pachymerae in Epistolas Paraphrasim, simul cum aliorum omnium operum Paraphrasi reliqua et Corderii adnotatis ad singulorum Dionysiani textus capitum appendicem eadem series exhiberet; ne suo isto Lector voto excidat et frustratus videri possit, ad singula ipsa præfati textus capita seu eorum appendicem et calcem indices notas adjecimus, quæ tum ad Scholia, tum ad Paraphrasim antedictam, designatis editionis utriusque paginis, avocent ac remittant. Ita nec minus curiositati satisfactum fuerit, nec aliquid utilitati detractum, aut legentium voluptati; quæ utrinque tam eadem quam si uno tenore ista contextuque constarent. Nihil enimvero in cæteris quancunque studii licuit prætermisissimum, quod ad novam hanc editionem ex omnium votis et animo cumulatissime instruendam ac numeris omnibus absolvendam pertineret, lectio ipsa certius, quam verborum commendatio comprobabit. Vale.

CORDERII

OBSERVATIONES GENERALES PRO FACILIORI INTELLIGENTIA S. DIONYSII.

OBSERVATIO PRIMA.

Tota doctrina sancti Dionysii innititur verbo Dei. Substantia nostræ Hierarchiæ verbum Dei. Descriptio Scripturæ et traditionum.

Magnus Dionysius, ut sapiens architectus⁶⁹, operum suorum fundamentum posuit verbum Dei, cum scriptum, tum traditum; probe sciens nihil illo esse stabilius, nihil firmitus, dicente Domino: *Cælum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt*⁷⁰. Huic ergo firmissimo fundamento tota ejus doctrina sublimissima innititur. Ac primum quidem caput *Cælestis hierarchiæ* totum est de sacra Scriptura, docens, ejus illustratione ad cælestium rerum indagacionem cognicionemque ascendendum esse. Capite secundo, cælestes hierarchiæ sunt esse celebrandas « κατὰ τὴν αὐτῶν ἐν τοῖς Λογίοις ἐκφαντορίαν, » id est secundum earundem mysticam in *Oraculis* explanationem. Et cap. 6: « Οὐκοῦν ἡμεῖς μὲν οὐδὲν αὐτοκινήτως ἐροῦμεν· ὅσα δὲ τῶν ἀγγελικῶν θεαμάτων ὑπὸ τῶν ἱερῶν θεολόγων ἐθεωρήθη, ταῦτα μυηθέντες ἡμεῖς, ὡς οἱ τὲ ἐσμεν, ἐκθησόμεθα. » Itaque nos quidem nihil motu proprio dicemus, sed, quæ angelica spectacula sanctis theologis visa fuerint, edocti, pro viribus exponemus. Libro etiam *De ecclesiastica hierarchia*, cap. 1: *Hierarchiam*, inquit, *nostram Deo insitæ ac divinæ deificæque scientiæ, nec non afflationis et perfectionis esse functionem*, « ἐκ τῶν ὑπερχοσμίων καὶ ἱεροτάτων ἡμᾶς ἀποδείξειαι Λογίων χρηί, » id est ex *supermundialibus et sacratissimis Oraculis demonstrandum nobis est*. Ibidem post medium caput: « Οὐσία γὰρ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας ἐστὶ τὰ θεοπαράδοτα Λόγια. Σεπτότατα δὲ Λόγια ταῦτά φαμεν, ὅσα πρὸς τῶν ἐνθέων ἡμῶν ἱεροτελεστῶν, ἐν ἀγιογράφοις ἡμῶν καὶ θεολογικαῖς δεδιώρηται δέλτοις· καὶ μὴν ὅσα πρὸς τῶν αὐτῶν ἱερῶν ἀνδρῶν αὐλοτέρᾳ μυήσει, καὶ γειτονίᾳ πως ἤδη τῆς οὐρανόθεν ἱεραρχίας, ἐκ νοῦς εἰς

A νοῦν, διὰ μέσου λόγου σωματικοῦ μὲν, αὐλοτέρου δὲ ὅμως, γραφῆς ἐκτός, οἱ καθηγεμόνες ἡμῶν ἐμυήθησαν. » Id est: *Substantia enim hierarchiæ nostræ sunt divinitus tradita oracula. Maxime vero ista Oracula dicimus veneranda, quæ a sacris nostris initiatoribus, divino Spiritu afflatis, in Scripturis sacris librisque theologicis tradita nobis sunt; uti et illa, quæ ab iisdem viris sanctis subtiliori non omnino dissita ab ordine cælesti insinuatione, de mente in mentem, mediante verbo, corporeo quidem illo, simul tamen immateriali, sine scriptione, institutores nostri sacra quadam traductione sunt edocti*. Ubi verbum Dei tam scriptum quam traditum pulchre describit. Sacros autem initiatores nostros vocat apostolos, quorum tam ipse quam S. Timotheus, ad quem libros suos scribit, discipuli extiterunt. Dicit autem traditionem magis ad angelorum locutionem accedere quam Scripturam, quia licet ore quidem corporis instrumento fiat, in quo ab angelica locutione deficit, qui sibi mutuo immediate conceptus suos patefaciunt, sit tamen modo minus materiali quam scriptura, quia solo verbo, ubi in scripturis et calamus et atramentum materiæ crassiores adhibentur.

S. Dionysius præfigit sibi Scripturam tanquam regulam.

In libro vero *De divinis nominibus* hanc iterum sibi legem præfigit, ut nihil nisi ex Scriptura dicat. Cap. 1, sub initium: « Ἔστω δὲ καὶ νῦν ἡμῶν ὁ τῶν λογίων θεσμὸς προδιωρισμένος. » Sit autem etiamnum nobis oraculorum sacra præscripta lex, etc. Et statim post: « Καθόλου τοιγαροῦν οὐ τολμητέον εἰπεῖν, οὔτε μὴν ἐννοῆσαι τι περὶ τῆς ὑπερουσίτου καὶ κρυφίας θεότητος, παρὰ τὰ θειωδῶς ἡμῶν ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων ἐκπερασμένα. Τῆς γὰρ ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν καὶ οὐσίαν αὐτῆς ὑπερουσιότητος ἀγνωσία, αὐτῇ τὴν ὑπερουσίον ἐπιστήμην ἀναθετόν,

⁶⁹ I Cor. iii, 10. ⁷⁰ Luc. xxi, 33.

τοσοῦτον ἐπὶ τὸ ἀναντες ἀνανεύοντας, ὅσον ἑαυτὴν ἐνδίδωσιν ἢ θεαρχικῶν λογίων ἀκτίς, πρὸς τὰς ὑπετέρας αὐγὰς, τῇ περὶ τὰ θεῖα σωφροσύνη καὶ οὐσιότητι συστειλλομένων. » *Nihil igitur omnino præsumendum dicere vel cogitare de superessentiali et abdita deitate, præter illa quæ divinitus nobis sunt sacris eloquiis elucidata. Nam et sermonem et intellectum et essentiam excedit superessentialitatis ejus ignoratio, cui superessentialis scientia tribuenda. Quare tantum ad inaccessum illud lumen aspiremus, quantum se insinuaverit divinorum ille radius oraculorum, quo eminentioribus istis rerum divinarum splendoribus, sobrietate quadam ac sanctitate contemperamur.*

Denique in *Mystica Theologia*, cap. 1, ex Scripturis tradit, Deum tenebras posuisse latibulum suum⁷¹, et lucem inhabitare inaccessibilem: et exemplo Moysis ostendit⁷², quomodo caliginem illam mysticam subintrare oporteat. Ex quibus cæterisque scriptis ejus, omnibus liquido constat, S. Dionysium nil nisi e verbo Dei depromptum afferre.

OBSERVATIO II.

Cur S. Dionysius, et quam magnifice de Scriptura loquatur. Quibus nominibus Scripturas appellet. Quibus nominibus apostolos compellet.

Cum sanctus hic, uti ostensum est, totam doctrinam suam hauriat et stabiliat ex verbo Dei, hoc illi merito in primis curæ est ut quo verbum Dei majus apud nos momentum habeat, per sublimissimas et prorsus divinas loquendi formulas, divinitatem ejus auctoritatem nobis inculcet, nosque simul in ejusdem admirationem rapiat, neque humiles de Scripturis cogitationes habere sinat. Hinc fere nunquam eas vulgari nomine Scripturas appellat, sed divinas prorsus ratione circumscribit, uti ex locis supra citatis et maxime capite 1 *Cælestis hierarchiæ* videre licet, ubi in titulo, sacra Scriptura dicitur *θελα ἑλλαμψις*, id est *divina illustratio*, et in contextu *Πατροκινήτου φωτοφωρέλας πρόδος*, id est *a Patre motæ illustrationis emanatio*. Et invocato Jesu, ad ejus contemplationem se reverenter componens, ibidem ait: « Ἐπὶ τὰς τῶν ἱερωτάτων λογίων Πατροπαραδότους ἐλλάμψεις ὡς ἐφικτὸν ἀνανεύσωμεν. » *Ad sacratissimorum a Patribus traditas eloquiorum illustrationes pro viribus suspiciamus*. Et rursum, vocat eam τὴν ἀρχικὴν καὶ ὑπεράρχιον τοῦ θεαρχικοῦ Πατρὸς φωτοδοσίαν, id est *principalem et superprincipalem Patris, qui principium Divinitatis est, illustrationem*; et paulo post: « τὴν θεαρχικὴν ἀκτίνα, » id est *divino-principalem radium*; alibi « τὴν θεολογίαν, » etc. Sic traditiones vocat c. 2, § 3, « τὴν κρυφίαν καὶ ἱερατικὴν παράδοσιν, » id est *arcanam et sacerdotalem traditionem*, quibus aliisque sublimissimis loquendi modis, ad sublimes ac Deo dignas erigit meditationes. Eandem ob causam SS. apostolos aliosque Scripturæ sacræ scriptores, c. 1 *Eccle-*

siasticæ hierarchiæ, et passim alibi, appellat « τοὺς θεολόγους » *theologos*, « τοὺς ἐνθέους ἡμῶν ἱεροτελεστάς, » *divino numine afflatos sacros nostros initiatores*, « τοὺς ἐνθέους ἱεράρχας, » *divino spiritu afflatos hierarchas*, « τοὺς πρώτους τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας καθηγεμόνας, » *primos hierarchiæ nostræ præceptores*, § 5: « Ἐκ τῆς ὑπερουσίου θεαρχίας αὐτοῦς τε ἀναπλησθέντας τοῦ ἱεροῦ δώρου, καὶ εἰς τὸ ἐξῆς αὐτὸ προαγαγεῖν ὑπὸ τῆς θεαρχικῆς ἀγαθότητος ἀπεσταλμένους. » *Ex superessentiali Divinitate sacro ipsos munere repletos, et in posteros illud ipsum derivatum a divina bonitate missos, etc.*

OBSERVATIO III.

Quadruplex de Deo philosophandi ratio.

Notanda est hujus sancti quadruplex de Deo philosophandi ratio. Prima est, prout Deus in seipso esse concipitur, secundum eas proprietates ac perfectiones, quæ illi ex natura rei seu substantialiter conveniunt respectu sui, ut sunt, esse unum in essentia seu natura divina, trinum in personis, et cætera quæ Deo sunt intrinseca. Secunda, prout consideratur cum respectu et ordine ad creaturas, quatenus videlicet earum auctor est, gubernator ac finis, et sic illi desumpta ex effectis nomina accommodat. Tertia, prout Deus in Scripturis sacris diversarum rerum corporearum figuris repræsentatur, et earumdem nominibus afficitur, ut cum vocatur agnus, leo, petra, etc. Quarta, prout per omnium rerum conceptibilem ablationem, et nostri ipsius abdicationem, divini amoris subvecta pennis, mens nostra in Deum subrigitur, et præsentis ejus radiis afflata, caligando penitus extra supraque se rapitur atque absorbetur. Ac primam quidem res divinas tractandi rationem tenuit in libro *Hypotyposeων*, ut ex cap. 3 *Mysticæ theologiæ* patet; sed magno Ecclesiæ damno divinissimus ille tractatus intercidit. Secundam vero rationem servat in libro *De divinis nominibus*. Tertiam tradiderat in *Symbolica theologia*, cujus frequenter mentionem facit, sed similiter desideratur. Quartam denique maximeque mirabilem practice theologandi normam tradit in *Mystica theologia*, quæ non tantum intellectum Deo subjicit et adjungit, sed vel quammaxime affectum afficit, et, ut S. Maximus et Dionysius Alexandrinus loquuntur, *ταῖς ἀδιδάκτοις* vel potius *θεοδιδάκτοις μυσταγωγίαις* in Deo felicissime collocat ac firmat, ita ut nulla theologiæ pars a divinissimo plane viro prætermisssa videatur.

OBSERVATIO IV.

Quam vim habeant composita ex ὑπέρ.

Notandus quoque cum Lessio lib. 1 *De perfectionibus divinis*, cap. 3, mirabilis et plus quam humanus modus loquendi S. Dionysii, quo utitur ad exprimendam suorum conceptuum sublimitatem, et ad divinitatis supra omnia creata mente conceptibilia, infinitam eminentiam insinuandam præpositione

⁷¹ Psal. xvii. ⁷² Exod. xix, xxxi

ὑπέρ præposita, vocando v. g. Deum ε̅ ὑπερούσιον οὐσίαν, » *essentiam superessentialem*, nimirum quia est essentia seu substantia eminentior omni essentia conceptibili a creatura: item ε̅ ὑπεράγαθον ἀγαθότητα, καὶ ὑπέρθρον θεότητα, ε̅ *bonitatem et divinitatem, omni bonitate et deitate conceptibili eminentiorem*; quomodo exponenda sunt omnia nomina composita ex particula ὑπέρ, ut ὑπέρφωτος, ὑπερ-ἀρχιος, ὑπερτελής, etc., id est *omni luce, omni principio, omni perfectione excellentior*. Illud enim ὑπέρ, id est *super*, apud Dionysium in compositione designat excellentiam, creatam omnem intelligentiam superantem.

Vox οὐσία quam vim habeat cum præpositione ὑπέρ.

Cum autem præpositio ὑπέρ nulli vocabulo frequentius præponatur quam voci οὐσία, sciendum hanc vocem apud Dionysium ut plurimum accipi pro essentia, substantia, natura, præsertim spirituali, et interdum etiam, sed rarius, pro materia. Quando autem adjungitur illi præpositio ὑπέρ, tum fere de Deo rebusque divinis ac supernaturalibus sermo est. Hinc lib. *De divinis nominibus*, cap. 1, § 1, et alibi passim, fidem vocat ε̅ ὑπερούσιον ἐπιστήμην, » id est *supernaturalem scientiam*, quia viribus naturæ haberi nequit, sed a Deo nobis ejus habitus infundi debet, et Dei gratia opus est ut actus fidei eliciatur. Sic etiam Christum, tanquam fidei et gratiæ auctorem, cap. 1 *Eccl. hierar.*, § 1, appellat ε̅ θεαρχικώτατον νοῦν καὶ ὑπερούσιον, » id est *mentem maxime divinam ac supernaturalem*. Similiter sacramentalia et sacramenta, et Scripturas divinas ibidem § 5 vocat ε̅ τὸ ἱερόν δωρον τῆς ὑπερουσίου θεαρχίας, » id est *sacrum munus supernaturalis Dei principatus*. Hæc enim omnia spectant ad ordinem natura sublimiorem, scilicet gratiæ, qua supra naturam ad divinum quemdam statum elevamur, uti docet Dionysius *De eccl. hier.*, cap. 2, parte 1.

OBSERVATIO V.

Quid significant composita ex αὐτό. Nomina divina quo sensu de Deo prædicet. Quid sit ea θεοπραπῶς prædicari. Non solum secundum causam dici.

Simili fere modo intelligenda sunt nomina quæ componuntur ex particula αὐτό, ut cum in libro *De divinis nominibus*, cap. 5 et 11, et alibi, Deum vocat τὸ αὐτὸ εἶναι, τὴν αὐτοζωήν, τὴν αὐτοσοφίαν, etc., id est *per se esse, per se vitam, per se sapientiam*, et similia, quæ soli Deo competunt: nulla enim creatura est per se id quod est, sed per participationem; solus autem Deus est ipsum hoc quod est per se, id est sua essentia, et suum esse, et non secundum participationem. Idcirco D. Dionysius cap. 2 ait hæc nomina, tanquam Deum decentia, attribui divinitati trium Personarum ἀμσρῶς, hoc est *imparticipate*, atque adeo plene et

essentialiter, ac proinde absolute et perfecte, sicut ipsa divinitas est in qualibet persona ex tribus tota, perfecta, integra et plena.

Unde bene observavit P. Franc. Turrianus ad Joannis Cyparissiotæ Decadem IV *Expositionis materiata*, cap. 9, non ita esse ut quidem putaverunt, divina nomina secundum Dionysium, secundum causam tantum de Deo dici, ut bonus, quod sit auctor bonitatis, sapiens, quod sapientiæ, et similiter in aliis. Si enim sic dicerentur de Deo, clauderent in suo intellectu, ut ait S. Thomas, bonitatem creaturæ; ac proinde de creatura inprimis dicerentur, quasi Deus diceretur bonus et sapiens ad similitudinem boni, cui dat bonitatem; et sapientis cui dat sapientiam. At non sic Dionysius sensit, ut nomina divina secundum causam tantum de Deo dicerentur; sed sic, ut Deo primum attribuerentur ut eum decent, id est imparticipate et essentialiter. Cum enim dicit Scriptura: *Nemo bonus nisi solus Deus*⁷³, perinde est ac si dicat: *Nemo per se bonus*, id est, *nemo supra bonitatem participatam, nisi solus Deus*: sic enim intellexit et interpretatus est idem Dionysius cap. 2 *De divinis nominibus* in principio: ut jam bonus et sapiens dicatur Deus, quia bonitas in eo antecellat et exsuperet omnem bonitatem creatam et participatam. Hujusmodi autem divina nomina, quæ secundum plenitudinem et non secundum participationem Deo attribuuntur, vocat Dionysius *θεοπραπῆ*, id est nomina Deum decentia. Si igitur secundum causam tantum dicerentur, non essent nomina Deum decentia, quia sic dicta in se includunt, ut dixi, solum participationes creatas, ut bonus bonitatem participatam, cujus auctor bonus Deus; sapiens sapientiam participatam, cujus auctor sapiens Deus; et ad eundem modum alia. Quare S. Dionysio contradicit et repugnat, qui dicit nomina divina secundum Dionysium, secundum causam tantum dici de Deo: sic enim dicta, non sunt Deum decentia, ac proinde sic accepta, non sunt nomina divina. Dionysio autem auctore, nomina divina Deum decentia, absolute, perfecte, integre et plene, id est exsuperanter et eminenter Deo conveniunt.

OBSERVATIO VI.

Quomodo Deus sit per se vita, et auctor per se vitæ, etc.

Hic ulterius notandum quomodo S. Dionysius aliquando quidem Deum vocet τὴν αὐτοζωήν, id est *per se vitam*, aliquando vero τῆς αὐτοζωῆς ὑποστάτην, sive *per se vitæ sustentatorem*. Et eodem capite 11 quo sensu hæc intelligenda sint, ipsemet pandit his verbis: ε̅ Οὐκ ἐναντίον αὐτοδυναμῶν ἢ αὐτοζωῆν εἶπεῖν τὸν Θεόν, καὶ τῆς αὐτοζωῆς, ἢ εἰρήνης, ἢ δυνάμεως ὑποστάτην· τὰ μὲν γὰρ ἐκ τῶν ὄντων, καὶ μάλιστα ἐκ τῶν πρώτως ὄντων, ὡς αἰτίας πάντων τῶν ὄντων λέγεται· τὰ δὲ ὡς ὑπὲρ πάντα καὶ τὰ πρώτως ὄντα, ὑπερὸν ὑπερουσίως.

⁷³ Marc. x.

Non pugnant, inquit, secum, dicere Deum per se potestatem et per se vitam; et dicere Deum creatorem per se vitæ, vel per se pacis, vel per se potestatis; hæc enim dicitur Deus ex iis quæ sunt, et maxime ex iis quæ prima sunt, tanquam causa omnium quæ sunt: illa autem dicitur tanquam existens super-substantialiter supra omnia quæ sunt, et quæ primo sunt. Dicitur ergo Deus per se vita, scilicet imparticipata, illimitata, etc. Auctor vero per se vitæ, scilicet participatæ, limitatæ, etc., sive doni illius quo viventes facit, ita nimirum ut per se vita naturam vitæ significet, id est ea quæ cadunt in definitionem vitæ (5).

OBSERVATIO VII.

Quid signent composita ex ἀρχῆ.

Non raro quoque S. Dionysius utitur nominibus ex voce ἀρχῆ compositis, vocando Deum θεαρχίας, θεαρχικῆν ὑπαρξιν, etc., id est Dei-principatum, substantiam divino-principalem, divinitatis originem, in creaturis scilicet, quia Deus est auctor divinitatis in cunctis hominibus et angelis qui Deum imitantur et ei similes fiunt, de quibus scriptum est: Ego dixi: Dii estis⁷⁴; et illud: Deus deorum in Sion⁷⁵. Θεαρχίας itaque dicit, quasi θεῶν ἀρχοῦσα, dicans nos Deum deorum, ut David dicit. Cap. 3 Cælestis hierarchiæ Deum vocat τελεαρχίας καὶ αὐτοτελεαρχίας, id est originem perfectionis, et per se originem perfectionis; item ταξιαρχίας, id est originem ordinationis. Item cap. 3 De divinis nominibus, § 2, corpus B. Virginis vocat ζωαρχικόν, id est quod vitæ principium dedit.

OBSERVATIO VIII.

Dionysium omnia de Deo affirmare et iterum negare. Quomodo omnia de Deo affirmantur.

Notandum quoque S. Dionysium lib. De divinis nominibus, cap. 1, 2, 13, et alibi, aliquando quidem omnia de Deo affirmare, aliquando vero rursus omnia negare. Hinc dicit Deum omnia esse ut Deum decet; et nihil eorum esse, ut supra substantiam est; utrumque enim proprie dicitur in Dei amplitudine: ut, Deus est vita, Deus est bonitas; et, Deus non est vita, et non est bonitas, quia est supra hæc, quæ nos per vitam et bonitatem intelligimus. Et hoc sensu cap. 2, § 1, vocat Deum « πάντων θέσιν καὶ πάντων ἀφαιρέσιν, » omnium positionem, et omnium ablationem, quia eminenter ponit omnia, tanquam omnia continens; et formaliter omnia aufert, quia ratio propria qua Deus est, excludit ab ipso omnem formalem rationem a creata mente comprehensibilem, uti erudite observat Lessius lib. 1 De perfect. divin., cap. 5, eujus verba cum S. Dionysio magnam lucem afferant, hic referre placuit: Omnia, inquit, de Deo affirmantur, quia omnia sunt in ipso formaliter vel eminenter. Hinc dicitur sapientia, bonitas, veritas, lux,

sanctitas, justitia, misericordia, beatitudo, vita omnium viventium, esse omnium existentium, omnium perfectio, pulchritudo, mensura, ratio, salus, conservatio. Unde divus Bernardus, lib. v De consid.: Quid est Deus? Voluntas omnipotens, benevolentissima virtus, lumen æternum, incommutabilis ratio, æterna beatitudo. Et infra: Amat ut charitas, novit ut veritas, judicat ut æquitas, dominatur ut majestas, regit ut principium, operatur ut virtus, tuetur ut salus, revelat ut lux, assistit ut pietas, etc. Et quamvis plurima rerum nomina illi non tribuantur ob imperfectionem quam involvunt, tamen omnes rerum species et omnia individua sunt in ipso eminenter secundum sua prototypa, et veluti primæva et æterna semina, ex quorum vi pullularunt, atque adeo sunt in ipso intrinsece, non quidem secundum suum esse formale et essenziale, sed secundum esse suum eminenter et superessentiale. Unde ipse est omnia et singula eminenter et superessentialiter.

Quomodo omnia negentur.

Negantur de ipso omnia, quia ipse est supra omnem rationem et speciem creatæ menti concepitibilem. Sic Dionysius, capit. ult. Myst. theologiæ, dicit Deum esse non substantiam, non vitam, non lucem, non sensum, non mentem, non sapientiam, non bonitatem, non deitatem, sed quiddam his omnibus eminentius atque præstantius. Ratio est, quia omnia ista, quatenus menti creatæ sunt comprehensibilia et nominabilia, habent conceptus obiectivos limitatos in ratione entis: limitatos, inquam, non ex parte rei quæ concipitur, sed ex parte modi concipiendi. Unde ut sic concipiuntur, non includunt formaliter alias perfectiones: ratio enim substantiæ, ut a creatura concipitur, non includit rationem sapientiæ aut cæteras perfectiones, nec contra, sed quæque suum limitatum conceptum habet. Deus autem est ratio prorsus illimitata, unde formaliter vel eminenter includit omnem perfectionem conceptibilem.

Perfectiones dupliciter existunt in Deo.

Hinc patet omnes perfectiones quæ Deo tribuuntur absque metaphora, dupliciter in ipso contineri, formaliter et eminenter: formaliter, si spectentur secundum proprium conceptum, quo a Deo et beatis concipiuntur, qui est illimitatus in genere entis; eminenter, si considerentur secundum conceptus proprios, quos habent ut a creaturis absque lumine gloriæ apprehendantur: etsi enim res concepta sit proprie in Deo, non tamen cum eo modo et limitatione sub qua concipitur.

OBSERVATIO IX.

Perfectiones Dei dupliciter considerantur. Quomodo Deus denominetur sapiens, justus, etc.

Ut hæc et alia quæ supra attigimus, melius intelligantur, ibidem e Lessio notandum est, di-

⁷⁴ Psal. LXXXI. ⁷⁵ Psal. LXXXIII.

(5) Vide infra c. 5 et 11 De divinis nominibus et Epistolam S. Dionysii ad Caium (epist. 1).

vinas perfectiones dupliciter considerari posse. A Primo, ut sunt in rebus creatis vel etiam prout ab intellectu creato absque lumine gloriæ concipi possunt; secundo, ut sunt in Deo. Si priore modo considerentur, distinguuntur inter se formaliter, imo multæ etiam realiter, suntque diversæ formæ, vel rationes formales. Et quamvis concipiantur ut illimitatæ, vel infinitæ perfectionis intra suam speciem seu rationem formalem, tamen in ratione entis vel perfectionis sunt limitatæ, quia una non includit aliam. Hoc modo illæ perfectiones non sunt in Deo formaliter, sed eminenter tantum, nempe ut in causa superioris ordinis, et analogæ. Si vero secundo modo concipiantur, sic non habent inter se ullam distinctionem formalem, sed sunt una simplicissima forma, a qua Deus omnium illarum perfectionum denominationem accipit, sed longe altior quam mens creata concipere possit. Dicitur enim *sapiens*, non quasi sapientia imbutus et informatus, sed ut sapientia per se subsistens. Dicitur *justus*, *misericors*, *sanctus*, non ut his perfectionibus affectus, ornatus et imbutus (quomodo a nobis concipitur), sed ut justitia, misericordia et sanctitas substantialis, per se subsistens. Eodem modo accipiendæ omnes aliæ perfectiones quæ ipsi tribuuntur, quia in illo nulla est diversitas formarum aut rationum formalium, sed una simplicissima forma per se subsistens, infinite supra omnia elevata, quæ est ipsius essentia (quam Deitatem vocare possumus) per quam omnes illæ denominationes illi ex parte rei competunt. Id enim est longe perfectius et dignius illi majestati, infinite supra omnia quæ sunt et quæ non sunt (ut Dionysius loquitur) elevata.

Quomodo se mutuo includant.

Itinc sequitur primo, omnia attributa, prout considerantur in summa sua elevatione (quomodo sunt in Deo), se mutuo includere, et in unius conceptu intrinsece includi omnia, quia sunt una simplicissima forma, in se omnis distinctionis experta, de cujus ratione est omnia illa formaliter et secundum summam identitatem includere, et omnia illa esse formaliter.

Quomodo sint infinite elevatæ.

Sequitur, secundo, perfectiones divinas, prout sunt in Deo, esse infinite elevatas supra easdem perfectiones spectatas, prout sunt aut possunt esse in creaturis, aut etiam prout a mente creata possunt concipi. Ratio est, quia ut sunt in Deo, sunt infinitæ perfectionis non solum intra propriam speciem, sed absolute et in toto genere entis. Tum etiam quia in Deo non sunt forma aliqua accidentaria, sed substantia per se subsistens, et a se habens omnia infinite, quæ ad rationem cujusque perfectionis spectant, v. g., sapientia divina non est qualitas, sed substantia per se subsistens, habens a se non solum infinitum lumen intellectuale,

sed etiam omne objectum intelligibile, et sic de cæteris.

Nulla est similitudo inter perfectiones Dei et creaturæ.

Sequitur, tertio, perfectiones divinas, ut sunt in Deo, non habere ullam similitudinem cum perfectionibus quæ sunt vel esse possunt in rebus creatis, ut docet Dionysius cap. 9 *De divinis nominibus*, et cap. 5 *Mysticæ theologiæ*. Quam ob causam Deus dicitur non esse substantia, non esse vita, etc., quia ita est super omnia elevatus, ut cum nulla re creata vel creabili similitudinem habeat. Quia tamen res creatæ aliquam ad Deum proportionem habent tanquam effectus et imitationes quædam illius (ob quam proportionem, si sit in summo gradu dicuntur etiam Deo similes, et Dei imagines, ut patet in natura intellectuali), neque nos Deum nisi ex rebus creatis per analogicum ascensum cognoscere possumus, ideo nomina perfectionum creaturarum ad perfectiones divinas transferimus; alioquin de divinis nullo modo loqui possemus. Verum hæc nomina longe altiori sensu accipienda sunt, cum tribuuntur rebus divinis, quam cum creatis: in Deo enim significant substantiam a se existentem, ac proinde omnino illimitatam, quæ per se formaliter absque omni actu elicitio præstat omnia quæ perfectiones creatæ præstare possunt, et modo infinite excellentiori. Itaque neque in modo existendi, neque in modo operandi, neque in modo tribuendi suum effectum formalem est ulla similitudo, etc.

OBSERVATIO X.

Nomina communia quo sensu prius de Deo, et prius de creaturis dicantur. Nomina sunt rebus posteriora. Nomina ab homine inventa.

Nota S. Thomam, parte 1, qu. 13, art. 6, dicere prædictas perfectiones, quantum ad rem significatam per nomen, prius dici de Deo quam de creaturis; quia a Deo huiusmodi perfectiones in creaturas manant; sed quantum ad impositionem nominis, prius a nobis imponi creaturis quas prius cognoscimus; unde et modum significandi habent, qui competit creaturis. *Non enim* (inquit Basilus, lib. 11, contra Eunomium) *natura rerum nominatur, imo post res ipsas inventa sunt nomina.* Etenim si hoc esset verum, non esse nomina rebus posteriora, opus esset, ut quorum sunt eadem nominationes, una et eadem substantia esset: ex quo fieret, ut quia qui sunt virtute perfecti, digni nomine Dei habentur, et dii appellantur, essent homines *ὁμοῦστοι*, id est ejusdem substantiæ qua Deus. Verum sicut hoc dicere, manifesta insania est; sic illud dicere, æque dementia est. Imo et Gregorius Nyssenus lib. xiii, disputans contra Eunomium: *Miseratur, inquit, et misericors Dominus, patiens, et multæ misericordiæ* ⁷⁶. Quid hæc aiunt significare? Naturamne, an operationem? Nemo sa-

⁷⁶ Psal. cxxlv.

ne aliud declarare dixerit præterquam operationem. A Quando igitur miseratus est Dominus, ut ex operatione miserationis nomen duceret? Nunquid ante vitam humanam? Ecquis tunc misericordia indigebat? At vero post peccatum prorsus misericordia opus fuit, peccatum autem post hominem existit; post hominem igitur actio miserendi et misericordiæ nomen. Unde manifestum efficitur posteriora esse nomina ipsa æternitate Dei, et post hominem et mentem hominis inventa esse. Mens enim humana sicut aliarum rerum nomina adinvenit, sic etiam nomina Dei aggressa, et veluti materiam naeta, illa ipsa effecta et admirabilia, quæ in universo contemplatur insequens, et de Deo inquirens, nomina imposuit. *Nomina communia quo sensu de Deo, et quo sensu* B *de creaturis intelligenda.*

Ex his ergo colligitur, cum hujusmodi nomina divina de creaturis quas prius cognoscimus, et prius nominamus, dicuntur, habere ea modum significandi, qui competit creaturis, sicut ait S. Thomas, et secundum nostram consuetudinem proprie significare operationem seu effectum participatum, ut bonus bonitatem creatam, sapiens sapientiam item creatam, et similiter in reliquis nominibus significantibus hujusmodi perfectiones participatas; et ut sic non dicuntur proprie de Deo, quia Deus est supra ista, supra bonum, supra sapientem. Cum vero de Deo proprie dicuntur, essentiam ejus significare, et secundum naturam dici, et dicta de creaturis quoad rem significatam, non proprie sed per abusum verbi et per imitationem et similitudinem quamdam analogicam dici: atque ita quæ sunt communia Deo et creaturis nomina, quoad rem significatam vere et proprie, id est essentialiter et per se dicuntur de Deo; de creatura vero non vere neque proprie, quia non per se dicuntur: quoad vero impositionem nominum, proprie significant id ad quod imposita sunt, imposita enim sunt prius ad significandas perfectiones participatas, quas a Deo in creaturis effectas cognoscimus, ex quibus, ad cognoscendas, utcumque possumus, perfectiones essentielles Dei deducimur, sicut scriptum est: *Invisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur*⁷⁷.

Omnia Dei nomina quid unum et idem significant ad Deum relata.

Observandum hic cum Cyparissiota Decad. iv, cap. 7, quod sicut divina nomina ex effectis sumpta, differentiam operationum repræsentant, sic ad Deum relata, diversas res repræsentare non possint. Hinc magnus Basilius in epistol. ad Eustachium: *Omnes, inquit, notiones, et nomina quæ Deum decent, æqualis inter se honoris sunt, quatenus significatione rei subjectæ nihil differunt. Non enim ad aliam rem subjectam mentem ducit appellatio boni, et ad aliam appellatio sapientis, et potentis, et justi. Quin potius, quæcumque nomina dixeris,*

unum est quod significatur. Et si Deum dicas, eundem ostendisti, quem per reliqua nomina mente concepisti. Ex his igitur manifestum fit quod eadem divina nomina et eadem notiones nostræ de Deo dicuntur, nullamque differentiam rei subjectæ ad Deum relata repræsentant: et quod nomina Dei triplicem habent causam efficientem quidem, mentem ipsam humanam; materiam, illa unde colliguntur, id est effecta; finem, Deum ad quem referuntur.

OBSERVATIO XI.

S. Dionysius primus auctor theologiæ scholasticæ. *Principia theologica ex prima periodo Dionysii deprompta. Omne donum a Deo esse, desursum esse, a Patre luminum. Spiritus sanctus donum Patris. Cur Pater luminum dictus. Patrem esse principium emanationum. Bonum sui diffusivum. Deus omnia facit ob bonitatem. Gratia non datur ex meritis. Immediata est a Deo. Uniendi vim habet. Hominem elevat supra statum naturæ. Deus omnium principium et finis.*

Observatu quoque dignissimum quomodo S. Dionysius primus scholasticæ theologiæ jecerit fundamenta, quibus cæteri deinceps theologi, eam quæ de Deo rebusque divinis in scholis traditur, doctrinam omnem inædificarunt. Exemplo sit proximum quod occurrit capitis primi *De cælesti hierarchia* exordium, cujus primam periodum si attente quis expeyderit, quot verba tot oracula, totidemque altissima scholasticæ doctrinæ principia mirabitur. Sic habet: « Πᾶσα δόσις ἀγαθῆ, καὶ πᾶν δῶρημα τέλειον, ἀρωθέρ ἐστι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν φῶτων⁷⁸. » Ἄλλὰ καὶ πᾶσα Πατροκινήτου φωτοφανείας πρόδος εἰς ἡμᾶς ἀγαθοδότης φοιτῶσα πάλιν ὡς ἐνοποιὸς δύναμις ἀνατατικῶς ἡμᾶς ἀναπλοῖ, καὶ ἐπιστρέφει πρὸς τὴν τοῦ συναγωγῶ Πατρὸς ἐνότητα, καὶ θεοποιὸν ἀπλότητα. Καὶ γὰρ ἐξ αὐτοῦ πάντα, καὶ εἰς αὐτόν. » *Omne datum bonum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum. Quin et omnis a Patre motæ illustrationis emanatio, in nos benefice exundans; denuo ceu unifica vis, ad supera nos erigendo simplifcat, et convertit ad congregantis Patris unitatem et deificam simplicitatem. Quoniam ex ipso et in ipsum sunt omnia.* Ecce quot brevis hæc periodus sublimissimæ theologiæ principia complectatur.

D Primo, bonum omne a Deo datum esse; quod designant verba, Πᾶσα δόσις ἀγαθῆ. Ex quo principio S. Thomas p. 1, qu. 4, 5, 6, plurimas elicit conclusiones, verbi gratia, Deum esse summum bonum, rerum omnium perfectiones eminenter continere, creaturas ejus participatione ac similitudine bonas esse, etc.

Secundo, omne donum perfectum esse a Deo, καὶ πᾶν δῶρημα τέλειον, scilicet ut principio effectivo, exemplari, et finali: p. 1, qu. 6, art. 4, et 2-2, q. 3, art. 2 ad 1; q. 27, art. 3, in corpore. Vide item D. Thomam p. 1, q. 38, et 1-2, q. 68, ubi disputat de ratione doni.

⁷⁷ Rom. 1. ⁷⁸ Jac. 1, 17.

Tertio, omne donum perfectum desursum esse. *Ἀρωθέρ ἐστι.* Hinc D. Thomas p. 1, q. 38, art. 1, in corpore, docet nos non posse pervenire ad perfectum donum Dei, sed debere hoc nobis dari desuper. Item quod sic divinæ personæ competat dari et esse donum.

Quarto, donum omne perfectum descendere a Patre luminum. *Καταβαίνον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων.* Hinc D. Thomas, p. 1, q. 38, art. 2, tradit, donum esse proprium nomen Spiritus sancti, et esse nomen personale. Cum autem a Patre Filioque procedat ut amor, *procedit*, inquit, *in ratione doni primi.* Unde D. Augustinus lib. xv *De Trinitate*, cap. 19, dicit quod per donum, quod est Spiritus sanctus, multa propria dona dividantur membris Christi. Dicitur autem a Patre descendens, ut in nomine doni importetur proprietates originis ejus, quæ est processio. Ita D. Thomas parte 1, q. 38, art. 2 ad 2. Attribuitur autem donum Patri, tanquam mittenti principali, licet etiam a Filio mittatur atque procedat : p. 1, quæst. 43. Non otiose quoque Deus Pater *Pater luminum* nuncupatur, cum ex ipso purissima duo divinitatis germina, Filius et Spiritus sanctus, ceu splendor ac lumen a sole (si divina creatis conferre liceat) æterna processione pullularint. Unde in hymno Ecclesiæ canitur :

Lux lucis et fons luminis.

Quamquam Filio nomen lucis et imaginis approprietur, quia procedit per intellectum, et in similitudinem. Ita D. Thomas, p. 1, q. 35.

Quinto, Patrem esse principium emanationum, tam earum quæ ad intra quam quæ ad extra nominantur, ut insinuant illa verba : *Ἀλλὰ καὶ πᾶσα πατροκινήτου φωτοφανελας πρόδος.* Hinc D. Thomas p. 1, q. 33, art. 1, docet Patrem esse principium in divinis, eique nomen principii personaliter convenire, ideoque nomina principium significantia Patri esse attribuenda. Potest hic etiam intelligi gratia præveniens et auxilium Dei movens, de qua D. Thomas 1-2, qu. 111.]

Sexto, bonum esse sui diffusivum, quod signant illa verba, *Εἰς ἡμᾶς φοιτῶσα.* Vide D. Thomam p. 1, q. 5, art. 4.

Septimo, Deum omnia facere propter suam bonitatem, quod innuit vocabulum *ἀγαθοδότης.* Vide D. Thomam p. 1, q. 65, art. 2.

Octavo, lumen gratiæ gratuito Dei munere nobis inspirari, et consequenter non dari nobis ex meritis nostris, quod idem vocabulum significantum præbet. S. Thomas 1-2, q. 109, art. 6, in corpore.

Nono, lumen gratiæ a solo Deo immediate animæ infundi. D. Thomas 1-2, q. 76 et 112. Item excedere conditionem naturæ creatæ, et esse ordinis supernaturalis : 1-2, q. 114, art. 1, in corpore, et art. 2 et 5 ibid. Consequenter hominem sine gratuito Dei auxilio non posse se ad gratiam disponere : p. 1, q. 62, art. 2, et 1-2, q. 109, art. 6.

¹⁹ Jean. vi, 44.

Decimo, gratiam habere vim conjungendi hominem cum Deo. *Ὡς ἐροποιὸς δύναμις.* Hinc D. Thomas 1-2, q. 111, art. 5, docet gratiam gratum facientem digniorem esse quam gratis datam, quod hæc tantum ordinet ad quædam præparatoria ultimi finis, illa vero ordinet hominem immediate ad conjunctionem ultimi finis.

Undecimo, lumen gratiæ mentem elevare supra conditionem naturæ humanæ, ut insinuant illa verba, *Ἀνατατικῶς ἡμᾶς ἀναπλοῖ.* Item nos ad Deum convertere, *Καὶ ἐπιστρέφει πρὸς τὴν τοῦ συναγωγῶν Πατρὸς ἐρότητα.* Ubi non frustra dicitur *συναγωγῶν Πατρὸς*, cum Christus ipse dixerit : *Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum*¹⁹. Vocatio enim Patri appropriatur, uti Filio adductio, et Spiritui sancto perventio, seu bravii consecutio. Item vox *ἐρότητα* designat, gratiam homines colligere ; qua re significatur unio illa spiritalis, quæ per eam fit ad Deum. Denique docet, nos per gratiam divinitatis cujusdam participes reddi, uti declarant illa verba, *καὶ θεοποιὸν ἀπλότητα.* Ubi quoque vox *ἀπλότης* statum animæ spiritali significanter exprimit, utpote simplicem, et a rebus variis et compositis abstractum. Vide D. Thomam 1-2, qu. 110, art. 1, et 2-2, quæst. 17, art. 4, et qu. 81, art. 8, aliisque locis plurimis.

Duodecimo, Deum esse rerum omnium principium et finem. *Καὶ γὰρ ἐξ αὐτοῦ πάντα, καὶ εἰς αὐτόν.* Ex qua veritate divus Thomas passim plurimas deducit conclusiones, ut videre est parte 1, quæstione 22, articulo 2 ; quæst. 44, art. 1, 2, 3 ; quæst. 65, art. 2 ; quæst. 103, art. 2 ; quæst. 105, art. 5 ; item parte 1-2, quæst. 69, art. 2, etc.

Hæc ad leonem ex ungue, ut in proverbio est, cognoscendum satis sint.

OBSERVATIO XII.

Javabit etiam non parum ad pleniorum S. Dionysii intelligentiam, scire loca quæ D. Thomas ex ipso citat, ut sicut Doctor Angelicus ex illo sole magnum sapientiæ lumen accepit, ita vicissim luminis ejusdem radios ad captum nostrum apte distributos, hierarchico ritu in nos transfundat.

DE COELESTI HIERARCHIA.

Caput primum, quod de Scriptura sive sacra doctrina est, quam, ut ejusdem argumenti, ad Dionysii exemplum primo loco posuit, citatur parte 1, quæstione 1, articulo 9, in corpore, et ad 2 et 3 ; item quæst. 9, art. 1 ad 3 ; item quæst. 88, art. 2, et quæst. 108, art. 1 et 4. In Prima vero Secundæ, quæst. 99, art. 3. In parte III, quæst. 60, art. 4 ; in parte I Sent., dist. 22, quæst. 1, art. 2, et dist. 34, quæst. 3, art. 1 ; in parte II Sent., dist. 9, quæst. 1, art. 8.

Caput secundum citatur in parte 1, quæstione 13, articulo 3, et art. 12 ; quæst. 54, art. 3. In 2-2, quæst. 112, art. 2. In parte I Sententiar., dist. 4, quæst. 2, art. 1 ; dist. 22, quæst. 1, art. 1 et 2 ;

dist. 34, quæst. 3, art. 1. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 3, art. 4; quæst. 7, art. 5; quæst. 9, art. 7.

Caput tertium citatur in parte i, quæstione 106, articulo 2; quæst. 108, art. 1 et 2. Item in 2-2, quæst. 184, art. 8. In parte iii, quæst. 84, art. 3. In Supplemento partis iii, quæst. 37, art. 1; quæst. 72, art. 1. In parte ii Sent., dist. 9, quæst. 1, art. 1 et 2; dist. 10, art. 1 et 2. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 2, art. 3; de malo, quæst. 7, art. 3; de veritate, quæst. 9, art. 3.

Caput quartum citatur parte i, quæstione 12, articulo 11; quæst. 13, art. 3; quæst. 57, art. 1; quæst. 108, art. 3; quæst. 111, art. 1. In 1-2, quæst. 3, art. 7; quæst. 98, art. 3; quæst. 111, art. 1. In 2-2, quæst. 2, art. 6 et 7. In parte iii, quæst. 10, art. 4; quæst. 12, art. 4; quæst. 20, art. 1; quæst. 27, art. 5; quæst. 30, art. 2; quæst. 55, art. 1 et 2. In Supplemento, quæst. 77, art. 2. In parte i Sent., dist. 17, quæst. 1, art. 1. In parte ii Sent., dist. 9, quæst. 1, art. 1; dist. 12 in expositione textus et quæst. 1, art. 5. In Quæstionibus disputatis, de malo, quæst. 3, art. 4; de veritate, quæst. 10, art. 1, et quæst. 14, art. 3.

Caput quintum citatur parte i, quæstione 1, articulo 10; quæst. 106, art. 5; quæst. 108, art. 2 et 5; quæst. 113, art. 2. In parte i. Sent., dist. 17, quæst. 1, art. 4. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 6, art. 7; de malo, quæst. 6, art. 7; de malo, quæst. 3, art. 7, et quæst. 9, art. 5.

Caput sextum citatur parte i, quæstione 56, articulo 1; quæst. 58, art. 5; quæst. 106, art. 2; quæst. 108, art. 1 et 3. In parte iii, quæst. 21, art. 2. In parte ii Sent., dist. 9, quæst. 1, art. 2.

Caput septimum citatur parte i, quæstione 12, articulo 8; quæst. 57, art. 5; quæst. 106, art. 2 et 4; quæst. 107, art. 2; quæst. 108, art. 1, 2, 5 et 6. In 1-2, quæst. 28, art. 5; quæst. 67, art. 2; quæst. 111, art. 1; quæst. 112, art. 1. In 2-2, quæst. 2, art. 6 et 7. In parte iii, quæst. 12, art. 4; quæst. 13, art. 2; quæst. 30, art. 2; quæst. 59, art. 6; quæst. 67, art. 1. In parte i Sent., dist. 37, quæst. 3, art. 1. In parte ii Sent., dist. 9, quæst. 1, art. 7; [dist. 10, quæst. 1, art. 1, 2 et 3. In Quæstionibus disputatis, de veritate, quæst. 9, art. 3.

Caput octavum citatur parte i, quæstione 66, articulo 3; quæst. 106, art. 1 et 2; quæst. 108, art. 2, 5 et 6; quæst. 112, art. 2 et 4. In 1-2, quæst. 111, art. 1. In Supplemento, quæst. 73, art. 3. In parte i Sent., dist. 37, quæst. 4, art. 3. In parte iv Sent., dist. 24, quæst. 2, art. 1.

Caput nonum citatur parte i, quæstione 108, articulis 2, 5 et 6. In 1-2, quæst. 98, art. 5. In 2-2, quæst. 2, art. 7. In parte iii, quæst. 64, art. 7. In ii Sent., dist. 11, quæst. 1, art. 2.

Caput decimum citatur parte i, quæstione 108, articulis 2 et 3. In parte ii Sent., dist. 9, quæst. 1, art. 2.

Caput undecimum citatur parte i, quæstione 76,

art. 1. In Supplemento, quæst. 73, art. 3. In parte ii Sent., dist. 10, quæst. 1, art. 2.

Caput duodecimum citatur parte i, quæstione 55, articulo 3; quæst. 106, art. 4. In 2-2, quæst. 2, art. 6. In parte ii Sent., dist. 10, quæst. 1, art. 2. In Quæstionibus disputatis, de veritate, quæst. 29, art. 5.

Caput decimum tertium citatur parte i, quæstione 112, art. 2. In parte ii Sent., dist. 15, quæst. 1, art. 1; dist. 17, quæst. 1, art. 4. In parte ii Sent., dist. 10, quæst. 1, art. 2 et 4; dist. 11, quæst. 1, art. 2.

Caput decimum quartum citatur parte i, quæstione 50, articulo 3. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 6, art. 6; de virtutibus, quæst. 1, art. 8.

Caput decimum quintum citatur parte i, quæstione 51, articulo 3; quæst. 106, art. 1; quæst. 107, art. 5; quæst. 115, art. 1. In 1-2, quæst. 31, art. 4.

DE ECCLESIASTICA HIERARCHIA.

Caput primum citatur parte i, quæstione 108, articulo 4. In parte iii, quæst. 64, art. 6. In Supplemento, quæst. 31, art. 3. In parte ii Sent., dist. 9, quæst. 1, art. 8. In parte iv Sent., dist. 3, quæst. 2, art. 1. In Quæstionibus disputatis, de veritate, quæst. 8, art. 7.

Caput secundum citatur in parte iii, quæstione 63, articulo 2; quæst. 65, art. 1; quæst. 66, art. 1; quæst. 67, art. 1 et 7; quæst. 69, art. 5; quæst. 71, art. 4; quæst. 80, art. 9; quæst. 83, art. 5. In Supplemento, quæst. 29, art. 1. In parte iv Sent., dist. 1, quæst. 1, art. 2; dist. 6, quæst. 2, art. 1, 2 et 3; dist. 12, quæst. 2, art. 1.

Caput tertium citatur in parte iii, quæstione 63, articulo 6; quæst. 65, art. 1 et 3; quæst. 66, art. 11; quæst. 67, art. 1; quæst. 80, art. 9; quæst. 83, art. 4 et 5. In Supplemento, quæst. 29, art. 6; quæst. 37, art. 2. In parte iv Sent., dist. 8, quæst. 1, art. 1; dist. 24, quæst. 2, art. 1 et 2.

Caput quartum citatur in parte iii, quæstione 16, articulo 3; quæst. 72, art. 2. In parte ii Sentent., dist. 9, quæst. 1, art. 8. In parte iv Sentent., dist. 5, quæst. 2, art. 1; dist. 7, quæst. 1, art. 1 et 2; dist. 7, quæst. 2, art. 1.

Caput quintum citatur in parte i, quæstione 1, articulo 10; quæst. 106, art. 3; quæst. 108, art. 2; quæst. 113, art. 2. In 1-2, quæst. 106, art. 4. In parte iii, quæst. 61, art. 4; quæst. 67, art. 1. In Supplemento, quæst. 31, art. 1 et 2; quæst. 34, art. 1; quæst. 37, art. 2 et 4; quæst. 40, art. 4 et 5; quæst. 72, art. 2. In parte iv Sentent., dist. 7, quæst. 3, art. 1; dist. 8, quæst. 1, art. 1; dist. 25, quæst. 2, art. 1. In Quæstionibus disputatis, de veritate, quæst. 9, art. 3.

Caput sextum citatur in parte i, quæstione 56, articulo 1; quæst. 58, art. 5; quæst. 106, art. 2. In 1-2, quæst. 76, art. 2. In 2-2, quæst. 184, art. 8; quæst. 185, art. 1; quæst. 186, art. 5; quæst. 187,

art. 3. In part. iii, quæst. 27, art. 3. In Supple- A mento, quæst. 71, art. 3.

Caput septimum citatur in parte iii, quæstione 67, articulis 7 et 8; quæst. 68, art. 9; quæst. 72, art. 4; quæst. 78, art. 3; quæst. 80, art. 4; quæst. 84, art. 3. In Supplemento, quæst. 71, art. 3. In Quæstionibus disputatis, de malo, quæst. 8, art. 1; quæst. 16, art. 6; de veritate, quæst. 9, art. 1.

DE DIVINIS NOMINIBUS.

Caput primum citatur in parte i, quæstione 12, articulis 1 et 2; quæst. 15, art. 1 et 2; quæst. 15, art. 3; quæst. 32, art. 2; quæst. 36, art. 2; quæst. 39, art. 2; quæst. 57, art. 1; quæst. 88, art. 2. In 2-2, quæst. 15, art. 1; quæst. 91, art. 1, quæst. 101, art. 3; quæst. 106, art. 3. In part. iii, quæst. 20, art. 1. In part. i Sent., dist. 22, quæst. 1, art. 2 et 4. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 7, art. 5; de malo, quæst. 5, art. 1; de virtutibus, quæst. 2, art. 2.

Caput secundum citatur in parte i, quæstione 32, articulo 1; quæst. 67, art. 2; quæst. 93, art. 2. In part. i Sent., dist. 15, quæst. 2, art. 2; dist. 21, quæst. 1, art. 1; dist. 28, quæst. 1, art. 1. In part. i. Sent., dist. 15, quæst. 1, art. 3. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 10, art. 1; de malo, quæst. 16, art. 7; de veritate, quæst. 4, art. 6.

Caput tertium citatur in parte i, quæstione 5, articulo 2; quæst. 13, art. 11; quæst. 19, art. 9. In 2-2, quæst. 85, art. 2; quæst. 101, art. 5. In part. i Sent., dist. 37, quæst. 1, art. 2.

Caput quartum citatur in parte i, quæstione 48, articulis 1, 2, 3 et 6; quæst. 49, art. 1; quæst. 50, art. 2, 3 et 5; quæst. 51, art. 1; quæst. 54, art. 2; quæst. 55, art. 1; quæst. 57, art. 1; quæst. 58, art. 4 et 5; quæst. 65, art. 4; quæst. 64, art. 1 et 2; quæst. 67, art. 1 et 4; quæst. 82, art. 2; quæst. 93, art. 2; quæst. 94, art. 2; quæst. 106, art. 1; quæst. 115, art. 3. In 1-2, quæst. 1, art. 4; quæst. 2, art. 5; quæst. 10, art. 4; quæst. 18, art. 11; quæst. 19, art. 1 et 6; quæst. 24, art. 1; quæst. 26, art. 1, 2 et 3; quæst. 27, art. 2; quæst. 28, art. 1, 3, 4, 5 et 6; quæst. 29, art. 3 et 4, quæst. 35, art. 7 et 8; quæst. 46, art. 1; quæst. 51, art. 4; quæst. 55, art. 4; quæst. 60, art. 5; quæst. 63, art. 1 et 2; quæst. 70, art. 4; quæst. 71, art. 2 et 5; quæst. 72, art. 1 et 9; quæst. 80, art. 4; quæst. 87, art. 1; quæst. 78, art. 1; quæst. 109, art. 3 et 6; quæst. 112, art. 3. In 2-2, quæst. 8, art. 1; quæst. 24, art. 2; quæst. 25, art. 4 et 7; quæst. 27, art. 4 et 5; quæst. 29, art. 3; quæst. 31, art. 1; quæst. 82, art. 2; quæst. 92, art. 1 et 2; quæst. 110, art. 3; quæst. 125, art. 1 et 12; quæst. 129, art. 2; quæst. 141, art. 1 et 2; quæst. 145, art. 2; quæst. 158, art. 1; quæst. 159, art. 8; quæst. 162, art. 1; quæst. 165, art. 1; quæst. 167, art. 1; quæst. 175, art. 2; quæst. 177, art. 1; quæst. 180, art. 6. In part. iii, quæst. 44, art. 2; quæst. 46, art. 1. In Supplemento, quæst. 49, art. 5;

quæst. 50, art. 1; quæst. 89, art. 4. In part. i Sent., dist. 1, quæst. 4; dist. 2, quæst. 2, art. 1 et 4; dist. 17, quæst. 2, text. 1; dist. 17, quæst. 2, art. 1; dist. 34, quæst. 2; dist. 34, quæst. 3, art. 2; dist. 37, quæst. 4, art. 1; dist. 42, quæst. 1, art. 2; dist. 44, quæst. 1, art. 5; dist. 46, quæst. 1, art. 5; dist. 46, in expos. text. In part. ii Sent., dist. 7, quæst. 1, art. 2; dist. 11, quæst. 1, art. 2; dist. 15, quæst. 1, art. 4; dist. 18, quæst. 1, art. 2. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 1, art. 6; quæst. 2, art. 5; quæst. 3, art. 6 et 15; quæst. 4, art. 2; de malo, quæst. 1, art. 1, 2, 3 et 5; quæst. 2, art. 1, 2, 4, 7, 9, 11 et 12; quæst. 3, art. 1, 2, 9, 12 et 14; quæst. 4, art. 1, 2 et 6; quæst. 16, art. 1, 2, 3, 4, 5 et 6; de virtutibus, quæst. 1, art. 1, 17, 18 et 19; de veritate, quæst. 8, art. 15; quæst. 28, art. 2.

Caput quintum citatur in parte i, quæstione 4, articulo 3; quæst. 15, art. 3; quæst. 44, art. 3; quæst. 57, art. 1; quæst. 91, art. 1. In 1-2, quæst. 2, art. 5; quæst. 79, art. 2. In parte iii, quæst. 15, art. 1. In part. i Sent., dist. 8, quæst. 2, art. 3; dist. 17, quæst. 2, art. 2; dist. 24, quæst. 1, art. 1; dist. 35, quæst. 1, art. 1; dist. 36, quæst. 2, art. 3; dist. 46, quæst. 1, art. 2. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 7, art. 2; de malo, quæst. 16, art. 9; de virtutibus, quæst. 1, art. 8; de veritate, quæst. 8, art. 8; quæst. 20, art. 5.

Caput sextum citatur in parte i, quæstione 18, articulo 1. In Quæstionibus disputatis, de malo, quæst. 16, art. 4.

Caput septimum citatur in parte i, quæstione 14, articulo 10; quæst. 55, art. 2; quæst. 56, art. 3; quæst. 58, art. 3, 4 et 5; quæst. 75, art. 7. In 1-2, quæst. 112, art. 1. In 2-2, quæst. 1, art. 1; quæst. 8, art. 1; quæst. 180, art. 5; quæst. 188, art. 7. In part. i Sent., dist. 2, quæst. 1, art. 2; dist. 4, quæst. 2, art. 1; dist. 8, quæst. 2, art. 1, et quæst. 4, art. 5; dist. 19, quæst. 2, art. 1; dist. 38, quæst. 1, art. 3. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 6, art. 6; de malo, quæst. 16, art. 1; de virtutibus, quæst. 1, art. 2, et quæst. 2, art. 5; de veritate, quæst. 8, art. 8 et 15.

Caput octavum citatur in parte i, quæstione 21, articulo 1; quæst. 56, art. 3. In 2-2, quæst. 175, art. 1. In Quæstionibus disputatis, de veritate, quæst. 8, art. 9.

Caput nonum citatur in parte i, quæstione 3, articulo 1; quæst. 4, art. 5; quæst. 21, art. 1; quæst. 42, art. 1; quæst. 56, art. 3. In part. i Sent., dist. 3, quæst. 2, art. 2; dist. 19, quæst. 1, art. 2. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 7, art. 7; de malo, quæst. 3, art. 1.

Caput decimum citatur in parte i, quæstione 9, articulo 2. In part. i Sent., dist. 19, quæst. 2, art. 1.

Caput undecimum citatur in parte i, quæstione 44, articulo 2; quæst. 84, art. 5. In 2-2, quæst. 29, art. 1 et 2.

Caput duodecimum citatur in parte I, quæstione 13, articulo 8; quæst. 108, art. 5. In 2-2, quæst. 29, art. 2. In part. III, quæst. 27, art. 2. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 9, art. 7.

Caput decimum tertium citatur in parte I, quæstione 11, articulo 1. In part. I Sent., dist. 2, quæst. 1, art. 1 et 3. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 7, art. 5; quæst. 9, art. 7.

MYSTICÆ THEOLOGIÆ.

Caput primum citatur in parte I, quæstione 12, articulo 13; quæst. 13, art. 6. In part. III, quæst. 92, art. 2. In part. II Sent., dist. 9, quæst. 1, art. 2. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 7, art. 5; quæst. 9, art. 7; de virtutibus, quæst. 1, art. 8.

Epistola ad Caium citatur in parte III, quæstione 92, articulo 1.

Epistola ad Dorotheum citatur in parte III, quæstione 92, articulo 1.

Epistola ad Polycarpum citatur in parte II Sent., dist. 13, quæst. 1, art. 4.

Epistola ad Demophilum citatur in parte IV Sent., dist. 19, quæst. 2, art. 2.

Ex his aliisque locis quæ me effugerunt, facile patet Angelicum Doctorem totam fere doctrinam theologiam ex purissimis Dionysii fontibus hausisse, cum vix ulla sit periodus e qua non ipse tanquam apis argumentosa theologiam succum extraxerit, et in summam, veluti quoddam alveare, pluribus quæstionibus articulisque, ceu cellulis, B theologico melle servando, distinctum, redegerit.

ISAGOGE BALTHASARIS CORDERII

SOCIETATIS JESU THEOLOGI

AD MYSTICAM THEOLOGIAM S. DIONYSII AREOPAGITÆ.

Quo facilius puriorque nobis ad sacrosancta My- C sticæ theologiæ adyta sit accessus, operæ pretium fuerit, ex aliis ejusdem sancti Patris Operibus brevibus quædam προελαία seu præludia præmittere, quibus mens nostra præexercitata, ritu quodam mystico præparetur, ut, quantum fas est, sancte rebus sanctissimis jungatur.

Ne autem a janua, ut in proverbio est, et a scopo aberremus, cognoscendum ante omnia quid per mysticam theologiam intelligatur, et quæ sit ejus definitio, quodque principium seu origo, quis finis, quæ ad illam prærequirantur, et quomodo ad ipsam accedendum sit, et qua tandem ratione mirabilis illa mysticæ theologiæ unio in anima perficiatur: quæ omnia breviter septem capitibus sequentibus explicabimus.

CAPUT PRIMUM.

Quid per mysticam theologiam intelligatur.

Mystica seu misteriosa theologia, si vim nominis attendas, designat quamdam sacram et arcanam de Deo divinisque rebus notitiam. Μυστήριον enim Græcis idem est quod Latinis *arcanum, occultum, abditum, secretum*, et quidem sacrosanctum, quod non nisi hominibus sacris communicandum, profanis vero occultandum sit: quos ideo S. Dionysius ἀμυσήτους vocat⁸⁰, id est exsortes mysteriorum, quibus secundum legem hierarchicam vetat mysteria (sic enim appellat sacramenta) propalari. Sciebat quippe quod *sacramentum regis abscondere bonum est*⁸¹. Hinc de mysteriis seu sacramentis ad

Timotheum scripturus: *Vide, inquit, ne explodas Sancta sanctorum; quin potius arcana Dei reverberis, ac spiritalibus inaspectabilibusque notionibus celebrabis; inaccessa quidem profanis illa et intacta reservando, solis vero sanctis, cum sacra quadam, prout fas est, claritate res sacras communicando.* Idemque sub finem ejusdem capituli iterum inculcat, ut juxta ritum hierarchicum profiteatur, sancta quidem sancte contrectare, sola autem deifica divinis, perficientia perfectionis capacibus, sanctisque sanctissima communicare. Sic Christus quoque ad turbas in parabolis loquebatur⁸², et solis apostolis dabat nosse mysteria regni Dei. Neque enim fas est (ut ibidem Oracula testantur) porcis projicere spiritalium margaritarum purum illum ac lucidum pulcherrimumque adornatum.

D Itaque qui mysticam theologiam nominat⁸³, arcanam quamdam omnino sacram designat sapientiam, Dei principalis pulchritudinis imaginem proprio, quantum fas est, principio conformem: siquidem cujuslibet eorum qui mysticis illustrationibus imbuuntur, in hoc sita perfectio est, ut ad divinam pro captu quisque suo promoveatur imitationem, Deique in semetipso excipiat operationem, in mentis abdito divinissime relucentem, quam exinde ritu hierarchico in alios transfundat.

CAPUT II.

Quæ sit definitio mysticæ theologiæ.

Omissis variis, quas varie diversas tradunt, definitionibus, vel potius circumscriptionibus, bre-

⁸⁰ Cap. 1 Eccles. hierarchiæ. ⁸¹ Tob. XII, 7. ⁸² Luc. VIII, 10. ⁸³ Cœl. hierarch. cap. 3.

viter et clare videtur hoc modo definiti posse: **A** Theologia mystica est sapientia experimentalis, Dei affectiva, divinitus infusa, quæ mentem ab omni inordinatione puram, per actus supernaturales fidei, spei et charitatis, cum Deo intime jungit.

Hæc definitio constat omnibus partibus seu membris ad propriam alicujus rei definitionem secundum philosophiæ leges requisitis. Genus enim definiti hic est *sapientia experimentalis*, seu sapida scientia. Non enim hæc theologia est quædam otiosa sterilisve speculatio, sed sapidissima Dei contemplatio, quæ suavissimo (cujus quidem in hac vita capaces sumus) sapore spiritali mentem imbuat, multoque delectabilius eam afficit, quam ab ullo spiritalium harum deliciarum inexperto concipi aut credi possit.

Differentia est, *Dei affectiva*, quo differt a reliquis scientiis theologicis quæ intellectum informant, cum hæc principaliter afficiat voluntatem; licet etiam arcano quodam lumine illustret intellectum, ad Deum et res omnes eminentiori, utpote supernaturali, modo intelligendum.

Proprietas hujus sapientiæ præ cæteris eximia est, quod sit *divinitus infusa*, non arte humani magisterii, aut ingenii perspicuitate, vel studii assiduitate humanitus acquisita; quippe donum et charisma nobilissimi Spiritus sancti principalis, qui cum non ingrediatur animam malevolam, neque habitet in corpore subdito peccatis⁸⁴, pro subjecto requirit *mentem ab omni inordinatione puram*. Nam, ut ait regius Propheta: *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus, nisi innocens manibus, et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam*⁸⁵? Quin et Christus: *Beati, inquit, mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*⁸⁶. Porro finis per hanc sapientiam intentus, est *unio cum Deo*, quanta nimirum potest in hac vita obtineri, ardentissima suavissimaque. Media vero hujus obtinendæ sunt actus theologici supernaturales, fidei, spei et charitatis, quibus immediate mens Deum attingit, per fidem scilicet caliginose, per spem suspense, per charitatem perfecte. *Fides* enim cum sit *argumentum non apparentium*⁸⁷, est caligo ista mystica S. Paulo et S. Dionysio adeo celebrata, de qua vide cap. 1 et 2 *Myst. theol.*, et epist. 5 ad Dorotheum, atque ibidem nostras adnotationes. Spes vero cum sit rerum quæ necdum possidentur⁸⁸, earumdem expectatione ac desiderio animum quodammodo suspendit, atque ita per illam mystica fit suspensio. Charitas denique, cum sit *vinculum perfectionis*⁸⁹, cum ipso Deo animam felicissime conjungit. Ac fides quidem intellectum, spes memoriam, charitas voluntatem et affectum supra naturam my-

stice perficit et informat, ita ut tribus istis excellentissimis virtutum theologicarum actibus, totius mysticæ theologiæ perfectio et essentia contineatur, uti pulchre ac fuse in libris divinissimis *De ascensu montis Carmeli*, *De nocte obscura*, et *Cantionum vere mysticarum declarationibus* (6), exponit venerabilis Pater Joannes de la Cruz, rerum mysticarum expertissimus.

Ex quibus patet theologiam mysticam tam in substantia sua quam in modo procedendi esse mere supernaturalem. Siquidem et principia ejus, et media, et finis, et in hunc tendendi modus, naturæ vires atque ordinem penitus transcendunt, uti ex jam dictis facile colligitur, et ex sequentibus uberius liquebit. Unde sequitur cum ipsam, tum proximas ad unionem mysticam dispositiones, non ex arbitrio nostro, sed ex solius benevola miserationis ac dignantis Dei gratia dependere. Qui cum benignus sit ac multæ miserationis, dignatione sua copiose nos prævenit, et ad cordis ostium pulsat, et expectat ut illi aditum patefaciamus, obstacula removendo, paratus nos dirigere ac deducere usque ad montem Oreb, ac supremum theologiæ mysticæ fastigium, dummodo jugibus ac ferventissimis ipsum precibus invocemus, ductum ejus exactissime observantes.

CAPUT III.

Quod sit principium mysticæ theologiæ.

Cum ipsamet mystica theologia, quid sit, recte a nobis, ut opinor, definita sit, restat ut originem ejus investigemus. Hujus igitur principium et origo mysticæ theologiæ, ut sancti Dionysii verbis utar, fons est vitæ, essentia bonitatis, una rerum omnium causa Trinitas, a qua per bonitatis redundantiam, uti cætera, sic etiam hocce datum optimum et donum perfectum benignissime profluxit, desursum descendens a Patre luminum per Filium in Spiritu sancto, qui per hoc donum sapientiæ nobis modo nobilissimo communicatur. Quin et mysticæ omnis a Patre motæ illustrationis emanatio in nos benefice exundans, denuo, ceu unificatio, ad supera nos revocando simplificat, et convertit ad congregantis Patris unitatem ac deificam simplicitatem, atque ad se, ut fas est, attendentes, pro cujusque capacitate, simplificativa sua unione subgrit unificatque. Dicimus itaque cum eodem sancto Dionysio, *Dei-principalem beatitudinem, naturam divinitatis, principium deificationis, ex quo deificandi deificantur, mysticam theologiam in salutem et deificationem hominum concessisse, modo scilicet magis immateriato et spiritaliori, non extrinsecus ad divina movendo, sed intelligibili ratione atque intrinsecus pura liquidaque illustratione divinissimam iis voluntatem irradiando. Hujus autem divinæ beatitudinis bonitas eadem sem-*

⁸⁴ Sap. 1, 4. ⁸⁵ Psal. xxiii, 3, 4. ⁸⁶ Matth. v, 8. ⁸⁷ Heb. xi, 1. ⁸⁸ Rom. vii, 24. ⁸⁹ Col. iii, 14.

(6) Vide *Œuvres complètes de sainte Thérèse*, t. III, Montis-Rubri 1852, in-4°, ex typis officinæ Catholicæ.

per et eodem modo se habens⁹⁰, beneficos lucis suæ radios cunctis oculis mentalibus luculenter expandit, adeoque si spontanea mente præditorum arbitrii libertas spiritale lumen deserat, a natura sibi insitas luci excipiendæ vires, amore parvi præcludens, præsentem luci se subducit, hæc tamen eam minime destituit, sed vel conniventem illuminat, atque aversanti benigne prorsus occurrit⁹¹. Quisquis igitur ad insitum a Deo naturæ lumen recurrerit, principio quidem cum Dei adjutorio, quis tandem ipse sit videbit, hæcque lucis accessione munus sacrum referet. Porro qui propria sua irreflexis oculis consideraverit, abditas quidem ignorantia suæ tenebras eliminabit, perfectissimæ tamen Dei unionis et participationis adhuc exors, ejusdem desiderio sponte non afficietur, sed sensim primum a propriis ad potiora, et ex iis ad potissima, nec non perfectus tandem per Dei gratiam, ad divinæ-principalem unionem, sacro quodam ordine evehetur. Sic autem adductum divina beatitudo ad sui admittit communicationem, propriæque lucis instar signi cujusdam ipsum participat, Deo intimum reddens, atque consortem munerum divinorum. Neque enim vita nobis est cui vis illata sit vel imposita necessitas⁹², neque vero etiam eorum quibus providetur libertate, divinæ illustrationis a Providentia manantis radii obtunduntur; sed oculorum mentalium dissimilitudo facit, ut exundans paternæ bonitatis illustratio, vel omnino cassa sit, et propter eorum repugnantiam inutilis, vel ejus participationes existant inæquales, parvæ vel magnæ, obscuræ vel claræ, cum unus sit et simplex, eodemque modo semper se habeat fontalis ille radius, qui jugiter est expansus.

CAPUT IV.

Quis sit finis mysticæ theologiæ.

Omnis porro mysticæ theologiæ scopus est erga Deum et res divinas continua dilectio⁹³, quæ divinitus inseritur, et per ejus unionem consummatur, quæque hæc prior est, illi adversantium omnimoda et irrevertibilis fuga; cognitio Dei perfectissima, et simplicis perfectionis ejus divina participatio fruitioque, quæ omnem Dei contemplatorem spiritali modo reficit deificatque. Cum enim habeat Deum; omnis sacræ suæ arcanæ cum scientiæ tum operationis finem⁹⁴, ad divinissimum ejus decorem constanter intuendo, eundem quoad potest exprimit, nec non divinos sui consortes, sacra quædam perficit simulacra speculaque clarissima et immaculata, quæ primitivæ lucis, summæque deitatis radium excipiant, et in Deum ipsum a quo profluxit, sincerissime reflectant. Hinc mystici theologi primario multipliciterque Deum participant, et sublimissimis ac multis modis arcanum Dei cognoscunt. Cum enim ad imitandum Deum intel-

lectualiter se componant⁹⁵, atque divino principalem similitudinem supermundialiter contemplantes, ad eandem speciem suam conentur efformare, jure merito uberiore quoque gaudent ejus participatione, quod sint assidui, ac semper ad anteriora nunquam fatiscentis amoris contentione se extendant, et primordiales illustrationes immaterialiter liquidoque suscipiant, atque ad easdem componantur, vitamque omnem habeant spiritalem. Puri siquidem censendi⁹⁶, non quasi a maculis duntaxat imperis colluvionibusque sint liberi, vel quod materialibus imaginibus minime adhæreant, sed quod omni re creata celsiores præ summa puritate, vel maxime deiformibus virtutibus sint coordinati, ordinisque sui motum proprium æquabilemque per amorem Dei constanter teneant invariatum, neque ullam in deterius admittant imminutionem, sed inconcussam semper et immobilem deiformis suæ proprietatis sedem habeant. Contemplatores item non quasi symbolorum, quæ sensu vel imaginatione percipiuntur, spectatores, neque varietate duntaxat sacrarum Scripturarum ad Deum elevantur, sed omni cognitione simplici altioris luminis replentur, atque contemplatione illius pulchritudinis, quæ effectrix et origo omnis pulchritudinis existit, quæque supra substantiam est et in Trinitate suprasplendet, quantum homini fas est reficiuntur. Communionis quoque Jesu similiter participes sunt, non quasi in imaginibus sancte informatis, quæ veluti formæ in ipsis deificam similitudinem expriment, sed tanquam vere ad eum appropinquantes, in ipsa prima participatione cognitionis luminum ejus deificorum, quod Deum imitandi ratio sublimissimo ipsis modo sit induta, et in primæva, quantum quidem fas est, potentia, divinis ejus humanisque virtutibus communiceant. Similiter perfecti sunt, non quasi varietates sacras resolvendi scientia sint illustrati, sed quod primaria et præcellente Dei unione satientur, juxta supremam illam, cujus capaces sunt mortales, divini amoris influentiam; siquidem ab ipsamet divinitate sacris mysticis initiantur, dum ad Deum per dilectionem subriguntur, nec non in eo summa puritate summaque constantia stabiliantur, atque supernaturalibus divinorum operum rationibus, ab ipsomet divino principatu θεοδιδάκτοις μυσταγωγίας erudiuntur. Unde fit, ut mystici theologi reconditos quosque Scripturæ sensus et scientias quævis naturales longe aliter quam alii (quippe supernaturaliter) intelligant penetrentque, cum non dividui aut e dividuis, vel sensibus, vel rationibus ratiocinando colligant scientiam, sed ab omni materiali ac sensibili pluralitate puri, a materia secreto atque uniformi modo spiritali ea capiant, quæcumque vel in divinis vel in humanis scientiis intelligi possunt. Est enim illis vis⁹⁷ quædam spi-

⁹⁰ Eccl. hier. cap. 1. ⁹¹ Eccl. hier. cap. 2. ⁹² Cæl. hier. cap. 9. ⁹³ Eccl. hier. cap. 1. ⁹⁴ Cæl. hier. cap. 3. ⁹⁵ Ibid., cap. 4. ⁹⁶ Ibid., cap. 7. ⁹⁷ De divin. nom., cap. 7.

ritalis atque operatio impermixta atque immaculata puritate resplendens, et conspicax divinarum intelligentiarum, quæ per divisionis ac materiæ carentiam, deiformi unitate ad divinam et plusquam sapientem mentem ac rationem divinitus efformatur. Hinc mystici theologi hoc quoque sacrum munus referunt, ut quod divinatorum omnium divinissimum est, in salute ac perfectione proximorum procuranda, divino prorsus et eminentiori præ cæteris modo ipsiusmet Dei cooperatores existant; non omnino dissita ab ordine cœlesti insinuatione in animos hominum influendo, et a quibusvis vitiis atque imperfectionibus ad omnem virtutem et vitæ sanctitatem traducendo.

CAPUT V.

Quænam prærequirantur ad mysticam theologiam.

Ad hanc theologiam ⁹⁸ cum primis prærequiritur status quidam supernaturalis ipsi proportionatus, qui cum sit quasi quædam altera nativitas divina, nunquam sanè intellexerit, nedum gesserit quidpiam secundum mysticam theologiam, cui ne ipse quidem status hic divinitus afflatus sit. Etenim et nobis (humano loquendi modo) existentia primum opus est, ut deinceps quæ nostri fori sunt, tractemus, cum id quod nullo modo existit, neque motionem neque substantiam omnino habeat; quod autem quoquo pacto est, ea demum et agat et patiat, quæ naturæ statusque sunt sui. Dicimus itaque assiduis ad Deum conitendo aspirationibus, atque totalibus contrariorum mortificationibus et abolitionibus homines spirituales status hujus deiformis immutabilitate potiri. Non enim ab omni duntaxat malitia ipsis recedendum est, sed obdurandum viriliter, et imperterrite semper obsistendum ipsi noxiæ remissioni; nec a sacro est unquam amore cessandum, ast continenter ac perpetuo pro viribus ei insistendum, ad perfectionem divini principatus sublimationem sancte semper negotia sua dirigendo. Neque enim ⁹⁹ fas est mysticis theologis quidquam operari, quod divinis inspirationibus vel minimum repugnet, imo nec iisdem dissentire, si divinam appetant claritatem, et ad hanc sancte, ut par est, aspirent. Itaque perfecta sui ipsius abdicatione ¹⁰⁰ ac continua in rebus omnibus mortificatione opus est; quando quidem naturam humanam vitio protoplasti divinis bonis spoliata, vita passionibus obnoxia excepit, et consequenter homo a divina gratia, quæ ipsum ad supera subrigebat, dilapsus, et ad extrema contraria jam præceps datus, variis perturbationibus expositam nactus est inmutacionem. Unde cum non possit ad unum colligi, atque unius pacificæ unionis particeps existere qui secum ipse dissidet, neque liceat summe contraria simul participare, vel communicationem aliquam cum uno habenti, divisas habere vitas, si unius Dei stabilem præferat participationem, necessario

adhibenda est jugis mortificatio, ut quis exors fiat et expers omnium uniformitatis divisionum. Propterea viri sancti, divinatorum communionem dignati, dum pro mensura gratiæ divini sibi collati ad deiformitatis et mysticæ unionis fastigium perfectissimis perfectivisque deificationibus evehuntur, ea quæ carnis sunt minime curant citra naturæ necessitatem, idque, prout usus fert, obiter; atque hoc modo etiam corpora illorum per mortificationem quodammodo spiritualizata, in mystica deificatione templum fiunt Spiritus divino-principalis, in quo simile in simili fundatur ac collocatur.

CAPUT VI.

Qua ratione ad mysticam theologiam accedendum sit.

Obstaculis et impeditis per mortificationis B exercitium sublatis, adhibendum est etiam studium orationis, exemplo Dionysii mysticam theologiam a sanctissimæ Trinitatis invocatione auspiciantis. Oportet igitur nos primum orationibus ad Deum ¹, tanquam ad mysticæ theologiæ principium adduci, ac deinde magis ipsi propinquantes, edoceri optima quæque munera, quæ penes ipsum sunt collocata. Nam ipse quidem præsens adest omnibus, non autem illi adsunt omnia; sed cum eum sanctis precationibus, et mente tranquilla, et ad divinam unionem accommodata deprecamur, tum demum nos etiam ei præsentem sumus. Ipse enim nec in loco ita est ut usquam absit, vel ex aliis ad alia migret. Quin imo dicere, in omnibus ipsum esse, quod minus est ejus infinitate, quæ et excedit et continet universa. Nos ipsos itaque orationibus ad sublimiorem divinatorum benignorumque radiorum contuitum comparemus. Quemadmodum si lucidissimam catenam e summo cælo suspensam, et huc usque demissam, manibus alternis in anteriora protensis continenter arriperemus, attrahere quidem ipsam videremur, re autem vera non illam ipsi deduceremus, ut quæ superne et inferne præsens esset, sed ipsimet magis ad sublimiores radiorum illustrium fulgores eveheremur. Aut sicut si navim ingressi, rudentes ex petra quadam ad nos usque porrectos auxilii causa teneremus, non ad nos petram, sed nos ipsos revera navimque ad petram traduceremus.

Quapropter ante omnia, præsertim in mystica theologia, ab oratione auspiciandum est: non ut ubique et nusquam præsentem virtutem attrahamus, sed, ut divinis commemorationibus invocationibusque nos ipsos illi dedamus atque uniamus. Etenim essentia illa ², cujus odoris suavitas mentem superat, ab igneis purissimisque mentibus ad sui manifestationem per ferventissimas orationes invitari amat, divinissimasque suas inspirationes luculentissimis distributionibus impertitur illis, qui sic illam supramundialiter invitarunt. Est enim lux vera ³ quæ omnem mentem implet lumine intellecti, omnem autem ignorantiam et errorem ex omnibus animis in quibus est, ejicit, et ipsis omnibus

⁹⁸ *Eccl. hier. cap. 2.* ⁹⁹ *Cœl. hier. cap. 5.* ¹⁰⁰ *Eccl. hier. cap. 4.* ¹ *De divin. nom., cap. 4, § 4.*

¹ *Eccl. hier. cap. 5.* ² *De divin. nom. cap. 5.* ³ *Ecci.*

lumen sanctum impertit, eorumque oculos mentales a caligine et ignorantia circumfusa repurgat et liberat, et excitat atque aperit multa gravitate tenebrarum oppressos et clausos : datque primum quidem mediocrem splendorem, deinde tanquam degustato lumine, oculis jam magis post degustationem lumen appetentibus, magis se imperit, et copiosius affulget, quoniam dilexerunt multum; ac semper ulterius provelit proportionem studii eorum ad aspiciendum sursum. Etenim ⁴ sicut ignorantia errantes dirimit, sic adventus luminis congregat et copulat illuminatos, perficitque eos, et ad id quod vere est convertit, a multis opinionationibus eos revocans, ac varios aspectus, vel, ut magis proprie dicam, varia in unam veram et puram ac simplicem cognitionem contrahit, et uno lumine unifico implet.

Porro lumen hoc unificum accipimus per Christum ⁵, qui paterna lux est vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum ⁶, per quem ad originem lucis Patrem accessum obtinimus. Hic est qui mentis quidem nostræ obscuritatem ⁷ beato divinoque lumine replevit, deformitatemque nostram deiformibus ornamentis illustravit, animi autem domicilium cum perfecta salute essentialis naturæque nostræ, quæ ferme collapsa erat et conciderat, fœdissimis quibusque passionibus atque inquinamentis noxiis liberavit, commonstrata nobis supermundialis anagogæ ac divinæ vitæ norma, per quam ad sacras ejus similitudines, quoad ejus fieri potest, evehamur. Unicum enim illud ⁸ ac simplex arcanumque Jesu Verbum divinissimum per assumptionem humanitatis nostræ, in compositionem simul et aspectum, sine ulla sui immutatione, pro sua bonitate benignitateque processit, nostrique secum unificam communionem benefice excogitavit, ea quæ in nobis humilia sunt, divinissimis suis uniens excellentiis, ut et nos ipsi, tanquam membra corpori, per ejusdem immaculatæ ac divinæ vitæ identitatem congruamus, ne corruptibilibus necati passionibus, divinis istis sanissimisque membris incongrui, vitæque incapaces existamus.

Oportet igitur nos, si ad communionem ejus aspiremus, divinissimam ejus in carne vitam contemplari, atque sanctam ipsius impeccantiam imitando, ad deformatem et immaculatum statum contendere. Hac namque ratione, prout nobis congruit, similitudinem suam communicabit.

Cæterum mysticis theologis obvelanda est mentis sanctitas atque fragrantia ⁹, cum divinitus viri sancti jubeantur, non ad vanam gloriam apparentes arcani Dei pulchras ac fragrantas habere similitudines. Siquidem arcana Dei decora, quorum suavitas intellectum superat, prorsus sunt intemerata, solisque viris spiritalibus spiritaliter apparent, quod

in animabus nostris exigant habere sibi conformes per virtutem, incorruptibiles imagines. Incircumscriptionem enim illud virtutis deiformis simulacrum rite imitandum est, ut spiritualis ac fragrans ipsum referat pulchritudo, seseque formet et effingat ad pulcherrimam ejus imitationem. Et sicut in imaginibus sensilibus, si pictor ad primævam speciem constanter intendat, nulla re alia visibili distractus, neque secundum quidpiam divisus, illum ipsum qui depingendus est, si ita dicere liceat, quodammodo replicabit, atque ipsammet veritatem in similitudine, et archetypum in imagine exprimet, alterumque in altero citra substantiæ differentiam referet; sic mysticis in mente pictoribus suaveolentis et arcanæ pulchritudinis intenta constansque contemplatio infallibilem indet maximeque deiformem imaginationem.

Merito itaque mystici pictores, quando mentem suam ad superessentialem illam fragrantem spiritalemque pulchritudinem constanter efformant, nullam virtutem earum quæ iis insunt, agunt, ut ab hominibus, sicut scriptum est, videantur, sed quidquid in virtute sacrum ac maxime deiforme est, intra mentem suam, quæ ad imaginem et similitudinem Dei facta est, recondentes ad primævam duntaxat speciem atque intelligentiam intuentur. Neque enim solum dissimilia vident, sed ne ad eorum quidem aspectum pertrahuntur. Quamobrem, sicut eos decet, non ea quæ temere videntur, sed quæ vere justa sunt ac bona, diligunt : neque istam spectant gloriam quæ sine ratione vulgo passim beata prædicatur, sed imitatione Dei bonum malumque per se judicantes, divina quædam simulacra fiunt istius fragrantis divinæ, quæ bonum in se odorem vere continens, ad illud quod vulgo passim inæqualiter apparet, nunquam convertitur, in veris suis imaginibus exprimens veritatem.

Hinc ¹⁰ si more humano ea quæ supra nos sunt accipiamus, et familiaribus nobis sensibus inhæreamus, atque divina cum nostris conferamus, fallimur, si secundum id quod de foris apparet, mysticam arcanamque theologiam metiamur; cum scire debeamus, mentem quidem nostram pollere vi intelligendi, qua res intellectuales ipsi proportionatas contueatur, tamen istam unionem, qua rebus se superioribus conjungitur, naturam ipsius longe superare. Secundum hanc itaque unionem divina illa mystica sunt intelligenda, non more nostro, sed quatenus nos ipsi totos nos a nobis totaliter abdicamus, et toti transimus in Deum, ut cum Apostolo vere dicere possimus : *Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus* ¹¹. Quæ vox est veri amatoris qui excesserat e se Deo, et non jam vitam suam, sed amati, tanquam vehementer dilectam, viventis. Itaque longe præstat nos Dei esse quam nostros; sic enim divina nobis dari poterunt, si cum Deo fuerimus

⁴ De divin. nom. c. 4, § 6. ⁵ Cæl. hier. cap. 1, § 2. ⁶ Joan. 1, 9. ⁷ Eccl. hier., cap. 5, § 11. ⁸ Ibid., § 12. ⁹ Eccl. hier., cap. 4, parte III, § 1. ¹⁰ De divin. nom., cap. 7, § 1. ¹¹ Gal. 2, 20.

conjuncti. Hanc autem intimam conjunctionem ¹² A acquirimus per vivam fidem, quæ est constans fidelium firmamentum, et fundat nos in veritate, atque in nobis veritatem, dum indissuasibili identitate simplicem veritatis cognitionem obtinemus rerum credendarum. Nam si cognitio res cognitæ cum cognoscentibus unit, ignorantia vero ignorantia causa est ut semper mutet, atque a semetipso discrepet, eum qui credit in veritate, juxta Scripturam, nihil a vero fidei fundamento dimovebit, in quo constantiam habebit immobilis et immutabilis identitatis. Probe namque novit quisquis unitus est veritati, quam bene sese habeat, quamvis eum multi ut amentem arguant. Latet enim illos, uti par est, eum per veræ fidei veritatem ex errore excessisse: ipse autem vere novit se non, ut illi fabulantur, insanire, sed ab instabili mutabilique omnimode errantis varietatis motione, per simplicem circa eadem semper et eodem modo se habentem veritatem esse liberatum. Hoc modo primi divinæ sapientiæ nostræ professores pro veritate quotidie moriebantur, testificantes, uti par est, et sermone et opere, singularem illam Christianæ veritatis agnitionem, omnium esse eum simplicissimam, tamen divinissimam; imo potius ¹³ hanc solam esse veram atque unicam simplicis Dei notitiam. Est enim divinissima Dei notitia quæ per nescientiam accipitur, secundum illam, quæ supra intellectum est, unionem, quando nimirum mens a rebus omnibus recedens, ac totam semetipsam deserens, desuper fulgentibus radiis unitur, quibus in illo inscrutabili sapientiæ profundo colustratur.

CAPUT VII.

Quomodo mirabilis illa mysticæ theologiæ unio in anima perficiatur.

Sublimissimus rerum mysticarum interpret, Ludovicus Blosius, in *Institutione sua spirituali*, cap. 12, § 2, divina prorsus ratione hanc, quam expertus fuerat, mysticæ theologiæ unionem describens, Felix, inquit, illa anima, quæ puritati cordis, sanctæque introversioni jugiter studet, et privato amori, seu propriæ voluntati, propriæque quæsitio prorsus renuntiat. Hæc enim magis ac magis Deo appropinquare meretur. Tandem vero superioribus ejus viribus divina gratia sublevatis, clarificatis et exornatis, unitatem nuditatemque spiritus obtinet, et purum atque indepictum amorem, simplicemque cogitationem, quæ cogitationum experta est, adipiscitur. Jam itaque cum excellentis indicibilisque gratiæ Dei sit capax, ad vivum illum fontem qui ab æterno manat, ac sanctorum mentes satis superque reficit, perducitur. Jam vires ejus ad instar stellarum lucent, et ipsa fit idonea ad contemplandum Divinitatis abyssum, sereno, simplici et jucundo intuitu, absque imaginatione, et sine aliqua intellectus admistione. Unde quando sese ad

A Deum cum amore integre convertit, incomprehensibili luce in fundum ejus effulgente, rationis et intellectus oculus reverberatus caligat: simplex vero ipsius animæ oculus, nempe pura, nuda, uniformis, et supra intellectum elevata cogitatio, manet apertus.

Porro naturali lumine intellectus a tanta claritate obfuscat, anima nihil in tempore aspicit, sed supra tempus et locum erecta, quamdam æternitatis proprietatem assumit. Nam imagines et distinctionem considerationemque rerum amittens, jam experimento discit, Deum longe transcendere omnes corporales, spirituales atque divinas imagines, et quidquid intellectu apprehendi, quidquid de Deo dici scribive, quidquid nominis ei imponi potest, clare perspicit talia omnia a veritate divinæ essentiae in infinitum distare, ob idque eandem essentiam innominabilem esse. Ignorat tamen quid sit Deus, quem sentit. Hinc præcognitione facta sine cognitione, in solo amabili, nudo, simplici et ignoto Deo quiescit. Lux quippe divina propter nimiam sui claritatem inaccessibilis est: unde et *caligo* appellatur. Suscipit hic anima verbum absconditum, quod Deus in interno silentio et secreto mentis recessu loquitur. Hoc suscipit, atque unionis mysticæ complexum feliciter experitur. Ubi enim intellectum omnesque imagines per amorem excessit, et supra semetipsam erecta est, quod solus Deus ei præstare potest, jam a se defluens profluit in Deum: tuncque Deus pax et fructio ejus est. Illa ergo in tali mentis excessu posita, jure cantat: *In pace in idipsum dormiam et requiescam* ¹⁴. Defluit, inquam, amans anima, deficitque a se ipsa, et velut ad nihilum redacta, in abyssum æterni amoris collabatur: ubi sibi mortua, vivit in Deo, nihil sciens, nihil sentiens præter amorem quem gustat. Perdit enim se in vastissima Divinitatis solitudine atque caligine: sed sic se perdere, potius se invenire est. Ibi sane quidquid est humanum exuens, et quod est divinum induens, transformatur transmutaturque in Deum: sicut ferrum in igne positum formam ignis accipit, et transmutatur in ignem. Manet tamen essentia animæ sic deificatæ, quemadmodum ferrum ignitum non desinit esse ferrum.

D Igitur ipsa anima, quæ prius erat frigida, jam ardet: quæ prius erat tenebrosa, jam lucet; quæ prius erat dura, jam mollis est. Plane tota deicolor est, quia essentia ejus essentia Dei perfusa est. Tota divini amoris igne concremata, totaque liquefacta transiit in Deum, et ei sine medio unita, unusque spiritus cum eo effecta est: sicut aurum et æs in unam metalli massam conflantur. Cæterum illorum qui in Deum ita excedunt et rapiuntur, diversi gradus sunt: nam eo quisque profundius atque sublimius in ipsum Deum pertingit, quo efficacius ardentiusque seu amorosius se ad eum con-

De divin. nom., c. 7, § 4. ¹³ *Ibid.*, § 5. ¹⁴ Psal. iv, 9.

vertit, et quo perfectius in ipsa conversione omnem A
proprium quæestionem repellit.

O sanctam illam animam, quæ a Deo singulariter
visitata, et supra omnia creata, supraque propriam
operationem elevata, in vi memorativa nudatur
omnibus imaginibus, et meram puritatem atque
simplicitatem sentit; in vi intellectiva percipit præ-
fulgidas illuminationes Solis justitiæ, et divinam
veritatem agnoscit! Porro in vi amativa sentit
æstum quemdam quieti amoris, sive contactum
Spiritus sancti, tanquam fontem vivum, manantem
rivulis æternæ suavitatis, atque ita ad excellentem
cum Deo unionem invitatur introduciturque. O fe-
licem illam horam! Tunc nimirum anima superna-
turali jucundissimaque solemnitate et gaudio ver-
nantissimo intus perfruitur, ac futuram beatitudi-
nem aliquo modo prægustat. O quam beatus est,
cui fragrantissimum illud ver, et æstas illa amœnis-
sima exoritur, cuique divinam copulam vel ad mo-
mentum experiri concessum est! Is enim ad id per-
ducitur, quod nec ratio, nec intellectus capere,
neque lingua exprimere potest. Per sapientem igno-

rantiam, et per intimum amoris contactum, melius
Deum cognoscit, quam exteriores ejus oculi visibi-
lem solem cognoscant. Usque adeo stabilitur in
Deo, ut Deum sibi viciniorem esse sentiat quam ipse
sit sibi: unde et deiformem superessentialemque
vitam jam ducit, factus Christo secundum spiritum,
animam et corpus conformis. Sive comedat sive
bibat, sive vigilet sive dormiat, semper in eo Deus
operatur, qui superessentialiter vivit in illo. Talem
ipse Deus docet de omnibus, et spirituales mysticos-
que sensus ei aperit. Creberrime, vel etiam indesi-
nenter eum visitat, astringit, osculatur, illustrat,
accendit, penetrat et implet. Nam cum anima ejus
sit jam speculum clarum sine macula, divino Soli
convenienter objectum substratumque, ipse Sol ju-
stitiæ non potest non assidue stillicidia gratiæ, ra-
dios sapientiæ et charitatis scintillas in eam diffun-
dere. Valde quidem sublimiter atque mirabiliter
Deus se nonnunquam animæ perfectæ revelat atque
manifestat, nondum tamen ostendit sicuti est in
sua ineffabili gloria, sed sicut in hac vita videri
potest.

GEORGII PACHYMERÆ

IN OPERA S. DIONYSII AREOPAGITÆ

AD CYRUM ATHANASIUM

PATRIARCHAM ALEXANDRINUM CONSTANTINOPOLI COMMORANTEM

PROŒMIUM

Interprete Balthasare Corderio, Societatis Jesu doctore theologo.

Homo Dei, et fidelis serve, et dispensator myste-
riorum Christi, nec non vir desideriorum, multo-
rum quidem etiam aliorum et magnorum, scilicet
eorum quæ sunt spiritus, quorum omnium, carne
mortificari, et vivere Christo, caput est; idque non
ab heri, aut nudius tertius, aut a pauco, quin imo
etiam a multo tempore hoc tuum fuit studium, at-
que adeo ab infantia et ab ipsa ferme nativitate.
Novit hæc mons Sina, et quæ ibi celebris spelunca,
ubi in virtute educatus, et spiritualibus sudoribus
præexercitatus, ad Marci thronum adduceris: et
vocationem adeptus post ipsum, longo quidem tem-
poris intervallo, virtute tamen ipsi proximus, licet
tempore remotissimus, agnosceris. Eatenus autem
sanctis ejus successoribus posterior es, quatenus cum
ipsi suis temporibus luxerint ad utilitatem populi
Christiani, tu nostris temporibus reservaris, prout
novit Providentia, quæ cuncta custodit et producit.

Præterea, hujus quidem morem, illius vero ser-
monem; hujus exactam charitatem, illius psallendi

C "Ἀνθρώπε τοῦ Θεοῦ, καὶ πιστὴ θεράπων, καὶ οἰκο-
νόμη τῶν Χριστοῦ μυστηρίων, καὶ ἄνερ ἐπιθυμιῶν,
πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων, καὶ μεγάλων, δηλαδὴ τῶν τοῦ
πνεύματος, ὧν ἀπάντων, τῷ σαρκὶ νεκρωθῆναι, καὶ
ζῆσαι Χριστῷ, τὸ κεφάλαιον· καὶ τοῦτο οὐ χθὲς,
καὶ πρὸ τρίτης, οὐδ' ἐξ ὀλίγου, ἢ μὴν καὶ ἐκ πολλοῦ
σοι πεφιλοσόφηται, ἀλλὰ βρεφόθεν καὶ ἐξ αὐτῆς σχε-
δὸν τῆς γενέσεως. Οἶδε ταῦτα τὸ Σίναιον ὄρος, καὶ ἡ
ἐκεῖσε μεγάλωνυμος μάγδρα, ὅπου κατ' ἀρετὴν μαι-
ευθεῖς, καὶ τοῖς πνευματικοῖς ἰδρῶσι προτελεσθεῖς,
ἐπὶ τὸν Μάρκου θρόνον ἀνάγη· καὶ κλῆσιν πλουτί-
σας τοῦ μετ' ἐκείνον, τῷ χρόνῳ μὲν, πολλοστοῦ, τῇ
δ' ἀρετῇ καὶ εὐθύς μετὰ τοῦτον καὶ σὺ, πολλοστὸς
μὲν τῷ χρόνῳ, γνωρίζη. Τοσοῦτον δὲ τῶν μετ' ἐκεί-
νον ἁγίων καθυστερεῖς, ὅσον καιροῖς ἰδίῳις λαμβάντων
D ἐκείνων ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ Χριστεπωνύμου λαοῦ, σὺ
ταμιεύη τοῖς ἡμετέροις καιροῖς, καθὼς οἶδεν ἡ τὰ
πάντα φρουροῦσα καὶ διεξάγουσα Πρόνοια.

Ἐφ' ᾧ, τοῦ μὲν τὸν τρόπον, τοῦ δὲ τὸν λόγον, καὶ
τοῦ μὲν τὸ τῆς ἀγάπης εἰλικρινές, τοῦ δὲ τὸ τῆς

ψαλμωδίας ἔντονον, ἐτέρου τὸ πρὸς ἅπαντας συμπαθές. Ἄλλου τὸν ζῆλον, τὸ πρᾶον ἄλλου, καὶ ἄλλου ἄλλο τι τῶν ἀγαθῶν, ὡς ἐξ ἀρχετύπου κτητάμενος, ἐν ἐξ ἀπάντων εἶδος εἰκόνας ἐν σεαυτῷ τὸ κάλλιστον ἀκριβώσαιο. Καὶ γε ποικίλον καὶ μέγα χρῆμα, καὶ τοῖς πόρρω φανείης καὶ τοῖς ἐγγύς. Τοῦτο ἡ διηνεκῆς σοι μέριμνα, τοῦτο τὸ ἔμμονον σπουδάσμα, ταῦτα τῶν κρειττόνων ἐπιθυμιῶν, αἷς ἐντήκη ἔσαι ἡμέρξει ζητῶν ἐν πνεύματι τὰ τοῦ πνεύματος. Τούτων μία τις, οὐχ ἡ τυχοῦσα, καὶ ἡ μελέτη τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν, αἷς καθ' ἑκάστην προσέχων, καὶ μεγαλεπιβόλως ἀναπτύσσων τῶν λεγομένων τὸν νοῦν, καὶ γνῶσιν, καὶ ἤθος, καὶ πᾶν εἶδος ἀπομάτη παιδείσεως.

ei scientiam, et mores, omnemque formam exprimis

Ἄλλὰ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ἡ τοῦ μεγάλου Διονυσίου θεία πυκνίς, τῆς πνευματικῆς καὶ ἡδέας Σειρήνης τὸ ἐνδιαίτημα, κατασχοῦσά σε, ὅλον εἰσποιεῖται, καὶ τῶν ἐκεῖσε χαρίτων ἀναπιμπλά, οὐ κηρῷ τὸ τοῦ λόγου τὰς ψυχικὰς ἀκοὰς φραξάμενον, οὔτε μὴ ταῖς κατὰ κόσμον προσπαθείαις συνδεδεμένον, ἀλλ' ἀνετον ὄντα καὶ ἐξηρημένον παντός, καὶ πάσας ἀκουστικὰς ἠνεωγμένον καὶ νοῦν, εἰς πρέπουσαν δηλαδὴ καὶ τοῖς λεγομένοις, καὶ τοῖς νοουμένοις ἀντίληψιν. Ἄλλ' ἐπειδὴ καὶ εἰκόνας ἐκεῖνη ἀριφανῆς, ἐφ' ἣ πολλὰ καὶ πολλάκις ὁ τεχνίτης ἐπιβάλλοι τὰ χρώματα, καὶ λόγων ἐκεῖνος σαφῆς, ὅ πολλὰ καὶ ἄλλοι, καὶ πολλάκις μόνον κατευστοχοῦντες τῶν λεγομένων, ἐπειπεῖν οὐκ ἀπόκνησαν· διὰ τοῦτο σαφῶς μὲν λογίξῃ, καὶ τῆς σῆς φιλαγάθου γνώμης ἐπάξια, εἰ πως ἡ θεία βίβλος αὕτη ἀναπτυχθεῖη, καὶ κοινότερον κατασταίη τὸ χρῆμα ταῖς τῶν πολλῶν ἀκοαῖς, κἀντεῦθεν ἔχοιεν ὠφελῆσθαι πολλοὶ, τὰ ὑπὲρ νοῦν κατὰ νοῦν, καὶ τὰ ὑπὲρ δύναμιν κατὰ δύναμιν προσιέμενοι. Ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο τοῦ τρέφειν εἶδος οὐ τὸ τυχόν, ὅταν τις μὴ ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν τροφήν χορηγῶν, ὅμως προμαλάσσων ταύτην ἢ προμασσώμενος, ἐπέντευκτον τοῖς ἀσθενέσιν ἐγκαθιστᾷ, οὐκ ἄλλην προφέρων, τὴν δὲ προκειμένην κατεργαζόμενος.

Σοφῶς μὲν οὖν τὸ τοιοῦτον ἐλογίσω καὶ προμηθῶς· πλὴν καὶ εἰς τέλος ἂν ὁ λογισμὸς ἀπέβη χρηστὸν, εἴπερ ἐζήτησας ἄλλον καὶ οὐκ ἐμὲ, καὶ λόγον εὔρες καὶ τρόπον τῷ πράγματι ἐξισούμενον, καὶ προὔτρέψω τῷ ἀξίῳ, καὶ τῷ ἱερῷ τὰ ἱερὰ ἐνεχειρήσας. Νῦν δὲ, Ἄλλ' οὐχ ὁ βωμὸς πρὸς τὸ ἱερόν, φασί· σὺ δὲ καὶ προὔτρέψω καὶ παρεκλήσας, καὶ ταῖς εὐχαῖς ὡς οἷός τε παρεθάρρυνας, ὡς ἂν εὐεργετῶν, ἡμᾶς, οἶμαι, τῇ τῆς ἐφέσεως κοινωνίᾳ πλουτίξων, καὶ οὐ τοσοῦτον διὰ τὸ ἡμέτερον ἀσθενὲς ἀπήλιπσας, ὅσον διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν ἤλιπσας, οὐ τὴν δύναμιν μᾶλλον ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦσθαι κατέμαθες. Τί δὲ ἡμεῖς πρὸς τοσοῦτον τῆς παρακελεύσεως μέγεθος, δέον λιγυγιάσαι καὶ ἀπειπεῖν; Ἄλλ' οὖν, οὐκ οἶδα ὅπως, τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας ἐπιλαθόμενοι, καὶ τὸ Γνώθι σεαυτὸν περιδόντες, ὅλοι τῶν σῶν γεγόναμεν προσταγῶν, καὶ ὡς πατρὶ παῖδες, καὶ ὡς μαθηταὶ διδασκάλῳ, καὶ ὡς δεσπότη θεράποντες

(a) Vertit Corderius quasi Græce legisset: οὐ κηρῷ τῷ τοῦ λόγου... φραξάμενον. Sed, mea quidem sententia, legendum Græce: οὐ κηρῷ, τὸ τοῦ λόγου, κ.τ.λ.,

intentionem, alterius erga omnes compassionem, alius zelum, alterius mansuetudinem, et alius aliud quidpiam bonorum, tanquam ex archetypo possidens, unam ex omnibus formam imaginis in temetipso pulcherrimam exprimis. Certe varium et magnum quid appares, tam iis qui procul, quam his qui prope sunt. Hæc assidua tibi cura, hoc continuum studium, hæc optima desideria, quibus illi-quescis, totis diebus, quærens in spiritu ea quæ sunt spiritus. Horum una quædam, non qualiscunque etiam, meditatio divinitus inspiratarum Scripturarum, quibus quotidie attendens, et magna dexteritate illorum quæ dicuntur sensum explicans, disciplinæ.

Sed præ cæteris etiam magni Dionysii divinus libellus, spiritalis ac suavis Sirenæ mansio, te detinens, totum afficit, et inibi gratis implet, cæra rationis aures animæ minime obturantem (a); neque certe mundanis affectibus implicatum, sed liberum existentem et ab omni re exemptum, omnesque audiendi facultates et intellectum patulum habentem, ad convenientem scilicet tam eorum quæ dicuntur, quam quæ intelliguntur susceptionem. Cæterum, cum et imago illa præclara sit, cui multos etiam frequenter artifex adhibet colores, et sermo ille perspicuus, cui multa etiam alii, et sæpe duntaxat conjecturantes quæ dicantur, superaddere haud neglexerunt; idcirco sapienter quidem cogitas, et proba mente tua digna, si quo modo divinus hic liber explicetur, atque communior fiat usus ejus plurimorum intellectibus, et inde multi proficiant, ea quæ supra intellectum sunt, secundum intellectum, et quæ supra captum, pro captu agnoscentes. Est enim etiam hic nutriendi molus minime vulgaris, quando quis non a semetipso cibum suppeditans, tamen hunc præmacerans vel præmasticans, sumptu facilem infirmis facit, non alium proferendo, sed propositum subigendo.

Sapienter utique quid simile cogitasti ac provide: quin et finem hæc cogitatio bonum sortita foret, si quæsisisses alium, et non me; ac rationem reperisses et modum huic negotio convenientem, et concredidisses digno, sacroque sacra tradidisses. Nunc autem, Non est, inquit, hoc altare pro sacrificio: tu vero etiam adhortatus es, et excitasti, et postulationibus, quantum fieri poterat, animasti tanquam benefactor, nos, ut opinor, hujus desiderii communionem beando, et non tantum nostræ imbecillitati diffusus es, quantum Dei gratiæ confusus, cujus virtutem magis in infirmitate perfici cognovisti. Quid porro nos ad tantam adhortandi vim oportuerat percelli et recusare? Verumtamen non scio quomodo nostræ imbecillitatis oblitus, atque illud, *Nosce teipsum*, negligentes, toti ad tua facti sumus imperia, et tanquam patri filii, et tanquam discipuli Magistro, et sicut servi domino sumus Latine vero: *Cæra, ut aiunt fabulæ, aures animæ obturantem*. Cæterum non semel dormitat doctissimus interpres, ut Græce callenti patebit. Εἶπ. ΠΑΤΡΩΣ

obsecuti, nulli omnino alteri, quam tuis sanctis piisque preceationibus confisi, quibus, opinor, etiam invisibiliter suffulti, facile hoc opus sustinimus.

Ecquid enim mirum? cum etiam voce dimissa Eliæ ad Eliseum, statim hic, et boves illos, et aratra, et omnem supellectilem aliam abjiciens, quo pedes ferebant, post vocantem cucurrerit, tametsi quoque boves istos sacrificio destinasset. Eodem modo etiam nos, sæcularibus turbis ac tumultibus neglectis, toti in uno studio fuimus, quod nimirum sacris Litteris consecravimus. Edisseram etiam hoc arcanum, quoniam quoque verum. Adeo deditus eram huic negotio, et sic rapiebar, ut etiam sæpe numero sermonibus vacantem, exclamare me contigerit, dum expenderem hinc sensuum profunditatem, inde theologiæ sublimitatem; hic in divinis eruditionem, illic in explicandis accuratorem, alibi moderationem, alibi numinis afflationem, ubique divinitatem et securitatem.

Quid demum ego faciam nisi prout fertilissimo Sancti hujus scripta comparem, ita ut velim quidem carpendo cæteris pulcherrima proponere; non valeam autem, sed immobilis consistam, et quasi mutus manere cogar præ gratiæ varietate? Sic ego non interpres, non paraphrastes, sed auditor sum. Magnum sane si vel mysta fiam cælestium tubarum, attamen non illico ac repente insonantium (ne hinc etiam spiritualis facultas audiendi detrimentum capiat), sed sensim et paulatim penetrantium ad intimiorem cognitionis sonum. Qui sane modus est vacandi ab omnibus, et intellectum applicandi ad res maximas, sensim illa quæ intelliguntur subigendo, et tandem perfectam cognitionem cum cognoscente copulando. Hoc autem mihi contulit propositi scopus, dum singula considero quæ dicuntur. Neque minus quod etiam addendum, quod magnopere adjutus sim, antiquiores, tanquam populi seniores, in ascensu ad divinum mystagogiæ montem sequendo. Qui sane dum Sancti hujus scripta interpretantur, viam eo tendentem mihi exposuerunt, ac me securum reddiderunt; quamobrem etiam contendere, donec pertingerem eo quo pertingere poteram, et quo perveni. Si quidem prope, ut spero, gratia sit Deo, a quo omne quod ab hominibus bene fit, gratia item tuis sanctis precibus, quibus fretus, ad hoc opus me accinxi, et quibus adjutus, non omnino procul a decore aberravi.

Quod si hoc quidem non, sed omnino videar inutilis et reprobatus, quid pati oportet, sicubi plurimis hærens difficultatibus propter imperitiam quidpiam forte non recte attigi? hoc ipsum sane pro virili simul in medium proferre minime neglexi. Tu vero anima per omnia Deum imitans, non id quod ex merito est, recte scio, quæres, sed promptum animum admittes, quandoquidem etiam Deo dicant gratum esse quod secundum vires fit. Sed de his quidem satis; cæterum tempus est ea quæ ad magnum Dionysium pertinent exponendi, quæ

κατηκολουθήσαμεν, οὐδενί γε πάντως ἐτέρῳ, ἢ ταῖς σαῖς ἀγίαις εὐχαῖς καὶ θεοπειθέσει θαρρήσαντες, αἷς οἶμαι, καὶ ἀοράτως ἐπαρθέντες, βραδίως ὑπέστημεν τὸ ἐγχείρημα.

Καὶ τί γὰρ ξένον; ὅπου καὶ τῆς φωνῆς ἐπιπεμφθείσης τῆς Ἡλίου τῷ Ἐλισσαίῳ, εὐθύς οὗτος καὶ βόας ἐκείνους, καὶ ἄροτρα, καὶ πᾶσαν σκευὴν ἐτέραν ἀποσεισάμενος, ἢ ποδῶν εἶχεν, βπίσω τοῦ καλοῦντος ἐπέδραμεν, εἰ δὲ καὶ βόας ἐκείνος [ἴσ. ἐκείνους] ἱέρυσε. Τρόπον τὸν αὐτὸν καὶ ἡμεῖς, τοὺς βιωτικὸς παριδόντες θορύβους καὶ τυρβασμοὺς, ὅλοι μερίμνης μιᾶς ἐγενόμεθα, ἣν δὴ καὶ τοῖς ἱεροῖς λογίοις ἀφιερῶσαμεν. Ἐξείπω καὶ τὸ ἀπόρρητον, ὅτι καὶ ἀληθὲς τοσοῦτον ἐγενόμην τοῦ πράγματος, καὶ οὕτως ἐάλων, ὥστε καὶ πολλαχοῦ τῶν λόγων σχολάζαντι, διαφωνεῖν μοι συνέβαινε, κατανοοῦντι ἔνθεν τὸ τῶν νοημάτων βάθος, ἐκεῖθεν τὸ τῆς θεολογίας ὕψος· ὧδε τὸ περὶ τὰ θεῖα ἐπιστημονικόν, ὧδε τὸ περὶ τὴν ἐξαγγελίαν ἀπηκριβωμένον· ἀλλαχοῦ τὸ μέτριον, ἀλλαχοῦ τὸ ἐνθεον, πανταχοῦ τὸ θεῖον καὶ ἀσφαλές.

Καὶ τί γε ἄλλο ἢ λειμῶνι πολυφόρῳ τὰς τοῦ Ἁγίου γραφὰς παρεικάζοντι, ὡς βούλεσθαι μὲν δρεπομένῳ τοῖς ἄλλοις προτιθέναι τὰ κάλλιστα, μὴ δύνασθαι δὲ, ἀλλ' ἀκίνητιζεῖν οἶον καὶ ἀπενεοῦσθαι, πρὸς τὸ ποικίλον τῆς χάριτος; Οὕτως ἐγὼ οὐκ ἐξηγητῆς, οὐ παραφραστῆς, ἀλλ' ἀκροατῆς. Μέγα γὰρ, εἰ καὶ μύστης τῶν οὐρανίων ἐγενόμην σαλπίγγων, πλὴν οὐκ εὐθύς καὶ ἐξαίφνης ἐνηχουσῶν (ἴν' οὖν ἐντεῦθεν καὶ τὴν νοερὰν ἀκουστικὴν παρεβλάθην), ἀλλ' ἤρέμα, καὶ κατὰ μικρὸν προδιβαζουσῶν πρὸς τὸ τῆς γνώσεως ἐνηχέστερον. Ὅς δὴ τρόπος σχολῆς ἀπὸ πάντων, καὶ προσοχῆς ἐπὶ τοῖς μεγίστοις νοῦς κατὰ μικρὸν ἀναμάττεσθαι τὰ νοούμενα, καὶ τέλος εἰς τελείαν γνῶσιν ἐνίζεσθαι τὸν γινώσκοντα. Τοῦτο δὲ μοι προὔξεναι ὁ τοῦ προκειμένου σκοπὸς, ἐν ἐπιστάσει γινομένῳ τῶν λεγομένων καθ' ἕκαστον. Οὐ χεῖρον δὲ προσθεῖναι καὶ τοῦτο, ὅτι καὶ μεγάλως ἐχειραγωγούμεν, ὡσανεὶ λαοῦ πρεσβυτέροις, τοῖς παλαιότεροις ἐπόμενος πρὸς τὴν ἐπὶ το θεῖον ὁδὸς τῆς μυσταγωγίας ἀνάβασιν. Οἱ δὴ καὶ τὰ τοῦ μάκαρος ἐξηγούμενοι, τῆς ἐπὶ τοῦτο φερούσης μοι ἐξηγούντο, καὶ τὸ ἀσφαλές παρεῖχον· ἐφ' ὅπερ καὶ ὀρμηθεῖην, ἕως ὁδηγούμενος ἔφθασα οὐ φθάσαι καὶ ἐδυνήθην, καὶ οὐ κατήντησα. Εἰ μὲν οὖν ἐγγὺς τῆς ἐλπίδος, χάρις μὲν Θεῷ παρ' οὐ πᾶν ἀνθρώποις τὸ κατορθούμενον, χάρις δὲ καὶ ταῖς σαῖς ἀγίαις εὐχαῖς, αἷς θαρρήσας ἀπεδυσάμην πρὸς τὸ ἐγχείρημα, καὶ αἷς βοηθούμενος, οὐ πόρρω παντελῶς ἐξετράπην τοῦ δέοντος.

Εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὐ, πάντῃ δὲ φανεῖν ἀλυσιτελής καὶ ἀδόκιμος, τί χρὴ παθεῖν, εἰ ποὺ πολλοῖς ἀνιάρους πρὸς τῇ ἀμαθίᾳ συνισχημένος, τὸ τυχόν οὐ κατώρθωσα; τὸ γοῦν πρὸς ἰσχύος ὁμῶς προσαγαγεῖν οὐκ ἀπώκησα. Σὺ δὲ ἢ τὰ πάντα ψυχῇ θεομίμητος, οὐ τὸ κατ' ἀξίαν, εὐ οἶδα, ζητήσεις, ἀλλ' ἀποδέξῃ τὸ πρόθυμον· ἐπεὶ καὶ Θεῷ φασὶ φίλον τὸ κατὰ δύναμιν. Ἀλλὰ τούτων μὲν ἄλλοις, καιρὸς δὲ λοιπὸν τὰ κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον ἐκθεῖναι, ὅσα δῆτα καὶ τοῖς παλαιοῖς ἱστορηταί.

certe etiam ab antiquis historiæ mandata sunt.

Τὴν τοίνυν εὐγένειαν, καὶ τὸ ἐν πλούτῳ περιφανὲς αὐτοῦ, τὸ κατ' Ἀθηναίους παρίστησι βουλευτήριον. Ὡς γὰρ ὁ θεῖος Λουκᾶς ἱστορεῖ ἐν ταῖς Πράξεσιν, εἰς καὶ οὗτος ἦν τῶν ἀρεοπαγιτῶν. Τοῦ τοίνυν ἱεροῦ ἀποστόλου Παύλου ταῖς Ἀθήναις ἐπιδημήσαντος, καὶ τισι τῶν ἐξ Ἐπικούρου καὶ τῶν ἀπὸ τῆς Στωᾶς συμβαλόντος, καὶ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας κηρύττοντος, τινὲς τῶν ἐκεῖσε φιλοσόφων τοῦτον συσχόντες ἐπὶ τὸν Ἄρειον Πάγον ἀπήγαγον, δίκας ὧν ἐδημηγόρησε δῶσοντα. Ἀλλὰ κακεῖσε δημηγορεῖ, καὶ τῆς αὐτοῦ θείας γλώττης θήραμα γίνονται, καὶ ἄλλοι μὲν οὐκ ὀλίγοι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Διονύσιος, καὶ γυνὴ ὀνόματι Δάμαρις, καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς. Προστίθεται δὲ καὶ τὸ τῆς ἀξίας αὐτῷ φησὶ γὰρ, ὁ Ἄρεοπαγιτης, διὰ τὸ περιφανὲς τοῦ ἀνδρός, οἶμαι, ἐν τε σοφίᾳ καὶ πλούτῳ, καὶ τρίτῳ τῷ τῆς πολιτείας ἀνεπιλήπτῳ. Οὐ γὰρ παντὸς ἦν τὸ εἰς ἀρεοπαγίτας τελεῖν, ἀλλ' ὅν ἂν ἡ συκὴ σοφία, καὶ ὁ χρηστὸς βίος, καὶ τὸ ἐπὶ πᾶσιν ἀνεπιλήπτῳ εἰς τὸ τοιοῦτον προῦκαλεῖτο ἀξιωμα· ἐκ γὰρ τῶν ἐννεα καθισταμένων ἀρχόντων Ἀθηνησιν ἔδει τοὺς ἀρεοπαγίτας εἶναι, ὧν ὁ ἀριθμὸς εἰς ἓνα καὶ πενήκοντα ἐποσοῦτο.

Ἐξῴθεν δὲ τῆς πόλεως ἦν τὸ κατὰ τὸν Ἄρειον Πάγον δικαστήριον, κληθὲν οὕτω, διὰ τὸ τὸν Ἄρην ἐκεῖσε λαχόντα τῷ Ποσειδῶνι δίκην, πῆξαι τὸ ἴδιον σκήπτρον ἐφ' ᾧ κριθεῖη, ὅτι τὸν ἐκείνου οὖρον ἀπέκτεινεν Ἀλιβρόθιον. Ἐδίκαζον δὲ ἀρεοπαγίται περὶ τῶν μεζόνων σφαλμάτων, καὶ ἡ τούτων κρίσις οὐκ ἐδίδου τῷ κριθέντι τὴν ἔφεσιν διὰ καὶ ὡς καινῶν δαιμονίων καταγγελέα τὸν θειότατον τῆς ἀληθείας κήρυκα Παῦλον, πρὸς τὴν ἐξ Ἄρειου Πάγου βουλὴν οἱ φιλόσοφοι ἔλκουσιν. Ἀλλὰ τὸ τριηκᾶτα χρόνου βουλευόν ὁ πάμμεγας Διονύσιος, ἐκφέρει τὴν κρίσιν ἀδέκαστον, οὐ λόγοις, ἀλλ' αὐτοῖς πράγμασιν. Ἐβῶσθαι γὰρ ἀφείδως πάγον ἐκείνον καὶ σέμνωμα, καὶ πᾶσαν ἄλλην κατ' αὐτὸν περιφάνειαν, τῶν ἱερῶν ἰδύγων γίνεται Παύλου, καὶ προσκολλᾶται Χριστῷ δι' αὐτοῦ. Τελεῖται μέντοι διὰ τούτου καὶ τῆς σωτηρίας δόγματα, παιδαγωγεῖται δὲ διδασκαλικῶς καὶ ὑπὸ τῷ μεγίστῳ Ἱεροθέῳ, ὡς αὐτὸς ἐν πολλοῖς μαρτυρεῖ. Εἶτα καὶ ὑπὸ Παύλου ἐπίσκοπος τῶν Ἀθηνησιν πιστευσάντων καθίσταται.

Συντάττονται τοίνυν τῷ μακαρίῳ πολλὰ μὲν καὶ ἕτερα συγγράμματα, ὧν δὴ καὶ μνείαν ποιεῖται καὶ οὗτος ἐν ταῖς εὐρισκομέναις πραγματείαις αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ μαρτυρεῖται σώζεσθαι ταῦτα, ἕως πολλοῦ, κατὰ τὴν ἐν Ῥώμῃ βιβλιοθήκην ἀνατεθειμένα. Γράφει δὲ τὰ πλεῖστα πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Τιμόθεον τὸν τῶν Ἐφesiῶν ἐπίσκοπον, ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν Ἐφεσον τῆς Ἰωνικῆς φιλοσοφίας προεστώτων, ὡς εἰκὸς πάτχοντα πράγματα, καὶ πυνθανόμενον ὡς εἰδήμονος τοῦ ἁγίου τῆς ἐξωτερικῆς φιλοσοφίας, ἵνα καὶ μᾶλλον ἀγωνίζοιτο. Συνάγονται μέντοι ἐκ τῶν προσηρημένων τοῦ Πατρὸς συγγραμμάτων καὶ ἕτερα, ἃ οὐκ εὐρίσκονται παρ' ἡμῖν τάδε: *Περὶ ἀγγελικῶν ιδιοτήτων, Περὶ ψυχῆς, Περὶ δικαίου καὶ θεοῦ δικαιοῦτηριον, Περὶ*

Nobilitatem Igitur, et illustres divitias ejus Atheniensium iste senatus declarat. Quemadmodum enim divus Lucas historiae mandat in Actibus¹⁸, is etiam unus erat areopagitarum. Cum igitur senatus apostolus Paulus Athenas profectus esset, et cum quibusdam Epicureis ac Stoicis congressus, verbum veritatis praedicaret; nonnulli isthic philosophi eum comprehendentes ad Areopagum abduxerunt, poenas daturum propter ea quae concionatus erat. Verum etiam illic concionatur, et divinae ipsius linguae praeda sunt, praeter alios non paucos, etiam ipse Dionysius, et mulier nomine Damaris, et alii cum eis. Quin et adjunctus est illi titulus dignitatis; ait enim, Areopagita, ob illustrem, ut arbitrator, viri sapientiam, et divitias, ac tertio propter irreprehensibile vivendi institutum. Non enim cujusvis erat inter Areopagitas censerī, sed quem multa sapientia, et proba vita, et in omnibus culpa vacatio ad tantam evexerat dignitatem: siquidem Athenis ex novem principibus constitutis, oportebat esse Areopagitas, quorum numerus ad unum et quinquaginta extensus fuit.

Erat autem extra arcem in colle Martio tribunal, sic appellatum, quod ibi Mars sententiam accepisset Neptuno sceptrum proprium figendi, ad quod condemnatus fuit, quod filium ejus Halirrhothion occidisset. Judicabant autem areopagitae de majoribus, atque horum sententia non concedebat condemnato appellationem. Quamobrem philosophi Paulum, divinissimum veritatis praedicatorum, tanquam novorum demoniorum praediconem, ad Areopagi concilium trahunt. Verum tunc temporis cum concilio interesset maximus Dionysius, profert sententiam incorruptam, non verbis, sed factis ipsis. Nam valere jubens collem illum, et dignitatem, et quidquid in eo illustre erat, sacris Pauli vocibus concedit, et per ipsum Christo agglutinatur. Ac salutis quidem dogmatis ab ipso initiatur, sed a maximo Hierotheo magistraliter instituitur, quemadmodum ipsemet plurimis locis testatur. Postmodum etiam a Paulo fidelium Atheniensium episcopus constituitur.

Cæterum composita fuerunt ab hoc sancto multa etiam alia scripta, quorum quoque ipsemet mentionem facit in operibus quae exstant. Quin et testimonio comprobatur, hæc longo tempore in Romana bibliotheca deposita, fuisse asservata. Scribit autem plurima ad sanctum Timotheum Ephesiorum episcopum, a primariis Ionicæ philosophiæ sectatoribus, Ephesi plurimas, uti verosimile est, molestias sustinentem, et sanctum hunc, tanquam externæ philosophiæ peritum, consulentem, ut validius dimicaret. Colliguntur porro ex praedictis hujus Patris scriptis etiam alia, quae apud nos minime reperiuntur, videlicet *De angelicis proprietatibus, De anima, De justo ac divino*

¹⁸ Act. xvii, 54.

judicio, De divinis hymnis, De intellectibus et sensibus, De theologicis informationibus, De symbolica theologia.

Sciendum quoque, aliquos externos philosophos, praesertim Proclum, contemplationibus beati Dionysii frequenter usos fuisse, atque adeo etiam meris ipsis dictionibus. Unde licet opinari, veteres philosophos Athenienses, ipsius opera sibi vindicantes, occultasse, ut ipsi divinorum ejus librorum patres viderentur. Quod autem familiare ipsis fuerit sibi nostra vindicare, docet etiam D. Basilius in illud: *In principio erat Verbum* ¹⁶, super illa dictione hoc modo disserens: *Hæc ego quidem novi, multos etiam ex iis qui, exsortes verbi veritatis, in mundana sapientia gloriantur, et admirari, et* **B** *scriptis suis inserere audere; diabolus enim fur est, ac nostra suis interpretibus divulgat.* Atque hæc quidem D. Basilius. Cæterum jam nobis etiam inchoanda paraphrasis ad verbum, cujus etiam fusior subiinde est danda ratio, arcanum sensum explanantibus, partim quidem ex nobis ipsis, partim vero ex veterum interpretatione.

θεῶν ὕμνων, Περὶ νοητῶν καὶ αἰσθητῶν, Περὶ θεολογικῶν ὑποτυπώσεων, Περὶ συμβολικῆς θεολογίας.

Ἰστέον δὲ, ὡς καὶ τινες τῶν ἔξω φιλοσόφων, μάλιστα Πρόκλος, θεωρήμασι πολλάκις τοῦ μακαρίου Διονυσίου κέχρηται, καὶ αὐταῖς δὲ ἡραῖς ταῖς λέξεσι. Καὶ ἔστιν ὑπόνοιαν ἐκ τούτου λαβεῖν, ὡς οἱ ἐν Ἀθήναις παλαιότεροι τῶν φιλοσόφων, σφετερισάμενοι τὰς αὐτοῦ πραγματείας, ἀπέκρυψαν, ἵνα πατέρες αὐτοὶ δοθῶσι τῶν θεῶν αὐτοῦ λόγων. Ὅτι δὲ σύνηθες αὐτοῖς τὰ ἡμέτερα σφετερίζεσθαι, διδάσκει καὶ ὁ θεῖος Βασίλειος εἰς τὸ *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*, ἐπ' αὐτῆς τῆς λέξεως οὕτως λέγων· *Ταῦτα οἶδα, πολλοὺς τῶν ἔξω τοῦ λόγου, τῆς ἀληθείας μέγα φρονούντων ἐπὶ σοφίᾳ κοσμητῆ, καὶ θαυμάσαντας, καὶ τοῖς ἑαυτῶν συγγράμμασιν ἐγκαταλέξαι τολμήσαντας· κλέπτει γὰρ ὁ διάβολος, καὶ τὰ ἡμέτερα ἐκφερομυθῶν πρὸς τοῦ ἑαυτοῦ ὑποφήτας.* Καὶ ταῦτα μὲν ὁ θεῖος Βασίλειος. Ἦδη δὲ ἀρκτέον ἡμῖν καὶ τῆς κατὰ ῥῆμα παραφράσεως, ἔστιν οὗ καὶ διεξοδικώτερον ἐπεξηγουμένοις κατὰ τὸ ἐγγωροῦν, ἡμῖν καὶ τὸ τῶν νοημάτων διασαφῶσι κρύφιον, ποῦ μὲν ἐξ ἑαυτῶν, ποῦ δὲ καὶ ἐκ τῆς τῶν παλαιῶν ἐξηγήσεως.

Vide Prologum S. Muzimi in Opera S. Dionysii, sequentis Tomi initio.

¹⁶ Joan. 1.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΔΙΑΦΟΡΑ

ΕΙΣ ΤΑ Τῷ ΑΓΙῷ ΔΙΟΝΥΣΙῷ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ VARIA IN S. DIONYSII OPERA.

In Beatum Dionysium de cœlesti Hierarchia versus **C** *Eis τὸν μακάριον Διονύσιον περὶ τῆς οὐρανίου*
iambici Christophori Patricii Mitylenæi. *Ἱεραρχίας στίχοι ἰαμβικὸι Χριστοφόρου Πατρι-*
κίου καὶ Μιτυληναίου.

Ego, Dionysi, ansim sane dicere,
Formatum te haud esse in muliebri utero :
Sed cum maxime angelorum ordini adjunctus fores,
Desuper venisti e cœlo, natura peregrina,
Ut mortalibus nuntiares omnes singillatim
Res immaterialium ordinum, uti se habeant.
Adeo nosti immateriales substantias ;
Adeo contemplaris divinas contemplationes ;
Adeo perspicis angelorum naturas ;
Adeo, quod majus, angelus es natura.

In ipsum de eadem cœlesti Hierarchia.

Angelicæ sapientiæ splendores multos assecutus,
Hominibus ostendisti, ut viderent intellectualem **D**
[Astrum.

In librum de ecclesiastica Hierarchia.

Symbola divinorum sacerdotum ¹⁷ uniformi eloquio

Ἐγὼ, Διονύσιε, τολμῶ καὶ λέγειν
Ὡς οὐκ ἐπλάσθης ἐν γυναικὸς κοιλίᾳ,
Ἄλλ' ἀγγέλοις μάλιστα συντεταγμένος
Ἄνωθεν ἦλθες ἐκ πόλου, φύσις ξένη
Βροτοῖς ἀπαγγέλλουσα πάντα πρὸς μέρος
Τὰ τῶν ἀδῶν ταγμάτων ὅπως ἔχοι.
Οὕτω γινώσκεις τὰς ἀδῶν οὐσίας·
Οὕτω θεωρεῖς ἐνθέους θεωρίας·
Οὕτω θεωρεῖς τὰς φύσεις τῶν ἀγγέλων·
Οὕτω, τὸ μείζον, ἄγγελος σὺ τὴν φύσιν.

Eis τὸν αὐτὸν περὶ αὐτῆς τῆς οὐρανίας Ἱεραρχίας.

Ἀγγελικῆς σοφίης ἀμαρύγματα πολλὰ κιχήσας
Ἀνθρώποις ἀνέφηνας ἰδεῖν νοσύνθετον Ἄστρον.

Eis τὸ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱεραρχίας.
Σύμβολα θεοπεσιῶν ¹⁷ ἱερέων ἐνοσιδέει μῦθῳ

¹⁷ Codex Taurinensis rectius habere videtur ἱερῶν. ¹⁸ Sacrorum juxta codic. Taurin.

Εἰς ἐνικὴν ἀνέλυσας ἐνδὲς φάεος μίαν αἴγλην.

Εἰς τὸ περὶ θεῶν Ὁρομάτων.

Εἰς νόον αἰγλήεντα θεόγραφα χεῖλα βάψας,
Κάλλεα ποικίλλεις ἱερώνυμα, καὶ μετὰ πότμον

Ζωοσόφοις λογιόις κελαδῶν θεοφάντορας ὕμνους.

Εἰς τὸ περὶ τῆς μυστικῆς Θεολογίας.

Καὶ νόον αἰγλήεντα λίπες, καὶ γνῶσιν ἐόντων

Νύκτα δι' ἀμβροσίην, τὴν οὐ θέμις ἐξονομῆναι.

Ἄλλο εἰς τὸ περὶ μυστικῆς Θεολογίας.

Σὺν νόον ἀρδεύσας, Διονύσιε, χεῦματι Παύλου,
Καὶ τριφάους Θεότητος ὄλην ἀκτῖνα ποθήσας,
Ἄφθιτον ἀνθρώποισι θεωνυμίας πόρες αἰγλήν.

A In unicum resolvisti unius luminis unum fulgorem.

In librum de divinis Nominibus.

In mentem fulgidam deiloqua labia tingens
Pulchritudines explicas sacrorum nominum, etiam
[post mortem
Vividæ sapientiæ verbis pangens theologicos hymnos.

In librum de mystica Theologia.

Et fulgidam mentem reliquisti, rerumque (natura-
[lium) notionem
Noctem ob immortalem, quam fas haud est nomi-
[nare.

Aliud in librum de mystica Theologia.

Mentem tuam rigans liquore Pauli,
Et ad totum trifulgidæ Deitatis radium anhelans,
Indeficientem hominibus divinæ nomenclationis præ-
[buisti lucem.

Exstant hæc carmina ante S. Maximi Scholia in B. Dionysii libros, edit. Paris. an. 1562; Latine reddidit P. Bonifacius Finetti, ord. Prædicatorum.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΡΕΟΠΑΓΙΤΟΥ
ΠΕΡΙ
ΤΗΣ ΟΥΡΑΝΙΑΣ ¹⁹ ΙΕΡΑΡΧΙΑΣ
—
SANCTI DIONYSII AREOPAGITÆ
DE
CŒLESTI HIERARCHIA

Interprete Balthasare Corderio, Societatis Jesu doctore theologo.

CAPUT I.

SYMPRESBYTERO TIMOTHEO DIONYSIUS
PRESBYTER.

Divinam omnem illustrationem, secundum bonitatem diversimode ad ea quæ providentia reguntur emanantem, manere simplicem : neque hoc solum, verum etiam unificare ea quæ illustrantur.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α΄.

Τῷ ΣΥΜΠΡΕΣΒΥΤΕΡῷ ΤΙΜΟΘΕῷ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ Ο
ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ.

Ὅτι πᾶσα θεία ἔλλαμψις, κατὰ ἀγαθότητα ποιητικῶς εἰς τὰ προνοούμενα προοῦσα, μένει ἀπλή· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐνοποιεῖ τὰ ἔλλαμπόμενα.

SYNOPSIS CAPITIS.

I. Docet, omnem lucem ac gratiam spiritalem a Deo Patre ad nos derivari, et nos cum Deo conjungere. II. Invocato Christo, proponit cælestes hierarchias ex Scripturis interpretari : quæ licet multiplicem sensum figuratum admittant, simplicem tamen semper habent sensum litteralem. III. Ostendit, res cælestes ac spiritales, ad captum nostrum, in Scriptura materialibus figuris describi, et methodum ac rationem suggerit, quomodo ex illis ad cælestes contemplationes assurgere mens nostra possit.

§ 1.

I Omne datum bonum, et omne donum perfectum, desursum est, descendens a Patre luminum ^a : quin et omnis a Patre motæ illustrationis emanatio, in nos benefice exundans, denuo ceu unifica vis, ad supera nos revocando simplificat, et convertit ad congregantis Patris unitatem, et ad deificam sim-

^a Jac. i, 17.

B Πᾶσα δόσις ἀγαθῆ, καὶ πᾶρ δῶρημα τέλειον ἀνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων· ἀλλὰ καὶ πᾶσα Πατροκινήτου φωτοφανείας πρόδος, εἰς ἡμᾶς ἀγαθοδότης φοιτῶσα, πάλιν ὡς ἐνοποιὸς δύναμις ἀνατατικῶς ἡμᾶς ἀναπληροῖ ²⁰, καὶ ἐπιτρέφει πρὸς τὴν τοῦ συναγωγῶ Πατρὸς ²¹ ἐνό-

VARIÆ LECTIONES *.

¹⁹ Ch. οὐρανίου. ²⁰ Ch. D. S. P. et Pachymeres, et mss. Cæsaris, quod magis placet, ἀναπλοῖ. Veteres interpretes, et alii libri ἀναπληροῖ. ²¹ Impressi libri, Πνεύματος, cui lectioni adversantur veteres omnes libri, interpretes Latini et Græci.

* Litteræ sequentes denotant codices mss. e quibus variæ lectiones desumptæ sunt :

B., ms quo Budæus usus est ;
Ch., Carthusianum ;
D., Dionysianum ;
M., Memmii ;
P., Salignaci parvum ;
S., Salignaci majorem ;
Sar., Joannis Sarraceni versionem ;
Sc., Joannis Scoti interpretationem ;
V., Viennensem codicem ;
Ver., Vercellensem paraphrasim.

τητα, καὶ θεοποιὸν ἀπλότητα. Καὶ γὰρ ἐξ αὐτοῦ **A** plicitatem. Quoniam ex ipso et in ipsum sunt omnia ^b, ut sermo sacer ait.

§ II.

Οὐκοῦν Ἰησοῦν ἐπικαλεσάμενοι, τὸ πατρικὸν φῶς, τὸ ὄν τὸ ἀληθινόν ²³, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, δι' οὗ τὴν πρὸς τὸν ἀρχιφωτον Πατέρα προσαγωγὴν ἐσχίκαμεν', ἐπὶ τὰς τῶν ἱερωτάτων λογίων πατροπαραδότους ἐλλάμψεις ὡς ἐφικτὸν ἀνανεῶσωμεν, καὶ τὰς ὑπ' αὐτῶν συμβολικῶς ἡμῖν καὶ ἀναγωγικῶς ἐκφανθείσας τῶν οὐρανίων νοῶν ἱεραρχίας, ὡς οἶόν τε ἔσμεν, ἐποπτεύσωμεν· καὶ τὴν ἀρχικὴν καὶ ὑπεράρχιον ²⁴ τοῦ θεαρχικοῦ Πατρὸς φωτοδοσίαν (ἢ τὰς τῶν ἀγγέλων ἡμῖν ἐν τυπωτικοῖς συμβόλοις ἐκφαίνει μακαριωτάτας ἱεραρχίας), αὐλοῖς καὶ ἀτρεμέσι νοῶς ὀφθαλμοῖς εἰσδεξάμενοι, πάλιν ἐξ αὐτῆς ἐπὶ τὴν ἀπλὴν αὐτῆς ἀναταθῶμεν ἀκτῖνα. Καὶ γὰρ οὐδὲ αὐτὴ πώποτε τῆς οἰκειᾶς ἐνικῆς ἐνδότητος ²⁵ ἀπολείπεται; πρὸς ἀναγωγικὴν δὲ ²⁶ καὶ ἐνοποιὸν τῶν προνοουμένων σύγκρασιν, ἀγαθοπρεπῶς πληθυσιομένη καὶ προϊοῦσα, μένει τε ἔνδον ἑαυτῆς ἀραρότως ²⁷ ἐν ἀκινήτῳ ταυτότητι μονίμως πεπηγυῖα, καὶ τοὺς ἐπ' αὐτὴν ὡς θεμιτὸν ἀνανεῶντας, ἀναλόγως αὐτοῖς ἀνατείνει, καὶ ἐνοποιεῖ κατὰ τὴν ἀπλωτικὴν αὐτῆς ἔνωσιν ²⁸. Καὶ γὰρ οὐδὲ δυνατὸν ἐτέρως ἡμῖν ἐπιλάμψαι τὴν θεαρχικὴν ἀκτῖνα, μὴ ²⁹ τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἱερῶν παραπετασματῶν ἀναγωγικῶς περικεκαλυμμένην, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς προνοίᾳ πατρικῆ συμφωῶς, καὶ οἰκειῶς διεσκευασμένην.

Quamobrem Jesum invocantes, **2** qui paterna lux est vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum ^c, per quem ad originem lucis Patrem accessum obtinuimus, ad sacratissimorum a Patribus traditas eloquiorum illustrationes pro viribus suspiciamus; necnon ab ipsis symbolice nobis et anagogice patefactas coelestium mentium hierarchias, prout possumus, intueamur; atque principialem et superprincipialem Patris, qui principium Divinitatis est, illustrationem (quæ nobis angelorum in figuratis signis beatissimas elucidat hierarchias) immaterialibus et intremulis mentis oculis intromittentes, ex eadem rursus in simplicem ejus radium intendamus: quanquam neque ipsamet unquam intima sua unitate destituitur, sed ad sublimantem et unificantem eorum qui providentia gubernantur contemperationem, dum, uti decet, benigne multiplicatur atque emanat, etiam intus in semetipsa stabiliter manet, immobili identitate unimode firmata, et ad se ut fas est attendentes, pro cujusque capacitate, simplificativa sua unione subrigit, unificatque. Neque enim potest aliter divino-principalis ille radius nobis illucescere, nisi sacrorum varietate operimentorum anagogice obvelatus, nobis quoque paterna providentia conaturaliter ac proprie sit accommodatus.

§ III.

Διὸ καὶ τὴν ὁσιωτάτην ἡμῶν ἱεραρχίαν, ἡ τελετάρχης ἱεροθεσία, τῆς τῶν οὐρανίων ἱεραρχῶν ὑπερκοσμίου μιμήσεως ἀξιώσασα, καὶ τὰς εἰρημένας αὐλοῦς ἱεραρχίας ὑλαίοις σχήμασι καὶ μορφωτικαῖς συνθέσεσι διαποικίλισα, παραδέδωκεν, ὅπως ἀναλόγως ἡμῖν αὐτοῖς, ἀπὸ τῶν ἱερωτάτων πλάσεων, ἐπὶ τὰς ἀπλᾶς καὶ ἀτυπώτους ἀναχθῶμεν ἀναγωγὰς καὶ ἀφομοιώσεις· ἐπεὶ μὴδὲ δυνατόν ἐστι τῷ καθ' ἡμᾶς νοῖ ³⁰, πρὸς τὴν αὐλὸν ἐκείνην ἀναταθῆναι τῶν οὐρανίων ἱεραρχῶν μίμησιν τε καὶ θεωρίαν, εἰ μὴ τῇ κατ' αὐτὸν ὑλαίᾳ χειραγωγίᾳ χρῆσαιο, τὰ μὲν φαινόμενα κάλλη, τῆς ἀφανοῦς εὐπρεπειᾶς ἀπεικονίσματα λογιζόμενος· καὶ τὰς αἰσθητὰς εὐωδίας, ἐκτυπώματα τῆς νοητῆς διαδόσεως· καὶ τῆς αὐλοῦ φωτοδοσίας εἰκόνα, τὰ ὑλικὰ φῶτα· καὶ τῆς κατὰ νοῦν θεωρητικῆς ἀποπληρώσεως, τὰς διεξοδικὰς ἱεράς μαθητείας· καὶ τῆς ἐναρμονίου πρὸς τὰ θεῖα καὶ

Quapropter primitiva illa rituum sacrorum institutio, sanctissimam nostram hierarchiam supermundana coelestium hierarchiarum imitatione dignam censens, prædictas immateriales hierarchias, materialibus figuris et formativis compositionibus variegando transcripsit, ut pro nostra cum illis proportione, a sacratissimis fictionibus ad simplices figurarum expertes anagogas et similitudines evchamur; quandoquidem fieri non possit, ut mens nostra ad immaterialem illam coelestium hierarchiarum imitationem ac contemplationem intendatur, nisi e propinquo, materiali usa fuerit manu-ductione: cogitando scilicet, apparentes has pulchritudines, arcanorum esse decorum effigies; ac sensiles odorum suavitates, expressas esse figuras spiritalis dispensationis, et immaterialis illustrationis speciem præ se ferre lumina materiata:

^b Rom. xi, 36. ^c Joan. i, 9.

VARIÆ LECTIONES.

²³ Ch. D. P. τὰ πάντα, itaque in Paulo, cujus hæc verba sunt, scribitur. ²⁴ In Budæi codice erat vitiose, τὸ ὄντα ἀληθινόν, itaque emendavit ὄντως ἀληθινόν. Pachymeres notat legi sine distinctione τὸ ὄν τὸ ἀληθινόν, et cum distinctione, utrumque exponens. ²⁵ ita legendum. ²⁶ Memmii liber ἐνότητος, quam lectionem secutus est Scotus et Sarracenus. ²⁷ Ch. D. P. Sar. πρὸς ἀναγωγὴν δέ. ²⁸ M. Μένει ἔνδον ἑαυτῆς ἀραρότως, sed mendose, opinor, cum nulla auctoritate alia nitatur. ²⁹ Budæus aspiravit, αὐτῆς. ³⁰ B. Εἰ μὴ. Interpretes nisi vertunt. ³¹ Ch. D. P. ὡφ.

uti et contemplativæ secundum mentem saturitatis sacras illas diffusas disciplinas; et divinis consonæ atque ordinatæ affectionis, eorum qui hic sunt ordinum gradus: ac Jesu participationis, divinissimæ eucharistiæ communionem: et quæcunque alia cœlestibus quidem naturis supermundialiter, nobis vero symbolice tradita sunt. Hujus igitur nobis proportionatæ deificationis ergo, benigna initiatio primitiva, cum cœlestes hierarchias nobis exhibendo, tum nostram hierarchiam ad captum nostrum, deiformis illarum sacerdotii assimilatione, coadjutricem earundem initiando, supercœlestes illas mentes sensilibus imaginibus, in sacroscripturasticis eloquiorum compositionibus descripsit, ut nos per sensibilia ad spiritalia adduceret, nec non ex effectis sancte symbolis ad simplices cœlestium apices hierarchiarum.

Ἀ τεταγμένης ἕξεως, τὰς τῶν ἐνθάδε διακοσμήσεων τάξεις· καὶ τῆς Ἰησοῦ μετουσίας, τὴν τῆς θειοτάτης εὐχαριστίας μετάληψιν· καὶ ὅσα ἄλλα ταῖς οὐρανίαις μὲν οὐσίαις ὑπερκοσμίως, ἡμῖν δὲ συμβολικῶς παραδέδοται. Ταύτης οὖν ἕνεκα τῆς ἡμῶν ἀναλόγου θεώσεως, ἡ φιλόανθρωπος τελεταρχία, καὶ τὰς οὐρανίας ἱεραρχίας ἡμῖν ἀναφαίνουσα, καὶ συλλειτουργὸν αὐτῶν τελοῦσα τὴν καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίαν τῆ πρὸς δύναμιν ἡμῶν ἀφομοιώσει, τῆς θεοειδοῦς αὐτῶν ἱερώσεως, ταῖς αἰσθηταῖς ³¹ εἰκόσι τοὺς ὑπερουρανίους ἀνεγράψατο νόας, ἐν ταῖς ἱερογραφικαῖς τῶν λογίων συνθέσεσιν, ὅπως ἂν ἡμᾶς ἀναγάγοι ³² διὰ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ νοητὰ, καὶ τῶν ἱεροπλάστων συμβόλων ἐπὶ τὰς ἀπλᾶς τῶν οὐρανίων ἱεραρχιῶν ἀκρότητας.

ADNOTATIONES CORDERII.

Sensus tituli est: Divinam Scripturam, licet, ad nos erudiendos, diversis figuris variegetur, variosque sensus habeat, ut litteralem, allegoricum, moralem, anagogicum; simplicis tamen esse veritatis: qua illustrati, per fidem et dilectionem cum Deo conjungimur.

Per illustrationem hic Scripturam intelligi, patet ex contextu, ubi ait: *Ad sacratissimorum a Patribus traditas Eloquiorum illustrationes pro viribus suspiciamus*, etc. Cum enim hoc libro sanctorum angelorum ordines et functiones describere proposuerit, et, ut ex sequenti capite patet, simul explicare quam variis formis et figuris in Scripturis delineentur; apte hic præmittit, cur Scriptura tot figuris et symbolis variegetur.

§ I. Ex Epistola canonica Jacobi docet omne bonum, tam naturæ quam gratiæ, a Deo Patre proficisci. Huic enim, tanquam origini Divinitatis, rerum omnium origo attribuitur, atque adeo etiam luminis et illustrationis. Licet autem Filius quoque et Spiritus sanctus lumen sint, non sunt tamen originale lumen quod solus est Pater, sed lumen de lumine; licet sint idem lumen, quia substantiæ ejusdem. De quo sic pulchre D. Damascenus in Carminibus: *Lumen, inquit, immutabile, verbum luminis Patris ingenti, in lumine tuo hodie viso in Thabor, lumen vidimus Patrem, lumen et Spiritum illuminantem omnem creaturam*. Et Gregorius Theologus: *In lumine, inquit, Domini vide lumen^d: in Spiritu Dei Filium amplectere, lumen trinum et impartibile*. Ab hoc ergo lumine in nos omne lumen, atque adeo etiam Scriptura sacra derivatur: quoniam et hæc lumen est, juxta illud: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis^e*; et II Petri 1, v. 19: *Cui bene facitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat, et lucifer (id est, clara illa Evangelii doctrina) oriatur in cordibus vestris*. Hujus autem luminis sive, ut hic Sanctus ait, Πατροκινήτου φωτοφανείας, id est, a Patre motæ illustrationis emanatio in nos ἀγαθοδότως (quod aliqui quidem non male, bono munere, vel benigna largitione: malui tamen uno verbo Latinis æquivalenti) benefice exundans (licet enim hoc beneficium a Filio quoque et Spiritu sancto nobis concedatur, originaliter tamen soli Patri acceptum refertur, a quo una cum essentia sua benefaciendi propensionem acceperunt), denuo ceu unifica vis (hanc enim vim habet omnis divina illustratio, ut mentem variis et inferioris ordinis phantasiis distractam colligat) ad supera nos revocando simplicat. Græce ἀναπλοῖ. Ita tres codices Cæsarei Viennenses, præter quatuor alios, quos Morellius consuluit, quod sensum reddit pleniorum quam verbum ἀναπλοῖ, quod plerique interpretes legerunt et verterunt. Hoc vero contingit cum non sunt in nobis schismata, sumus autem perfecti in eodem sensu, et in eadem sententia, sicut Apostolus præcipit^f: quod quidem per participationem divini luminis fit, impleturque illud in Evangelio Joannis: *Ut et ipsi in nobis unum sint^g*.

Quin et omnis a Patre motæ illustrationis. Sanctus Thomas in 1 parte, q. 9, art. 1 ad 2, hunc sancti Dionysii locum citans ait, divinam Sapientiam dici mobilem esse similitudinarie secundum quod suam similitudinem diffundit usque ad ultima rerum^h. Nihil enim esse potest quod non procedat a divina Sapientia per quamdam imitationem, sicut a primo principio effectivo et formali, prout etiam artificata procedunt a sapientia artificis. Sic igitur, in quantum similitudo divinæ Sapientiæ gradatim procedit, a supremis, quæ magis participant de ejus similitudine, usque 4 ad infima rerum, quæ minus participant, dicitur esse quidam processus et motus divinæ Sapientiæ in res. Sicut si dicamus solem procedere usque ad terram, in quantum radius luminis ejus usque ad terram pertingit. Et hoc modo dicit exponendum esse hunc locum Dionysii.

§ II. Fonte lucis indicato, ad lucem inpetrandam adhibet precationem, juxta præceptum Domini, in nomine Jesuⁱ: *Qui paterna lux est vera*. Primo, quia ut Verbum Patris, splendor gloriæ et figura substantiæ ejus^k, naturaliter et per essentiam est lux, cætera vero per participationem (sic accipitur

^d Psal. xxxv, 10. ^e Psal. cxviii, 105. ^f I Cor. 1, 10. ^g Joan. xvii, 21. ^h Sap. vii. ⁱ Joan. xv, 16. ^k Hebr. 1, 3.

VARIÆ LECTIONES.

³¹ articulum non habent Ch. D. P. ³² D. ἀνάγοι.

rerum primæ Joannis v, 20), secundo, quia vera, et opposita falsis doctrinis gentilium et philosophorum. Tertio, quia verius et perfectius nos illuminat, quam omnis lux corporea, ut sit metaphora: sic Christus dicitur vera vitis¹; sic Eucharistia dicitur verus panis^m.

Qui illuminat omnem hominem. Quia, inquit Cyrillus, omnibus actu dat lumen rationis. Verum hæc melius accipe de lumine spiritali. Verbum enim Patris illuminat omnem hominemⁿ, supple quantum in ipso est. Unde qui non illuminantur, sibi imputent; quia lumen fidei, et gratiæ Christi oblatæ, recipere nolunt: ita idem Cyrillus, cum Chrysostomo et Theophylacto.

Per quem ad ἀρχαίων, id est, originem lucis Patrem, accessum obtinuimus (unus enim mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus^o) ad sacratissimorum a Patribus traditas Eloquiorum illustrationes, id est sacras Scripturas, pro viribus suspiciamus; nec non ab ipsis symbolice nobis et anagogice patefactas cælestium mentium hierarchias, prout possumus, intueamur. Nam, ut Chrysostomus, homil. 26 in Joannem ait²²: Omne illud quod sub sensum cadit, substantiam angelorum declarare non potest, sed corpus quod habet crassitudinem et triplicem dimensionem. Unde fit ut, dum Scriptura, ad captum nostrum, spiritibus incorporeis corporeas figuras affingit, iis quidem qui digni sunt, et ad anagogicum sensum transcendunt, innotescat, reliquis vero omnibus in arcano et occulto relinquatur: quod illis visis alte significatur. *Atque principalem et supra quam principalem Patris, qui principium Divinitatis est, illustrationem,* id est Scripturam (vide supra, Generales observationes) quæ nobis angelorum in figuratis signis beatissimas elucida hierarchias, id est sub symbolis et figuris materialis angelos describit, immateriales et intromittentes, abstracte a materia intellectu concipientes, ex eadem, scilicet Scriptura, quatenus symbolica est, et figuris variegata, rursus ad simplicem ejus radium intendamus, id est simplicem ejus sensum litteralem, sive veritatem sub figuris illis latentem consideremus: quanquam neque ipsamet Scriptura, qua parte symbolica est, unquam intima sua unitate destituitur; id est nunquam est sine intimo suo sensu litterali, qui omni sensui, etiam figurato et mystico, semper subest: sed ad sublimantem et unificantem eorum qui providentia reguntur contemperationem; id est ut homines a terrenis et divinis cogitationibus, ad cœlestia animo collecto meditanda inducantur: dum, uti decet, benigne multiplicatur atque emanat; id est dum decenti modo Scriptura, Deo se benigne ad captum nostrum accommodante, figuratos ac diversos sensus, cum allegoricis tum morales et anagogicos continet, etiam intus in semetipsa stabiliter manet; id est, semper intrinsecum suum sensum litteralem habet, immobili identitate unimode firmata, id est qui nunquam variatur; sensus enim literalis a Spiritu sancto primario intentus semper idem est, quantumvis multiplicentur sensus accommodativi vel tropis ac figuris vestiuntur: et ad se, ut fas est, attendentes, pro cujusque capacitate, simplificativa sua unione, scilicet simplici sua veritate, quam continet, subrigit unificatque, nempe a terrenis ad cœlestia, et a dividuis cogitationibus ad animi collectionem et Dei conjunctionem traducendo. Neque enim potest aliter Dei ille radius principalis, id est intimus ille Scripturæ sensus, cum de divinis et mere spiritalibus rebus agit, nobis illucescere, nisi sacrorum varietate operimentorum anagogice obvelatus. Nam, ut hoc loco ait divus Maximus, sine typis et symbolis non possumus, dum in corpore sumus, aspicere incorporea et materiæ expertia. Quoniam in hoc vitæ statu anima quidem corpore vestita est, ratio vero imaginatione, mens denique ratione. Hinc imaginatio, qua utimur vivimusque quamplurimum, intelligentiæ notiones assidue sensibilibus imaginibus induit; quocirca cognitioni nostræ, non tam nuda, quam vestita quædam accommodata videntur. Induunt igitur sapientes merito, sicut diximus, sensibilibus quidem intelligibilia; his vero divina. Sic etiam Plato provide jubet, hominem sub tenebroso specu nutritum, ad intuendam meridianam lucem non subito compellendum, sed monstrandum huic solem, primo quidem ad lucernæ lumen in aqua: deinde in luna, sub nocte serena, demum in ipsa aeris serenitate diurna. Similibus quoque gradibus rude vult ingenium ad contemplandam Divinitatem perducere.

Symbolice nobis et anagogice patefactas. 5 Hinc sanctus Thomas 1 parte, quæst. 1, art. 9, in corpore, concludit, in sacra doctrina, cum ea cunctis hominibus communiter proponatur, metaphoris et corporalibus similitudinibus divina exponi maxime conveniens esse. Deus enim, inquit, omnibus providet secundum quod competit eorum naturæ. Est autem naturale homini, ut per sensibilia ad intelligibilia veniat; quia omnis nostra cognitio a sensu initium habet. Unde convenienter in sacra Scriptura traduntur nobis spiritalia sub metaphoris corporalium. Et hoc est quod infra paulo post dicit Dionysius, non posse aliter divino-principalem illum radium nobis illucescere, nisi sacrorum varietate operimentorum anagogice obvelatum. Radium autem divino-principalem vocat ipsam rerum divinarum veritatem.

Porro convenientissime nobis divina similitudinibus corporalibus designari, ex Dionysio quatuor rationibus probat D. Thomas in lib. 1 Sentent., dist. 34, q. 3, articulo 1. Prima et principalis est propter materiæ sublimitatem, quæ nostri intellectus capacitatem excedit. Unde non possumus rerum divinarum veritatem secundum modum suum capere, atque ideo oportet illas nobis secundum modum nostrum proponi. Est autem nobis connaturale, a sensibilibus in intelligibilibus, et a posterioribus in priorum notitiam devenire; et idcirco sub figura sensibilibus, intelligibilia nobis proponuntur, ut ex his quæ novimus, ad incognita mens nostra surgat.

Secunda ratio est, quia, cum in nobis sit duplex pars cognoscitiva, scilicet intellectiva et sensitiva, providit divina Sapientia, ut utraque pars, quoad fieri poterat, in divina reduceretur. Et propterea figuras corporalium adhibuit, quæ sensitiva parte capi possunt, quia ipsa intellectualia rerum divinarum attingere non poterat.

Tertia ratio est, quia in Deo verius cognoscimus quid non est, quam quid est. Unde S. Dionysius sequenti cap., § 5 P, dicit negationes in divinis esse veras, affirmationes vero incongruas. Et ideo cum de omnibus quæ de Deo enuntiamus, intelligendum sit, illa non eo modo convenire Deo, prout inveniuntur in creaturis, sed per aliquem modum imitationis et similitudinis, hujusmodi eminentia Dei expressius ostendebatur per ea quæ magis manifesta sunt ab ipso removeri. Hæc autem sunt corporalia, et ideo convenientius fuit speciebus corporalibus divina significari, ut his assuefactus disceret humanus ani-

¹ Joan. xv, 1. ^m Joan. vi, 56. ⁿ Joan. i. ^o I Tim. ii, 5. ^p Cœl. hier. cap. 2, § 3.

VARIÆ LECTIONES.

²² Hoc non exstat in libris vulgatis, sed citatur a Cyparissiota in Theologia materiata.

mus nihil eorum quæ de Deo prædicat, illi attribuere, nisi per quamdam similitudinem secundum quod creatura imitatur Creatorem.

Quarta ratio est propter occultationem divinæ veritatis; quia profunda fidei occultanda sunt, cum infidelibus, ne irrideant, tum simplicibus, ne errandi occasionem sumant. Et has causas Dionysius cap. 2 *Cœlestis hierarchiæ*, et in *Epistola ad Titum* assignat.

Nota item ex D. Thoma citato, in cognitione intellectualium duo esse considerata, scilicet principium speculationis et terminum. Principium quidem est ex sensilibus, sed terminus est in intelligibilibus, secundum quod in cognitione naturali ex speciebus a sensu acceptis, intentiones universales accipimus per lumen intellectus agentis. Et ideo dicendum est quod ad terminum speculationis, principium debeat ex aliquibus sensibilibus speciebus in divina consurgere, juxta normam a S. Dionysio hic § 3 præscriptam. Ex his tamen, uti bene probat S. Thomas 1^a parte. q. 88, art. 2, nunquam intellectus noster in perfectam et quidditativam rerum immaterialium cognitionem deveniet, cum quidditas rei materialis, quam abstrahit intellectus noster a materia, sit omnino alterius rationis a substantiis immaterialibus, uti fusius ibidem probat, et S. Dionysius *De divinis nominibus* c. 1, § 1.

§ III. *Quapropter primitiva illa rituum sacrorum institutio*, etc., id est divina ordinatio, ut cœlestem angelorum hierarchiam imitaremur, materialis illam symbolis et figuris ad captum nostrum accommodate tanquam in speculo et ænigmate [¶] descripsit, ut sensilibus istis figuris adjuti, quasi per gradus quosdam spirituales ascensiones in corde nostro disponamus [†]. *Quandoquidem fieri non possit, ut mens nostra ad immaterialem contemplationem intendatur, nisi e propinquo materiali usa fuerit manuductione*. Nam ut Gregorius Theologus in secundo libro de Theologia ait, impossibile est ei, etiam qui valde festinat, umbram suam transire (tantum enim semper umbram anticipat, quantum antevertitur) : aut sicut fieri non potest, ut extra aquam piscis nalet; sic non potest fieri, ut qui in corpore sunt absque corporeis, cum iis quæ intelligentia complectuntur, omnino sint. Semper enim aliquid de nostris rebus interciset, quamvis se mens ab iis quæ cernuntur maxime avocet, et sola secum collecta, cognata et inaspectabilia intelligentia assequi nitatur. *Cogitando scilicet apparentes hasce pulchritudines*, etc. Exemplar proponit quomodo a rebus sensibilibus ad spirituales mente transcendere debeamus; hæc enim de causa beus in Scripturis angelos nobis sensibilibus formis depinxit, **6** ut ex fictis symbolis ad simplices cœlestium hierarchiarum vertices contemplando ascenderemus.

Nisi e propinquo materiali usa fuerit manuductione. Status enim hujus vitæ istiusmodi opus habet adminiculis, ut ad cœlestium contemplationem mens nostra erigatur. Nam et ideo *Verbum caro factum est*, ut per assumptam humanitatem visibilem, aptius nos de invisibilibus erudiret atque accenderet, ut in Præfatione, quæ in sacro missæ officio recitatur, pulchre docet sanctus Gregorius: Per incarnati, inquit, Verbi mysterium, nova mentis nostræ oculis lux tuæ claritatis infulsit: ut dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in invisibilem amorem rapiamur: *cogitando scilicet apparentes has pulchritudines arcanorum esse decorum effigies*, etc., id est ut intellectus noster cogitet, sensibiles decores, et ornatus istos exteriores esse dumtaxat imagines, imo obscuras repræsentationes interioris atque intellectualis formositatis, ita ratiocinando: Si corpus corruptibile, quod mistum est, et intus tam fœdum, adeo pulchrum forinsecus videatur, quam sine comparatione pulchrior debet esse anima rationalis atque immortalis, supersplendidissimæ et superpulcherrimæ Trinitatis imago? Si item sol iste sensibilis tam lucidus, speciosus et delectabilis sit oculis ad videndum, quam infinite pulchrior, splendidior et amarior ad videndum esse debet Sol ipse sapientiæ, superexcellens Deus? Atque similiter in cæteris argumentandum.

PARAPHRASIS PACHYMERÆ (7).

Cum titulus sit *Hierarchia*, sciendum est hierarchiam esse constitutionis ipsius sacrorum principum et quasi curam; atque hierarchiam esse sacrorum moderatorem et curatorem ac provisorem, non tamen sacerdotum, sed qui tam sacra, quam eorumdem et Ecclesiæ mysteriorumque ordinem distribuit, neque tamen princeps est sacerdotum. Hanc explicationem etiam magnus ipse Dionysius in libro *De ecclesiastica hierarchia* ponit. Neque secus etiam hoc modo dicere liceat: Hierarchiam esse sacrum quoddam regimen, quo sancte quis regit ac regitur: ita ut neque in regimine tyrannis sit neque in subjectione violentia. Porro ut hanc definitionem absolvamus, dicimus, eum non ab iisdem quos regit, regi, sed ab aliis quidem regi, alios vero regere, uti decimo quinto capite præsentis libri accipit. Cœlestem vero vocat, ad distinctionem nostræ hierarchiæ, de qua seorsim alium quemdam librum componit.

Ἐπειδὴ Ἱεραρχίαν ἢ ἐπιγραφὴ ἔχει, ἰστέον, ὅτι Ἱεραρχία ἐστὶν ἢ τῆς διατάξεως αὐτῆς τῶν ἱερῶν ἀρχῆς, καὶ οἶονεὶ φροντίς· καὶ ἱεράρχης ὁ τῶν ἱερῶν ἀρχῶν καὶ φροντίζων, καὶ προνοῶν, οὐ μὴ τῶν ἱερέων, ἀλλ' ὁ καὶ τὰ ἱερά καὶ τὴν κατάστασιν αὐτῶν τε καὶ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τῶν μυστηρίων διατάσσων, οὐ μὴ δὲ ὁ ἀρχιερεύς. Ταύτην δὲ τὴν ἐξήγησιν καὶ αὐτὸς ὁ μέγας Διονύσιος, ἐν τῷ Περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱεραρχίης τίθησιν. Οὐ χεῖρον δὲ καὶ οὕτως εἰπεῖν· Ἱεραρχία ἐστὶ, καθ' ἣν ἱερῶς τις ἀρχει καὶ ἱερῶς ἀρχεται, μῆτε τὸ ἀρχειν τυραννικὸν ἔχων, μῆτε τὸ ἀρχεσθαι βίαιον. Προσεπεξεργαζόμενοι δὲ τὰ τοῦ ὀρισμοῦ, λέγομεν, ὅτι οὐ παρ' ὧν ἀρχεται, τούτων ἀρχει, ἀλλὰ παρ' ἄλλων μὲν ἀρχεται, ἄλλων δὲ ἀρχει, καθὼς ἐν τῷ πεντεκαίδεκάτῳ κεφαλαίῳ διαλαμβάνει τοῦ παρόντος συντάγματος. Οὐρανίαν δὲ λέγει πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς καθ' ἡμᾶς Ἱεραρχίας, περὶ τῆς ἰδίας συντάττει βιβλίον ἕτερον.

¶ I Cor. xiii, 12. † Psal. lxxxiii, 6. * Joan. i, 14.

(7) Vide scholia S. Maximi t. II, cap. 1.

§ I. Φησὶν ὁ μέγας Διονύσιος πρὸς τὸν τῶν Ἐφε- A
αίων ἐπίσκοπον Τιμόθεον, ὃν καὶ συμπρεσβύτερον
καλεῖ, οἷον ἐπίσκοπον, ὡς καὶ ἑαυτὸν πρεσβύ-
τερον, οἷον ἐπίσκοπον (οὕτω γὰρ καὶ ὁ Παῦλος ταῖς
τῆς Ἀσίας συντασσόμενος Ἐκκλησίαις, φησὶν, ὡς
ἐν ταῖς Πράξεσι φέρεται), φησὶ τοίνυν, δανεισάμε-
νος ἐκ τοῦ Ἰακώβου τὸ προοίμιον, ὅτι πᾶσα παροχὴ
ἀγαθοῦ, καὶ πᾶν χάρισμα τέλειον, καὶ ἀνελλιπές
πάντως καθ' αὐτὸ, ἐπεὶ παρὰ τὴν τῶν ὑποδεχομένων
ἔξιν πολλακίς ἐλλείπει καὶ οὐ τοῦ χαρίσματος
τοῦτο, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας δυνάμεως χωρούσης
καθ' ὅσον οἷα τέ ἐστιν. Ὡς γὰρ ὁ αὐτὸς ἥλιος,
διαφόροις ὑποκειμένοις ἐπιτολάζων, ἕτερον ἑτέρου
πλέον θερμαίνει, καὶ οὐ τοῦ ἡλίου τοῦτο, ἀλλὰ
τῶν ὑποδεχομένων τὸν ἥλιον· οὕτω καὶ τὸ θεῖον
δώρημα τέλειον ὄν, κατὰ τοὺς ὑποδεχομένους ὑφίσταται B
τε καὶ ἐπιτείνεται. Πᾶν τοίνυν τέλειον δώρημα
οὐρανόθεν ἐστὶ, κατεργόμενον ἀπὸ τοῦ τῶν φώ-
των Πατρὸς. Πατέρα δὲ τῶν φώτων λέγει τὸν Θεὸν
ὁ μέγας Ἰακώβος, ὡς Πατέρα οἰκτιρῶν, τὸν αὐ-
τοφῶς ὄντα, καὶ δημιουργὸν καὶ συντηρητικὸν τῶν
φώτων· πατήρ γάρ ἐστιν ὁ παράγων καὶ τηρῶν τὰ
ἐξ αὐτοῦ· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς Πατήρ τῶν φώτων, ὡς
καὶ πάσης κτίσεώς ἐστι δημιουργός. Οὐκ εἶπε δὲ,
Πατήρ οὐρανοῦ, οὔτε γῆς, ἀλλὰ φώτων, διὰ τὸ
προκειμένον, ὅτι καὶ τὰ δωρήματα ἐκφωτισμοῦ
θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἐγγίνονται. Τοῦτον τὸν Πατέρα
τῶν φώτων, παρακατιῶν καὶ ἀπολύτως καλεῖ Πα-
τέρα μόνον, πρὸς τὴν τοῦ συναγωγῶ Πατρὸς
ἐνότητα λέγων, ὡς δημιουργὸν καὶ συνοχεῖα ἡμῶν C
τε καὶ πάσης κτίσεως· ἢ καὶ ἄλλως Πατέρα φώ-
των, Υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος δηλονότι. Ἀλλὰ καὶ
πᾶσα θεοκινήτου φωτοχυσίας προέλευσις, εἰς ἡμᾶς
ἐξ ἀγαθότητος παραγινομένη, πάλιν ὡς ἐνοποιὸς
αὕτη δύναμις ἀνάγει ἡμᾶς, καὶ ἀναπλοῖ, καὶ ἐνο-
ποιεῖ, καὶ τὸ ἐνοφρονεῖν παρασκευάζει, καὶ ἀπὸ
τῶν γῆτων ἐπιστρέφει πρὸς τὴν τοῦ συναγωγῶ
Θεοῦ Πατρὸς ἐνότητα, καὶ θεοποιῶν ἀπλότητα. Μέ-
χρι γὰρ τούτου κεχωρισμένοι ταῖς γνώμας ἐσμέν,
ἕως οὐ κατὰ κόσμον περιπατῶμεν· ὅταν δὲ πρὸς
Θεὸν ἀνυψωθῶμεν, τότε ἐν γινόμεθα ἐν Θεῷ, καὶ
χάριτι κατὰ τὴν ἀπλότητα θεοποιούμεθα, καθὼς καὶ
ὁ Κύριος πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα φησὶν, "Ἰνα
ὦσιν ἐν, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἐν ἐσμεν. Τὸ γοῦν,
Πᾶν δώρημα ἐκ Θεοῦ, ἐκ τοῦ Ἰακώβου εἰληφε· τὸ D
δὲ, "Ὅτι καὶ πᾶν ἀγαθὸν εἰς αὐτὸν τείνει, καὶ ἡμᾶς
ἀνάγει, ἐξ ἑαυτοῦ τίθησιν. Ἀμφότερα δὲ κα-
τασκευάζει ἐκ τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος "Ὅτι ἐξ
αὐτοῦ τὰ πάντα, καὶ εἰς αὐτόν.

§ II. Ἐπεὶ τοίνυν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστὶ, καὶ εἰς Θεὸν
τείνει πᾶν ἀγαθὸν, φέρε ἐπικαλεσάμενοι τὸν Σω-
τῆρα Κύριον, τὸ τοῦ Πατρὸς φῶς καὶ ἀπαύγασμα,
τὸ ὄν, τὸ ἀληθινόν. Ἡ ἄμα, ὅτι καὶ τὰ ἡμέτερα
ὄντα λέγονται, ἀλλὰ κατὰ μετοχὴν, καὶ οὐ κυρίως.
Ἡ κατὰ στιγμήν, τὸ φῶς. Ποῖον φῶς; Τὸ ὄν, οὐ γὰρ
ἀνυπαρκτόν ἐστιν, ὡς τοῦτο τὸ φῶς. Ποῖον φῶς; Τὸ
ἀληθινόν, κατὰ τὴν τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου φω-

§ I. Magnus Dionysius ad Ephesiorum episco-
pum: Timotheum, quem et compresbyterum, id est
coepiscopum, v. cal, sicut ipse se presbyterum seu
episcopum (nam et eodem modo Paulus Asiæ com-
ponens Ecclesias loquitur, ut in Actis refertur ¹),
ex Jacobo proœmium mutuando ait: *Omne datum
bonum, et omne donum perfectum* ², et indeficiens
in semetipso, tametsi pro-suscipientium habitudine,
sæpenumero deficiat: quod utique non ex dono
provenit, sed ex viribus nostris, quæ capiunt
quantum possunt. Quemadmodum enim ipse **7** sol,
diversis rebus subditis apparens, alterum altero
plus calefacit, idque non ob solis, sed eorum quæ
solem excipiunt diversitatem: sic utique divinum
donum cum sit perfectum, pro suscipientium ca-
pacitate vel remittitur vel intenditur. *Omne igitur
donum perfectum desursum est, descendens a Patre
luminum* ³. Patrem autem luminum magnus hic Ja-
cobus Deum vocat, utpote Patrem misericordiarum,
qui et ipsemet lux est, et creator ac conservator
luminum: pater enim est qui producit et conservat
quæ ex ipso sunt; sic et Deus Pater luminum, ut
qui omnis creaturæ conditor existat. Non dixit au-
tem, Pater cæli, neque terræ, sed luminum, pro-
pter propositum; quoniam etiam dona ex illustra-
tione divina hominibus obtingunt. Hunc Patrem
luminum in decursu etiam absolute solum Patrem
nominat, dicens: *Ad unitatem Patris congregan-
tis*, ut qui creator sit ac conservator noster
omnisque creaturæ: quanquam etiam alias Pater
luminum sit, scilicet Filii ac Spiritus sancti. Sed
et omnis a Deo proficiscentis illustrationis proven-
tus, ad nos ex bonitate dimanans, denuo, ceu ipsa-
met vis unifica, sursum nos elevat, simplicatque,
et quid unum facit, atque ad unum sapiendum
informat; nec non a terrenis convertit ad congre-
gantis Dei Patris unitatem, ac deificam simplicita-
tem. Eo enim usque sententiis dissidemus, quandiu
secundum mundum ambulamus: quando vero ad
Deum assumpti fuerimus, tunc unum sumus in Deo,
atque ejus gratia per simplicitatem deificamur, sic-
ut etiam Dominus ad Patrem suum ait: *Ut sint
unum, sicut et nos unum sumus* ⁴. Illud itaque,
*Omne donum ex Deo, ex Jacobo sumpsit; istud au-
tem, Quoniam omne bonum in ipsum tendit, et nos
sursum levat, ex semel ipse ponit. Utrumque porro
confirmat ex Apostolo dicente: Quoniam ex ipso
omnia, et in ipsum.*

§ II. Cum itaque ex Deo sit, et in Deum tendat
omne bonum, agedum invocantes Salvatorem Domi-
num, qui Patris lux est ac splendor, qui est, qui
verus est. Vel conjunctim; quia etiam res nostræ
dicuntur esse, sed per participationem, et non
proprie. Vel cum interpunctione, Lux. Qualis lux?
Quæ est; neque enim subsistentia caret, uti lumen
hoc nostrum. Qualis lux? Vera, juxta evangelistæ

¹ Act. xx, 18. ² Jac. i, 17. ³ Ibid.

⁴ Joan. xvii, 22.

Joannis vocem, *Erat lux vera*; nam subjungit: *Quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* 7, per quam etiam ad principium lucis 8 Patrem accessum obtinuimus: principium, inquam, lucis; vel quia principium et causa luminum est, Filii scilicet ac Spiritus sancti; vel quod ab initio lux existat; nihil autem principio superius est. Agedum ergo, invocantes Dominum, ad illuminationes Scripturarum a Patribus traditarum pro viribus aspiremus, et quæ ab illis symbolice et anagogice (neque enim naturaliter, sed per signa quædam res cœlestes demonstrarunt) traditas divinarum virtutum hierarchias: quas etiam *mentes* appellat, ad nostri differentiam, qui sensu vivimus; nam et sic Isaiaë, mens magna Assyrius; et item mens magna, princeps Babylonis, id est diabolus. Divinarum, inquam, mentium hierarchiam, quoad possumus intueamur, atque illustrationem quæ ex Deo est, sine qua neque ipsas cœlestes virtutes, neque Deum nosse valemus, quantum fas est, inspiciamus; principialem, inquam, illam, utpote ab initio existentem, et superprincipialem: quia nihil de Deo satis significanter efferrî potest, quinimo hic omnis oratio omnisque cogitatio deficit, sic et essentia et superessentialis, nec non Deus et supra Deum. Hanc itaque illustrationem, quæ ex Deo est, suscipientes, quæ angelorum hierarchias in figuratis symbolis et imaginibus exprimit, immaterialibus et intremulis oculis, id est fixis seu tranquillibus (amat enim Deus tranquillitatem, sicut virtus contraria turbationem), rursus ex ipsamet illustratione ad divinum radium intueamur, juxta primam propositionem quam fecimus: Quoniam ex ipso bonum et in ipsum; atque ita in divina simplicitate unificemur. Neque enim ipse, dum in suscipientibus multiplicatur, a propria illa sua unica simplici et intimitate atque occultatione deficit (siquidem omnibus extraneis incognitus existit), dum vero pro eorum qui providentia reguntur captu per bonitatem multiplicatur ac variegatur, denuo intra semetipsum firmiter in immobili identitate manet, atque in ipsum intuentes unificat, idem in se permanens; non secus ac lumen, dum luculenter illuminat, idem etiam in se remanet secundum simplicam suam et unificam unionem identitatemque, et se excipientes, pro cujusque captu, in quantum accedunt, illustres reddit. Ubi observa, ut suspicere quidem nostrum, sed illustratio et elevatio sit a Deo. Nisi enim e rebus sæcularibus emergerimus suspexerimusque, quomodo 9 elevatio et illustratio nobis obtingat? juxta illud, *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi* 2. Neque enim, inquit, fieri potest ut divinus ille radius nobis illuceat, nisi quibusdam rerum nobis familiarium velamentis fuerit obvelatus (nam intolerabile lumen ejus ac virtutem quis sustinebit?), et ex rebus nostratibus, Dei prudentia, connaturaliter ac proprie

νήν, Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν· ἐπιφέρει γάρ· Ὁ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, δι' οὗ καὶ τὴν πρὸς τὸν ἀρχιφωτὸν Πατέρα προσέλευσιν ἐλάβομεν· ἀρχιφωτὸν δὲ, ἢ ὡς ἀρχὴν καὶ αἰτίαν τῶν φώτων, τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος· ἢ τὸν ἐξ ἀρχῆς φῶς ὄντα· οὐδὲν δὲ τῆς ἀρχῆς ἀνιότερον. Φέρε γοῦν ἐπικαλεσάμενοι τὸν Κύριον, ἐπὶ τὰς ἐλλάμψεις τῶν πατροπαράδοτων Γραφῶν, ὡς δυνατὸν, ἀνανεύσωμεν, καὶ τὰς ὑπ' αὐτῶν συμβολικῶς καὶ ἀναγωγικῶς (οὐ γὰρ φυσικῶς, ἀλλὰ διὰ τινων σημείων τὰ οὐράνια ἐδειξαν) παραδοθείσας ἱεραρχίας τῶν θεῶν δυνάμεων, ἃς καὶ νόσος λέγει, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν αἰσθήσει ζώντων ἡμῶν· οὕτω γὰρ καὶ Ἡσαΐας τὸν νοῦν τὸν μέγαν τὸν Ἀσσύριον· καὶ πάλιν, νοῦς μέγας, ἄρχων Βαβυλῶνος, τουτέστιν ὁ διάβολος. Β Τὴν γοῦν θεῶν νοῶν ἱεραρχίαν, καθ' ὅσον ἰσχύομεν, κατ' ἰδῶμεν, καὶ τὴν φωτοδοσίαν τὴν ἐκ Θεοῦ, ἧς δέχα οὐδ' αὐτὰς τὰς οὐρανίους δυνάμεις, μὴ ὅτιγε Θεὸν γνωρίσαι ἐστίν, ὡς ἐφικτὸν, κατοπτεύσωμεν· τὴν ἀρχικὴν, ὡς ἀπαρχῆς οὖσαν καὶ ὑπεράρχιον· ὅτι οὐδὲν ἐπὶ Θεοῦ ἱκανῶς ἔχει τῆς σημασίας, ἀλλὰ καὶ πᾶς λόγος, καὶ πᾶσα ἔννοια ἡττωνται, οὕτω καὶ οὐσία καὶ ὑπερούσιος, καὶ Θεὸς καὶ ὑπέρθεος. Ταύτην οὖν τὴν ἐκ Θεοῦ φωτοχυσίαν δεξάμενοι, ἢ τὰς ἱεραρχίας τῶν ἀγγέλων ἐν τυπωτικοῖς συμβόλοις καὶ εἰκονισμασιν ἐκφαίνει, ἀῦλοις καὶ ἀτρεμέσιν ὀφθαλμοῖς, ἢ οἶον ἐστέρβοις ἢ καὶ ἡσύχοις (χαίρει γὰρ τὸ Θεῖον τῇ ἡσυχίᾳ, ὡς τῷ ὄχλῳ ἢ ἐναντία δύναμις) πάλιν ἐξ αὐτῆς τῆς φωτοδοσίας, ἐπὶ τὴν θεῖαν ἀνοψωθῶμεν ἀκτίνα, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν, ἣν ἐλέγομεν, ὅτι ἐξ αὐτοῦ τὸ ἀγαθόν, καὶ εἰς αὐτὸν, καὶ ἐνοποιηθῶμεν ἐν τῇ θεῖᾳ ἀπλότητι. Ὅτι οὐδ' αὐτῇ ποικιλλομένη πρὸς τὰ ὑποδεχόμενα ἐξίσταται τῆς ἰδίας ἐνικῆς καὶ ἀπλῆς ἐνδότητος καὶ κρυφιότητος (πᾶσι γὰρ τοῖς ἔξωθεν αὐτῆς ἄγνωστος ἐστίν), πληθυνομένη δὲ καὶ ποικιλλομένη πρὸς τὴν τῶν προνοουμένων συνάφειαν δι' ἀγαθότητα, μένει πάλιν ἔνδον ἑαυτῆς παγίως ἐν ἀκινήτῳ ταυτότητι, καὶ τοὺς ἐπ' αὐτὴν ἀνανεύοντας ἐνοποιεῖ, ταυτῇ μένουσα· ὡσπερ τὸ φῶς, φωτίζον ἄθρῶς, φῶς τὸ αὐτὸ μένει, κατὰ τὴν ἀπλωτικὴν αὐτῆς καὶ ἐνοποιὸν ἔνωσιν καὶ ταυτότητα, καὶ ἀνάγει τοὺς ὑποδεχομένους ἀναλόγως αὐτοῖς, καθ' ὅσον σπεύδουσι, τοσοῦτον καὶ φωτιζομένους. Τέως δὲ σκόπτει, ὅτι ἢ μὲν ἀνάνευσις ἡμετέρα· ἢ δ' ἀνάτασις καὶ ἀνούψωσις ἐκ Θεοῦ. Εἰ μὴ γὰρ ἡμεῖς τῶν κοσμικῶν ἀνανεύσωμεν, πῶς ἢ ἀνούψωσις καὶ ὁ φωτισμὸς ἐπιγενήσεται; κατὰ τὸ· Ἦρα τοὺς ὀφθαλμοὺς μου εἰς τὰ ὄρη, ὅθεν ἤξει ἡ βοήθειά μου. Καὶ γὰρ, φησὶν, οὐδὲ δυνατὸν ἄλλως ἐπιλάμψαι τὴν θεῖαν ἀκτίνα, εἰ μὴ ἐξ ὧν συνειθίσμεθα, καὶ μὴ διὰ τινων παραπετασμάτων περικεκαλυμμένην (τὸ γὰρ ἄσπεκτον αὐτῆς τοῦ φωτὸς καὶ τῆς δυνάμεως, τίς ὑποστήσεται;) καὶ ἐκ τῶν ἡμετέρων, προνοία Θεοῦ συμφυῶς καὶ οἰκειῶς ταῖς ἡμετέραις αἰσθήσεσι διεσκευασμένην· ὅτε δηλονότι σωματικῶς τὰ ἀσώματα λέγομεν, οἷον μέλι ἀνθρώπινα ἐπὶ Θεοῦ, καὶ θυμοὺς, καὶ ὕπνους, καὶ τὰ παραπλήσια· ταῦτα γὰρ ἐστὶ τὰ παραπετάσματα. Ἐπεὶ οὖν τοῖς αἰσθητοῖς τὰ ὑπὲρ αἰσθησιν ἐντυποῦ-

μεν, ὁμοίως ἔχει καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς ἱεραρχία πρὸς τὴν οὐρανίαν ἐκείνην καὶ ἀφανῆ· οὕτω γὰρ εὐδόκησεν ἡ τελετάρχης ἱεροθεσία, ἡ τῆς τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἡμῶν διακοσμήσεως τάξις τε καὶ παράδοσις· τελετὴ γὰρ λέγεται ἡ τῶν μυστηρίων μετάδοσις, ἅτε τὸν μουσόμενον τελειοῦσα· καὶ τοὺς μεμυημένους τελείους καλεῖ ὁ Ἀπόστολος, λέγων· "Ὅσοι οὖν τέλειοι, τοῦτο φρονῶμεν.

tionem, quæ sacrorum rituum nostrorum ordo et traditio est : siquidem initiatio seu perfectio, sacrorum mysteriorum communicatio nuncupatur, ut quæ initiatos perficiat; atque ita consecratos, perfectos vocat Apostolus, dicens : *Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus* ^a.

§ III. Εὐδόκησεν οὖν ἡ τελετάρχης ἱεροθεσία, ἵνα τὰς αὐλοὺς καὶ οὐρανίους ἱεραρχίας ὑλικοῖς σχήμασι καὶ μορφαῖς παραδώσῃ, ὅπως ἀναλόγως ἀπὸ τούτων τῶν ἱερῶν τυπώσεων ἐπὶ τὰς ἀτυπώτους καὶ ἀσχηματίστους ἀναχθῶμεν ἀναγωγᾶς. "Ὁρα γὰρ, ποιήσεις, φησί, κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι· ἐπεὶ μὴ δυνατόν ἐστι τῷ ἡμετέρῳ νοῖ πρὸς τὴν αὐλον ἐκείνην ἀνυψωθῆναι κατὰστασιν ἀμέσως, μὴ διὰ τινων μορφῶν καὶ σχημάτων χειραγωγουμένων, καὶ λογιζομένων ἐκ τούτων ἐκεῖνα· τὰ μὲν φαινόμενα κάλλι, τὴν τοῦ ναοῦ, λέγω, καλλονὴν καὶ εὐπρέπειαν, ἀπεικονίσματα τῆς ἀφανοῦς εὐμορφίας ἔχοντι· τὰς δὲ διὰ τῶν θυμιαμάτων εὐωδίας, τῆς νοητῆς διαδόσεως ἐκτυπώματα· διαδίδοται γὰρ ὁ φωτισμὸς ἐκεῖσε, ὡς ἐνταῦθα ἡ εὐωδία· τὰ δὲ τῶν κηρῶν καὶ τοῦ ἐλαίου φῶτα, τῆς φωτοχυσίας ἐκείνης εἰκόνα, καὶ τῆς κατὰ νοῦν πάλιν θεωρητικῆς πλησμονῆς· τὸ γὰρ ἐκ μέρους ἐστὶν ὅτε καὶ ἡμῖν καταργηθῆσεται, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· τὰς διεξοδικὰς μαθητείας, τὰς διὰ τῶν ὀρωμένων πραγμάτων καλλῶν πλατυτέρας ἀποδείξεις. Τίς δὲ ἐστὶν ἡ θεωρητικὴ τοῦ νοῦς πλησμονή; ὅτι δῆλον, ζητῶν ὁ νοῦς περὶ τῶν θείων, καὶ θεωρῶν οὕτινος ὅπως οὖν ἐπιδράξεται, πληροῦται ἐν ἐκείνῳ καὶ κορέννεται. Τί γὰρ ἐστὶ τῶν θείων, ὅπερ οὐχ ὑπεραίρει τὸν νοῦν, καὶ τὴν ἔφρασιν αὐτοῦ, λίχνην οὔσαν, ἴστησι καὶ κορέννυσι; καθάπερ εἴρηται· *Ἐμνήσθη τὸ θεοῦ, καὶ ἐφράνθη*· καὶ πάλιν· *Ἐδίψησέ σε ἡ ψυχὴ μου, ποσαπλῶς δὲ ἡ σὰρξ μου*. Διψᾷ ἡ ψυχὴ, καὶ ἐμπιπλάται, ὡς ἔχουσα ἐπιτηδεῖα δοχεῖα τῶν θείων ἐνοπιῶν· διψᾷ ἡ σὰρξ, ἀλλὰ ποσαπλῶς πρὸς τὴν ψυχὴν· οὐδὲ γὰρ ἔχει ὑποδοχῆς ἐπιτηδειότητα, ξένη παντάπασιν οὔσα πρὸς τὰς θείας καὶ νοητὰς ἐμφάσεις· ὅθεν καὶ, ὡς ὑστεροῦσα, αἰεὶ ἐπιτεταμένην τὴν ἔφρασιν ἔχει, ὁ δὲ νοῦς πλήρης γίνεται, οὔτινος ἂν καὶ ἄφηται. Ταύτης οὖν τῆς πλησμονῆς εἰκόνας εἰσὶν αἱ διὰ τῶν λόγων ἀποδείξεις, τοῖς ἐπιχειρήμασι πλατυνόμεναι. Τῆς δὲ αἰεὶ καὶ ὡσαύτως ἐχούσης καὶ τεταγμένης πρὸς τὰ θεῖα ἕξεως, (οὐ γὰρ ἀταξία τις ἐκεῖσε, ἀλλ' ἐναρμόνιος ἕξις, ὡς αἰεὶ περὶ αὐτὸ τῶν θείων μενόντων, τῶν ἡμετέρων ἐν διτηνεκῇ ῥοῇ φαινομένων) τούτων οὖν τῶν τεταγμένων ἕξεων εἰκόνας τὰς ἐνθάδε ἔχομεν τάξεις, τοὺς ἱερατικοὺς βαθμοὺς, τὰς στάσεις, τὰς καθέδρας, τὰς στολὰς, καὶ εἴ τι τοιοῦτότροπον, αἴπερ τὴν τάξιν ἀπαράλλακτον ἔχουσι, καὶ τέλος τῆς Ἰησοῦ μετουσίας τὴν θείαν μετάληψιν, ἣν καὶ εὐχαριστίαν λέγει, ὡς τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ἡνίκα παρεδίδου

nostris sensibus sit accommodatus : quando nimirum corporaliter ea quæ incorporea sunt efferimus, ut cum de Deo membra humana, furoresque, ac somnos aliaque similia enuntiamus; siquidem hæc velamenta sunt. Quando igitur ea quæ sensum superant per res sensiles explicamus, tum nostra hæc hierarchia similis est cœlesti et occultæ : sic enī placuit mysteriorum sacrorum principi constitutionem,

§ III. Complacuit itaque mysteriorum sacrorum principi constitutionem, immateriales cœlestesque hierarchias materialibus figuris ac formis exponere, ut pro captu nostro ab hisce sacris efformationibus, ad formarum figurarumque expertes anagogas traducamur. Ecce, enim, inquit, *facies secundum exemplar quod tibi monstratum est* ^b : quandoquidem fieri non possit ut mens nostra ad immaterialiam istam constitutionem immediate subrigatur, nisi formis quibusdam ac figuris quasi manu ducta fuerit, et ex his illa conjecerit. Atque apparentes quidem pulchritudines, templi, dico, venustatem ac decorem, occultæ illius venustatis imagines præ se ferre; suaves vero thymianatum odores, spiritalis esse traditionis effigiationes : traditur enim illic illustratio, quemadmodum hic odoris fragrantia. Cereorum autem oleique luminaria sunt illius illuminationis imagines, uti etiam illius contemplativæ, quæ secundum mentem est, saturitatis : quoniam id quod ex parte est, aliquando et nobis, secundum Apostolum, evacuabitur ^c. Diffusæ porro disciplinæ sunt fusiores visarum rerum ac sermonum demonstrationes. Quænam autem est contemplativa mentis satietas? quando nimirum res divinas mens investigat, et per contemplationem quidpiam comprehendit, repletur utique **10** ac saturatur. Quid enim est rerum divinarum, quod non mentem elevet, atque affectum ejus, qui quædam fames est, sistat et exsatiat? quemadmodum scriptum est : *Memor fui Dei, et delectatus sum* ^d; et iterum : *Sitit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea* ^e. Sitit anima ac repletur, utpote habens apta receptacula divinarum cogitationum : sitit caro, sed quam multipliciter respectu animæ; neque enim habet aptitudinem recipiendi, cum sit omnino extranea divinis et spiritalibus insinuationibus : quapropter tanquam egena, intentum semper habet appetitum, mens autem semper plena est ejus quod apprehendit. Hujus ergo satietatis imagines sunt, sermonum demonstrationes rationibus dilatatæ. Porro ejus quæ semper et eodem modo se habet recte ad divinas res ordinatæ habitudinis (nulla enim ibi inordinatio, sed omnino concinna constitutio, quippe circa idem semper divinis rebus manentibus, nobisque perenni fluxu apparentibus), harum, inquam, ordinarum habitudinum imagines

^a Phil. iii. 15. ^b Exod. xxv. 40. ^c I Cor. xiii. 10. ^d Psal. lxxvi. 4. ^e Psal. lxxii. 2.

sunt illi, quos hic habemus, ordines, sacri gradus, stationes, cathedræ, stolæ, et si quæ sunt ejusmodi, quæ ordinem habent immutabilem, ac denique Jesu participationis divinam communionem, quam et eucharistiam vocat: eo quod Dominus noster, quando divinum illud mysterium tradidit, gratias egerit; nobisque sint agendæ gratiæ, quod quidem supermundialiter supraque hominem, nobis autem symbolice tradita sunt, et per signa; neque enim aliter est ista nos e, dum crassam hanc

Propter hanc itaque nostram pro cujusque captu deificationem (eo enim quo possumus modo initiatur; sensibiliter quidem, in quantum sensu vivimus, ratione nobis convenienti per symbola; spiritaliter vero, in quantum mente gubernamur, modo nobis accommodato per apparentem mystagogiam et illustrationem: siquidem illam illustrationem deificationem vocat, quod utique est perfectissimum: per inferiora namque superiora discernimus; per illa vero unitive deificamur); propter hæc igitur, inquam, benignus ille sacerdotalis ordo, hierarchias istas figurate manifestans, nostramque hanc hierarchiam illi in sacris associans, secundum eam quæ dari poterat similitudinem, sensibus imaginibus res invisibiles quibusdam sacræ ac divinae prorsus Scripturæ locis descripsit; quo nos per sensibilia ad spiritalia traduceret, nec non per signa hæc ad cælestes illas simplices compositionisque expertes altitudines ac summitates: nam summitates solemus appellare, quod in quavis essentia præstantissimum est, sicut, verbi gratia, mens, animæ summitas appellatur; et amoris sum-

τὸ τοιοῦτον θεῖον μυστήριον, εὐχαριστήσαντος, καὶ ἡμῶν ὀφειλόντων εὐχαριστεῖν, ὅτι τοιούτων ἀγαθῶν τετυχήμεθα· καὶ ὅσα ἄλλα, ἐκεῖνοις μὲν ὑπερκοσμίως καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον, ἦρῖν δὲ συμβολικῶς παραδέδοται, καὶ διὰ σημείων· οὐδὲ γὰρ ἄλλως ἐστὶν ἐκεῖνο μαθεῖν, τὸ παχὺ τοῦτο σαρκίον περιφέροντας. tantis bonis potiti simus, et quæcumque alia aliis

Ἐνεκα γοῦν ταύτης τῆς ἡμῶν ἐξ ἀναλογίας θεώσεως, (ὅν γὰρ τρόπον δυνάμεθα, τοῦτον καὶ τελούμεθα· αἰσθητῶς μὲν, καθ' ὃ αἰσθήσει ζῶντες, ἀναλόγως διὰ συμβόλων· νοητῶς δὲ, καθ' ὃ νοῦ διουκούμενοι ἀναλόγως διὰ τῆς ἐμφαινομένης μυσταγωγίας τε καὶ ἐλλάμψεως· τὴν γὰρ ἑλλαμψὶν θεώσιν λέγει, τοῦτο δὲ ἐστὶ τὸ τελειότατον· διὰ γὰρ τῶν κάτω τὰ ἄνω μαθηθάνομεν, δι' ἐκείνων δὲ ἀνατακτικῶς θεούμεθα·) τοῦτων ἕνεκα τοίνυν ἡ φιλόανθρωπος ἱερατικὴ τάξις, ἐμφαίνουσα τυπικῶς τὰς ἱεραρχίας ἐκεῖνας, καὶ ταύτην τὴν καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίαν συλλειτουργῶν ἐκείνης ποιῶσα κατὰ τὴν πρὸς δύναμιν ἀφομοίωσιν, ἐν αἰσθηταῖς εἰκόσι τὰ ἀθέατα ἀνεγράφατο, ποῦ δὲ ἐν ταῖς ἱεραῖς καὶ θεαῖς πάντως Γραφαῖς ὅπως ἂν ἡμᾶς ἀναγάγοι διὰ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ νοητά, καὶ διὰ τῶν σημείων τούτων ἐπὶ τὰς τῶν οὐρανίων ἀπλᾶς καὶ ἀσυνθέτους ὑψώσεις τε καὶ ἀκρότητας· ἀκρότητας γὰρ εἰώθαμεν καλεῖν τὸ κράτιστον ἀπάσης οὐσίας· ὡς, φέρε εἰπεῖν, ἀκρότης ψυχῆς ὁ νοῦς· καὶ ἔρωτος ἀκρότης ὁ διάπυρος πόθος· καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας ἡ οὐρανία οὐκ ἀπεικότως ἀκρότης ἐστὶ.

summitas, illa cælestis non immerito nuncupatur.

CAPUT II.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β.

Quod apte res divinæ atque cælestes dissimilibus etiam signis explicentur.

Ἵτι πρεπόντως τὰ θεῖα καὶ οὐράνια καὶ διὰ τῶν ἰσομοίων συμβόλων ἐκφαίνεται.

SYNOPSIS CAPITIS.

I. Facit operis hujus distributionem. II. monet, figuras illas, quibus res cælestes ac spirituales describuntur, rebus ipsis esse dissimiles; et simul objectioni occurrit, ac rationem reddit, cur magis expediebat res istas cælestes rerum ignobiliorum formis delineari, quam nobiliorum. III. Ostendit duplicem esse sacræ descriptionis modum. unum scilicet, per similes; alterum, per dissimiles figuras: uti etiam de Deo quædam per affirmationes, et quædam per negationes prædicari: et negationes aut affirmationibus præstare, et absonas similitudines ad mentem nostram erigendam esse aptiores. IV. Tradit, ex rebus omnibus aliquid boni colligi posse, et simul explicat, quomodo passiones iræ, concupiscentiæ, et res similes intelligendæ sint, quando angelis attribuuntur. V. Ostendit quomodo etiam ipsemet Deus in Scripturis aliquando a summis, aliquando a mediis, aliquando etiam a rebus infimis denominetur.

§ I.

Mea utique sententia, primum quidem exponendum, quem omnis hierarchiæ scopum esse censeamus, quidque suis quælibet divinis contemplatoribus prosit: deinde vero cælestes hierarchiæ celebrandæ, secundum earundem mysticam in Oraculis explanationem: postea denique dicendum.

Χρὴ τοιγαροῦν, ὡς οἶμαι, πρῶτον ἐκνεῖσθαι, τίνα μὲν εἶναι σκοπὸν ἀπάσης ἱεραρχίας υἰόμεθα, καὶ τί τοὺς αὐτῆς ἐκάστη θιασώτας ὀνήνησιν· ἐξῆς δὲ, τὰς οὐρανίας ἱεραρχίας ὁμνήσαι, κατὰ τὴν αὐτῶν ἐν τοῖς λόγοις ἐκφαντεῖαν· ἐπομένως δὲ τούτοις εἰπεῖν, ὁποιαῖς ἱεραῖς μορφώσεσι τὰς οὐρανίας σχη-

VARIÆ LECTIONES.

²² D. οὐρανίους. In hoc nomine variant fere exemplaria quod semel admonuisse sit satis.
D P. Ἐπομένος τε, quod Sc. sequitur.

ματίζουσι διακοσμήσεις αἱ τῶν λογίων ἱερογραφίαι, καὶ πρὸς ποίαν ἀναχθῆναι χρὴ διὰ τῶν πλασμάτων ἀπλότητα ²⁶, ὅπως μὴ καὶ ἡμεῖς ὡσαύτως τοῖς πολλοῖς ἀνιέρως οἰώμεθα, τοὺς οὐρανίους καὶ θεοειδεῖς ²⁶ νόας πολύποδας εἶναι τινὰς καὶ πολυπροσώπους, καὶ πρὸς βοῶν κτηνωδεῖαν, ἢ πρὸς λεόντων θηρομορφίαν ²⁷ τετυπωμένους, καὶ πρὸς ἀετῶν ἀγκυλόχειλον ²⁸ εἶδος, ἢ πρὸς πτηνῶν τριχῶδη πτεροφυῖαν διαπεπλασμένους, καὶ τροχοῦς τινὰς πυρώδεις ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν φανταζόμεθα, καὶ θρόνους ὑλαίους τῆ θεαρχίᾳ πρὸς ἀνάκλησιν ἐπιτηδεύουσ, καὶ ἵππους τινὰς πολυχρωμάτους, καὶ δορυφόρους ἀρχιστρατήγους, καὶ ὅσα ἄλλα πρὸς τῶν λογίων ἡμῖν ἱεροπλάστως ἐν ποικιλίᾳ τῶν ἐκφαντορικῶν συμβόλων παραδέδοται. Καὶ γὰρ ἀτεχνῶς ἡ θεολογία ταῖς ποιητικαῖς ἱεροπλαστικαῖς ἐπὶ τῶν ἀσχηματίστων νοῶν ²⁹ ἐχρησαστο, τὸν καθ' ἡμᾶς, ὡς εἴρηται, νοῦν ἀνασκαψαμένη, καὶ τῆς οἰκείας αὐτῷ καὶ συμφυοῦς ἀναγωγῆς προνοήσασα, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναπλάσασα τὰς ἀναγωγικὰς ἱερογραφίας.

A quibus formis sacris cœlestes istos ordines eloquiorum sacræ delineent descriptiones, nec non ad qualem adduci deceat per formas istas simplicitatem, ne et nos, more vulgi, sacrilege opinemur, cœlestes illas ac deiformes intelligentias, multipedes quasdam esse ac multiformes, nec non ad boum pecuinam ^f, ferinamve leonum naturam efformatas, et ad aquilarum curvi rostri speciem, vel ad volucrum hirsutam plumescentiam effictas, rotasque aliquas ignitas supra cœlum imaginemur ^g, ac sedes materiatas, Deo deorum ad discumbendum accommodatas, et quosdam equos multicolores ^h, hastatosque duces exercitus ⁱ, et quæcunque alia nobis ab eloquiis fictione quadam sacra, explanatoriorum varietate signorum sunt transcripta. B Enimvero palam theologia poeticis **12** sancte fictionibus, in carentibus figura mentibus usa est, ad nostrum, uti dicuntur, intellectum attendendo, nec non propriam ipsi et connaturalem ad superna transitum providendo, et ad eundem accommodate sacras Scripturas anagogicas effligiendo.

§ II.

Εἰ δὲ τῷ δοκεῖ τὰς μὲν ἱερὰς ἀποδέχσθαι συνθέσεις, ὡς τῶν ἀπλῶν ἐφ' ἑαυτῶν ἀγνώστων τε καὶ ἀθεωρήτων ἡμῖν ὑπαρχόντων ἀπεμφανούσας δὲ οἶεται τὰς τῶν ἁγίων νόων ἐν τοῖς λογιῶν εἰκονογραφίας ³⁰, καὶ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν ἀπότομον ταύτην τῶν ἀγγελικῶν ὀνομάτων σκηνὴν· καὶ χρῆναί φησι τοὺς θεολόγους ἐπὶ σωματοποιῖαν ὅλων τῶν ἀσωμάτων ἐληλυθότας, οἰκείους αὐτῷ ³¹ καὶ ὡς δυνατόν συγγενέσιν ἀναπλάττειν τε καὶ ἐκφαίνειν σχηματισμοῖς, ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν τιμιωτάτων καὶ αὐλῶν ποσῶς ³² καὶ ὑπερκειμένων οὐσιῶν, καὶ μὴ ταῖς οὐρανίαις καὶ θεοειδέσιν ἀπλότῃ τὰς ἐπὶ γῆς ἐσχάτας περιτεθέντας; ³³ πολυμορφίας. Τὸ μὲν γὰρ ἡμῶν τε ἀναγωγικώτερον ἐμελλεν εἶναι, καὶ τὰς ὑπερκοσμίους ἐκφαντορίας οὐ κατήγεν εἰς τὰς ἀπεμφανούσας ἀνομοιωτήτας· τὸ δὲ, καὶ εἰς τὰς θείας ἀθέσμως ἐξυβρίζειν ³⁴ δυνάμεις, καὶ τὸν ἡμέτερον ἴσως ἀποπλανᾶν νοῦν, εἰς τὰς ἀνιέρους αὐτῶν ἐνιζάνον συνθέσεις· καὶ τάχα καὶ οἰήσεται, τὰ ὑπερουράνια λεοντείων τινῶν καὶ ἵππειων ἐσμῶν ἀποπεπληρωθῆναι, καὶ μυκητικῆς ὕμνολογίας, καὶ ὀρνιθίας ἀγελαρχίας ³⁵, καὶ ζῶων ἄλλων καὶ ὕλων ἀτιματέρων, ὅσα πρὸς τὸ ἄτοπον καὶ νόθον καὶ ἐμπαθὲς ἀποκλιθεῖσαι ³⁶ διαγράφουσιν αἱ κατὰ πᾶν ἀνόμοιοι τῶν δῆθεν ἐκφαντορικῶν λογίων

C ut ita dicam, nominum angelicorum inumbrationem. Sunt et qui dicunt, theologos oportere, dum ad omnino incorporearum rerum corporationem veniunt, propriis illas, et quoad fieri potest, cognatis efformare atque explicare speciebus earum quæ apud nos sunt præstantissimarum, et ex parte immaterialium ac transcendentium substantiarum; et nequaquam cœlestibus ac deiformibus simplicitatibus, terrenas illas intimas circumdare multiformitates. Siquidem id nostræ magis etiam conduxisset sublimationi, neque supermundiales explanationes ad incongruas dissimilitudines coegisset: hoc autem et divinas nefande virtutes elevat, atque nostrum pariter errare facit intellectum, dum immundis istis inhæret compositionibus· et fortassis etiam putabit, supercœlestia leoninis quibusdam et equinis examinibus referta esse, nec non mugitu reboantibus laudum canticis, et avicularium gregum præfecturis, aliisque animalibus ac

^f Ezech. i, 7. ^g Dan. vii, 9. ^h Zach. i, 8. ⁱ II Mach. iii, 26; Josue v, 15.

VARIÆ LECTIONES.

²⁶ M. ἀπλαστότητα. Scotus vertit Veritatem. ²⁶ conjunctionem καὶ non habet Ch. nec veteres interpretes. Duo reddunt καὶ θεοειδεῖς. ²⁷ D. P. θηριομορφίαν. ²⁸ in vetustissimo Memmii corrigebatur ἀγκυλοχειλῶν. ²⁹ variant libri in accentu νοῶν, quidam enim, ut Ch. et D., νόων scriptum habent. Bud. sua manu scripsit νοῶν. Semel hoc monuisse sufficiat; nam frequens hoc verbum occurrit. ³⁰ M. ἱερογραφίας, cui lectioni Scotus astipulatur. ³¹ αὐτοῦς, D. ut ad θεολόγους referatur. ³² M. πῶς. ³³ Ch. et D. περιτιθέναι. ³⁴ D. ἐξυβρίζει. M. οὐκ ἐξυβρίζειν, et οὐκ ἀποπλανᾶν. Budæi codex οὐκ ἐξυβρίζειν, quod ille correxit οὐκ ἐξυβρίζε, et οὐκ ἀπεπλάνη. Ita habet et S. P. in priori parte non habet negationem. Scotus negationes vertit, Sarracenus omittit. ³⁵ M. ὀρνιθητικῆς. C. ὀρνιθίας. ³⁶ γρ. ἀποκλιθῆναι.

vilioribus materiis, quas ad absurditatem et spurciciam, ac passionem provocando, per omnia dissimiles ejusmodi elucidantium eloquiorum similitudines describunt. Veritatis tamen, uti reor, indagatio demonstrat sacratissimam eloquiorum sapientiam, in cœlestium effictionibus intelligentiarum, utrumque luculenter providisse, ut neque virtutes divinæ (ut ita quis dixerit) contumeliosius extenuarentur; neque nos humi repentibus imaginum vilitatibus tenacius affigeremur. Cæterum, cur merito figura carentibus figuræ, et effigies ineffigiatas rebus obductæ fuerint, non solum causam dixerit quis esse nostram imbecillitatem, quæ nequit immediate spiritalibus intendere contemplationibus, indigetque propriis ac connaturalibus, quibus erigatur, adminiculis seu anagogiis, quæ perceptas a nobis effigies ineffigiatas ac supernaturalibus spectaculis prætendant; sed quod hoc mysticis etiam oraculis vel maxime conveniat, ut **13** ineffabilibus et sacris ænigmatibus recondant, et inaccessam vulgo constituent sacram illam et arcanam supermundanarum mentium veritatem. Quilibet enim non est sanctus, neque omnium, ut Oracula testantur, scientia est ^k. Porro si quis absonas effigiationes improbarit, pudendum asserens, nibus afflagere simulacra, satis sit illi reposuisse, tam turpia deformibus sanctissimisque adornationibus esse sacræ illius mysticæ manifestationis modum.

§ III.

§ III. Deinde tradit, quænam competant his qui sacra suscipiunt, atque item quæ convenient iis qui sacra tradunt. Ac primum quidem, quoad initiandos attinet, oportet eos, qui expiantur per emundationem, ab omni inæqualitatis macula liberari; ad hoc enim est expiatio, juxta illud: *Lavabis me, et super nivem dealbabor*⁴; eos autem qui illuminantur, non ex parte illuminari, sed impleri lumine, et in puris mentis oculis ad præstantiorem adduci contemplationem; ejusmodi enim est illuminatio, juxta illud: *Illumina oculos*⁵; et: *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia tua*⁶; eos autem qui consecrantur, ex imperfectis perfectos evadere, atque perfectiæ sacræque scientiæ participes ac spectatores existere: siquidem id in omni scientia perfectionis est, ad eorum quæ cernuntur participationem inspectionemque pervenire et in nullo deficere, juxta illud: *Estote perfecti, sicut et Pater vester cælestis*⁷. Tradit deinde quæ concernunt eos qui sacra conferunt. Utique oportet eos, quibus expiandi munus incumbit, non tam exigua tenuique puritate instructos esse, ut propter penuriam puritatis, ex immundorum accessu inquinentur, et immunditiam potius contrahant quam expellant: sed affluentia quadam puritatis abundare, ita ut et aliis eandem communicare valeant. Eos autem, qui illuminandi munere funguntur, oportet cum ad divini luminis exceptionem, tum ad ejusdem similiter transfusionem comparatos esse, et vitrorum naturam penitus æmulari, ut, illustri splendore pleni, lumen in eos qui illo digni fuerint transfundant. Eos vero, qui consecrandi munus obeunt, nequaquam decet imperite, sed prudenter illos, qui consecrandi sunt, tanti boni communicatione initiare in institutione et cognitione mysteriorum quæ conspexerunt: siquidem inspectio eorum neque expiantibus neque illuminantibus competit, sed con-

Α (οἱ τῆ ἀπαθεία προσβάντες ἡδῆ) διὰ τῆς τῶν ἀρχιερέων χρίσεως, καὶ ἐτέρας ἱεροτελεστίας. Ἐκάστῳ γούν τούτων δηλονότι τῶν ἐνεργούντων τὸ θεομίμητον ἀρμόσει· καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν διδάσκει· καὶ δῆλον ἐκ τε τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, ὡς τὸ, Ἔκουε Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἰς ἐστίν· ἐκ τε τῆς Νέας καὶ τοῦ Εὐαγγελίου φωτίζει, ὡς τὸ, Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα· θεοποιεῖ, ὡς τὸ, Ἐγὼ εἶπα, Θεοὶ ἐστε. Οὗτος γὰρ ἐστίν ὁ τρόπος τοῦ μιμῆσθαι τοίτους τὴν θείαν μακαριότητα, ἢ μὴ μόνον καθαιρεῖ, καὶ φωτίζει, καὶ τελειουργεῖ (ἃ δὴ καὶ ἐνέργειαι εἰσι, καὶ εἰσι καὶ τῶν ἱεραρχῶν κατὰ μέθεξιν), ἀλλὰ καὶ κάθαρσις, καὶ φωτισμὸς, καὶ τελειώσεις ἐστίν· μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ ταῦτα, καὶ πάσης ἱεραρχίας αἰτία, καὶ παντὸς ἱεροῦ ἀσυγκρίτως ἐξηρημένη.

etiam operationes pontificum per participationem)

Β § III. Ἐφεξῆς λέγει, τίνα τὰ προσήκοντα τοῖς ταῦτα πάσχουσι, καὶ τίνα τὰ πρόποντα τοῖς ταῦτα ποιούσι. Καὶ πρῶτον τίνα τοῖς πάσχουσι. Δεῖ γούν τοὺς καθαιρομένους παντὸς ἀνομοίου τῆ καθάρσει μολυσμοῦ ἡλευθερωῖσθαι· τοιαύτη γὰρ ἡ κάθαρσις, κατὰ τὸ, Πλυνεῖς με, καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι· τοὺς δὲ φωτισομένους, οὐκ ἐκ μέρους φωτίζεσθαι, ἀλλ' ἀποπληροῦσθαι τοῦ φωτός, καὶ ἀνάγεσθαι πρὸς θεωρίαν κρείττονα ἐν ἀθολώτοις ὀφθαλμοῖς τοῦ νοός· τοιοῦτον γὰρ ὁ φωτισμὸς, ὡς τὸ, Φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς· καὶ Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσιά σου· τοὺς δὲ τελουμένους, ἐκ τοῦ ἀτελοῦς τελείους γινομένους (*), καὶ τῆς τελειωτικῆς καὶ ἱερᾶς ἐπιστήμης μετόχους τε καὶ ἐπόπτας· τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ τέλειον ἐν πάσῃ ἐπιστήμῃ, τὸ ἐπόπτας καὶ μετόχους τῶν θεωρημάτων γίνεσθαι, καὶ μὴ κατὰ τι ἐλλείπειν, ὡς τὸ, Γίνεσθε τέλειοι, καθὼς καὶ ὁ Πατήρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. Ἐξῆς λέγει καὶ τὰ τῶν ἐνεργούντων. Δεῖ γούν τοὺς καθαρτικούς μὴ τοσοῦτον ἔχειν τὸ καθαρὸν γλισχρόν τε καὶ ὀλίγον, ὥστε βεβηλοῦσθαι τοῖς ἀκαθάρτοις προσεγγίζοντας διὰ τὴν ὀλιγότητα τῆς καθάρσεως, καὶ ἀντὶ τοῦ ὀρεῖν, πάσχειν τὸ ἐναντίον· ἀλλὰ πλεονάζειν τὴν τῆς καθάρσεως περιουσίαν, ὥστε καὶ ἄλλοις μεταδίδουσι δύνασθαι· τοὺς δὲ φωτιστικούς, καὶ πρὸς μεταχρῆν τοῦ θείου φωτός ἐπιτηδεύουσιν εἶναι, καὶ πρὸς μετάδοσιν ὁμοίους, καὶ ἀπλῶς τὸ τῶν ὀέλων πάσχειν, ὥστε πανευκλεῶς ἀποπληρουμένους τῆς ἀγῆλης, ὑπερχέειν τὸ φῶς εἰς τοὺς τοῦ φωτός ἀξίους· τοὺς δὲ τελειουργοὺς μὴ ἀμαθῶς, ἀλλ' ἐπιστημονικῶς τελεῖν τοῖς τελουμένους τὴν τοῦ καλοῦ μετάδοσιν, ἐν τῇ μνήσει καὶ τῇ γνώσει τῆς ἐπιστήμης τῶν ἐποπτευθέντων· ἢ γὰρ ἐποπτεῖα οὔτε τοῖς καθαιρούουσιν, οὔτε τοῖς φωτίζουσιν, ἀλλὰ τοῖς τελουσίᾳ ἐστίν. Ἐκείνα γὰρ ἐστὶ τὰ προτέλεια, καὶ τὰ ἐξωθεν γινόμενα· ἢ δὲ ἐποπτεῖα τοῖς τελείους καὶ τελειοῦσι, καθὼς καὶ ἡ ἀσματίζουσα πρὸς τὸν νυμφίον φησί· Δεῖξόν μοι τὴν ὄψιν σου,

(*) Melius quadraret infinitivus. Nam τῷ δεῖ superius posito tota subjicitur periodus. Ed. PATROL.

¹ Deut. vi, 4. ² Joan. xii, 46. ³ Psal. lxxxix, 6. ⁴ Psal. l, 9. ⁵ Psal. xii, 4. ⁶ Psal. cxviii, 48. ⁷ Math. v, 48.

§ II.

Quapropter sanctæ cœlestium essentiarum dispositiones, rebus iis quæ solummodo existunt, et sine usu rationis vivunt, humanave utuntur ratione, divini principatus munere ac participatione antecellunt. Cum enim se ad imitandum Deum intellectualiter componant, atque Dei principalem similitudinem supermundialiter contemplantes, ad eandem speciem suam cupiant efformare; jure merito uberiore gaudent ejus participatione, quod sint assiduæ, ac semper ad anteriora, quantum fas est, divini nunquam fatiscantis amoris contentione extendantur, et primordiales illustrationes immaterialiter liquidoque suscipiant, atque ad eas componantur, vitamque omnem habeant spirituales. Hæ igitur sunt, quæ primario et multipliciter Deum participant, et imprimis ac multis modis æ-

Si quis vero dicat, quibusdam sanctis immediate Deum ex se apparuisse, discat etiam hoc aperte ex Scripturis sacris, ipsum illud, quod Dei est occultum, neminem vidisse^z, neque visurum esse, sed apparuisse sanctis Deum, ostendentem se, ut eum decebat, per visa quædam sacra, et iis, qui ea videbant, congruentia^a. Sermo autem divinus, omni plenus sapientia, visum illud quod divinam similitudinem in illo ipso viso figuram, tanquam in figura eorum quæ figurari nequeunt, ostendebat, ab intuentium ad Deum adductione, jure merito Theophaniam seu Dei apparitionem vocat; **38** utpote quæ divinam illuminationem videntibus immittat, et aliquid de divinis eos sacre doceat. His divinis visis præclari illi patres nostri ministerio angelorum initiabantur. Annon etiam sacram illam legislationem ab ipso Deo fuisse Moysi traditam^b, divina Scripta tradiderunt? ut vere nos docerent, divinæ eam esse ac legis sacrosanctæ

^z Gal. iii, 19. ^a Act. vii, 53. ^x Matth. ii, 17; Act. xi, 15; Dan. vii, 10; Isa. x. ^z I Joan. iv, 12. ^a Gen. iii, 8; xviii, 1. ^b Num. ix.

VARIÆ LECTIONES.

³⁸ Ch. D. P. μένουσαι. ³⁷ D. S. P. κρυφίας. ³⁸ Δὴ non habet D. ³⁹ M. ἐκ τῶν ἀμορφῶτων. ⁴⁰ Ch. D. P. μυστή τῆ θείας, etc. M. θείας in accusandi casu legit; sequitur enim καὶ ἱερὰς ὑποστυπώσεις, quod Scotus vertit: *Divinus tam esse et sacros characteres.*

Αἱ γοῦν ἅγιοι τῶν οὐρανίων οὐσιῶν διακοσμήσεις, ὑπὲρ τὰ μόνον ὄντα, καὶ ἀλόγως ζῶντα, καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς λογικά, τῆς θεαρχικῆς μεταδόσεως ἐν μετουσίᾳ γεγόνασιν. Νοητῶς γὰρ ἐπὶ τῷ θεομίμητον ἑαυτὰς ἀποτυποῦσαι, καὶ πρὸς τὴν θεαρχικὴν ἐμφέριαν ὑπερκοσμίως ὀρῶσαι, καὶ μορφοῦν ἐφιέμεναι τῷ νοερῶν αὐτῶν εἶδος, ἀφθονωτέρας εἰκότως ἔχουσι τὰς πρὸς αὐτὴν κοινωνίας, προσεχεῖς μὲν οὖσαι³⁸ καὶ ἀεὶ πρὸς τὸ ἄναντες, ὡς θεμιτὸν ἐν συντονίᾳ τοῦ θεοῦ καὶ ἀκλινοῦς ἔρωτος ἀνατεινόμεναι, καὶ τὰς ἀρχικὰς ἐλλάμψεις ἀύτως καὶ ἀμιγῶς εἰσδεχόμεναι, καὶ πρὸς αὐτὰς ταπτόμεναι, καὶ νοερὰν ἔχουσαι τὴν πᾶσαν ζωὴν. Αὗται γοῦν εἰσιν αἱ πρῶτως καὶ πολλαχῶς ἐν μετουσίᾳ τοῦ θεοῦ γινόμεναι, καὶ πρῶτως καὶ πολλαχῶς ἐκφαντορικὰ τῆς θεαρχικῆς κρυφιοτή-

τος· διὰ καὶ παρὰ πάντα τῆς ἀγγελικῆς ἐπωνυμίας ἐκκρίτως ἡξίωνται, διὰ τὸ πρῶτως εἰς αὐτὰς ἐγγίνεσθαι τὴν θεαρχικὴν ἐλλάμψιν, καὶ δι' αὐτῶν εἰς ἡμᾶς διαπορθεμεύεσθαι τὰς ὑπὲρ ἡμᾶς ἐκφαντορίας. Οὕτω γοῦν ὁ νόμος, ὡς ἡ θεολογία φησὶ, δι' ἀγγέλων ἡμῖν ἐδώρηθη· καὶ τοὺς κλεινοὺς δὲ πρὸ νόμου καὶ μετὰ νόμον ἡμῶν πατέρας ἀγγελοὶ πρὸς τὸ θεῖον ἀνήγον, ἢ τὸ πρακτέον εἰσηγούμενοι, καὶ πρὸς εὐθείαν ἀληθείας ὁδὸν ἐκ πλάνης καὶ ζωῆς ἀνιέρου μετὰγοντες· ἢ τάξεις ἱερὰς, ἢ μυστηρίων ὑπερκοσμίων κρυφίους ὁράσεις³⁷, ἢ θείας τινὰς προαναβήσεις ὑποφρητικῶς ἀναφαίνοντες.

§ III.

Εἰ δὲ τις φαίη, καὶ αὐτόθεν ἀμέσως ἐγγενέσθαι τισὶ τῶν ἁγίων θεοφανείας, μανθανέτω καὶ τοῦτο σαφῶς ἐκ τῶν ἱερωτάτων λογίων, ὡς αὐτὸ μὲν ὅτι ποτὲ ἔστι τὸ τοῦ θεοῦ κρυφίον, οὐδεὶς ἐώρακεν, οὐδὲ ὄψεται· θεοφάνειαι δὲ τοῖς ὁσίοις γεγόνασιν κατὰ τὰς πρεπούσας θεῶν, διὰ δὲ³⁸ τινῶν ἱερῶν καὶ τοῖς ὀρῶσιν ἀναλόγων ὁράσεων, ἐκφαντορίας. Ἡ πάνσοφος δὲ θεολογία τὴν ὄρασιν ἐκείνην, ἢ τις ἐν ἑαυτῇ διαγεγραμμένην ἀνέφαινε τὴν θεῖαν, ὡς ἐν μορφώσει τῶν ἀμορφῶτων³⁹ ὁμοίωσιν, ἐκ τῆς τῶν ὀρώντων εἰς τὸ θεῖον ἀναγωγῆς, εἰκότως καλεῖ θεοφάνειαν, ὡς δι' αὐτῆς τοῖς ὀρῶσι, θείας ἐγγινομένης ἐλλάμψεως, καὶ τι τῶν θεῶν αὐτῶν ἱερῶς μουσμένων. Ταύτας δὲ τὰς θείας ὁράσεις οἱ κλεινοὶ Πατέρες ἡμῶν ἐμουσῶντο διὰ μέσων τῶν οὐρανίων δυνάμεων. Ἡ οὐχὶ καὶ τὴν ἱερὰν τοῦ νόμου θεσμοθεσίαν, ἢ τῶν λογίων παράδοσις ὡς αὐτόθεν μὲν φησὶν ἐκ θεοῦ τῷ Μωϋσῇ δεδωρημένην; ὅπως ἂν ἡμᾶς ἀληθῶς μυσήσαιτο⁴⁰, θείας αὐτὴν εἶναι καὶ ἱερὰς ὑποστυπῶσιν. Διδάσκει δὲ καὶ

D

τοῦτο σοφῶς ἡ θεολογία τὴ δι' ἀγγέλων αὐτὴν εἰς ἡμᾶς προελθεῖν, ὡς τῆς θεονομικῆς τάξεως ἐκεῖνο θεσμοθετοῦσης, τὸ διὰ τῶν πρώτων τὰ δευτέρα πρὸς τὸ θεῖον ἀνάγεσθαι. Καὶ γὰρ οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ὑπερκειμένων τε καὶ ὑφειμένων νοῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὁμοταγέσιν οὗτος ὁ θεσμὸς ὄρισταὶ παρὰ τῆς πάντων ὑπερουσίου ταξιαρχίας, τὸ καθ' ἑκάστην ἱεραρχίαν πρώτας καὶ μέσας καὶ τελευταίας εἶναι τάξεις τε καὶ δυνάμεις, καὶ τῶν ἡττόνων εἶναι τοὺς θειοτέρους μύστας καὶ ⁹¹ χειραγωγοὺς ἐπὶ τὴν θεῖαν προσαγωγὴν καὶ ἔλλαμψιν καὶ κοινωνίαν.

A delineationem *. Quinimo sapienter etiam theologia docet, eam per angelos ad nos dimanasse, quasi id ordo divinæ legis sanxerit, ut per superiora, ista quæ inferiora sunt, ad divinum Numen adducantur. Etenim non solum superioribus inferioribusque mentibus, verum etiam æqualibus, seu coordinatis, a supersubstantiali rerum omnium primordiali ordine lex ista constituta est, ut per singulas hierarchias primi essent, ac medii novissimique ordines ac virtutes, inferioribusque diviniore mystæ essent, ac manuctores ad divinum accessum, et illustrationem atque communionem.

§ IV.

Ὅρῶ δὲ, ὅτι καὶ τὸ θεῖον τῆς Ἰησοῦ φιλανθρωπίας μυστήριον ἄγγελοι πρῶτον ἐμυθήθησαν, εἶτα δι' αὐτῶν εἰς ἡμᾶς ἡ τῆς γνώσεως χάρις διέβαινεν. Οὕτω γοῦν ὁ θεοῦτατος Γαβριὴλ Ζαχαρίαν μὲν τὸν ἱεράρχην ἐμυσταγῶγει, τὸ προφήτην ἔσεσθαι τὸν ἐξ' αὐτοῦ παρ' ἐλπίδα χάριτι θεῖα γεννησόμενον παῖδα, τῆς ἀγαθοπρεπιῶς καὶ σωτηρίως τῷ κόσμῳ ἐπιφανησομένης ἀνδρικῆς τοῦ Ἰησοῦ θεουργίας· τὴν δὲ Μαριάμ, ὅπως ἐν αὐτῇ γεννήσεται τὸ θεαρχικὸν τῆς ἀφθέγκτου θεοπλαστίας μυστήριον. Ἐτερος δὲ τῶν ἀγγέλων τὸν Ἰωσήφ ἐξεπαίδευσεν ⁹², ὅπως ἀληθῶς ἐκπεπληρωταὶ τὰ θειωδῶς ἐπηγγελμένα τῷ προγόνῳ Δαυίδ. Ἄλλος δὲ τοὺς ποιμένας, ὡς τῇ τῶν πολλῶν ἀναχωρήσει καὶ ἡσυχίᾳ κεκαθαρμένους, εὐηγγελίζετο, καὶ σὺν αὐτῷ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανόθεν τὴν πολυύμνητον ἐκεῖνην παρεδίδου τοῖς ἐπὶ γῆς δοξολογίαν. Ἀνανεῦσωμεν δὲ καὶ πρὸς τὰς ὑπερτάτας ⁹³ τῶν λογίων φωτοφανείας· ὁρῶ γὰρ, ὅτι καὶ αὐτὸς Ἰησοῦς ⁹⁴, καὶ τῶν ὑπερουρανίων οὐσιῶν ὑπερουσίος αἰτία, πρὸς τὸ καθ' ἡμᾶς ἀμεταβόλως ἐληλυθὼς, οὐκ ἀποπηδᾷ τῆς ὑπ' αὐτοῦ ταχθείσης τε καὶ ἀιρεθείσης ἀνθρωποπρεπιῶς εὐταξίας, ἀλλ' εὐπειθῶς ⁹⁵ ὑποτάττεται ταῖς τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ δι' ἀγγέλων διατυπώσεσι ⁹⁶· καὶ διὰ μέσων αὐτῶν ἀγγέλλεται τῷ Ἰωσήφ ἡ πρὸς τοῦ Πατρὸς οἰκονομηθεῖσα τοῦ Υἱοῦ πρὸς Αἴγυπτον ἀναχώρησις, καὶ αὐθις ἡ πρὸς τὴν Ἰουδαίαν ἐξ Αἰγύπτου μεταγωγὴ. Καὶ δι' ἀγγέλων αὐτὸν ὁρῶ μὲν ὑπὸ ταῖς πατρικαῖς θεσμοθεσίαις ταπτόμενον· ἐὼ γὰρ εἰπεῖν, ὡς εἰδότες τὰ ταῖς ἱερατικαῖς ἡμῶν παραδόσεσιν ἐκπεφασμένα, καὶ περὶ τοῦ ἀγγέλου τοῦ τὸν Ἰησοῦν ἐνισχύσαντος· ἢ ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς, κατὰ τὴν ἡμῶν σωστικὴν ἀγαθοπρεπιῶν, εἰς ἐκφαντορικὴν ἐληλυθὼς τάξιν, Ἄγγελος μεγάλης βουλήσιν ἀνηγγέρεται· καὶ γὰρ ὡς αὐτὸς ἀγγελοπρεπιῶς φησιν, ὅσα ἤκουσε παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἀνήγγειλεν ἡμῖν.

B Divinum etiam humanitatis Jesu mysterium angelis primum patefactum esse video, per quos deinde ad nos quoque cognitionis ejus gratia pervenit. Ita divinissimus ille Gabriel Zachariam quidem pontificem docuit, quod puer ex ipso præter spem divina gratia nasciturus, propheta foret humanæ divinæque Jesu dispensationis benigne simul ac salubriter mundo apparituræ ^d : Mariam vero erudit, quomodo in ipsa divinum illud ineffabilis Deiformationis mysterium consummaretur. Alius quoque angelus Josephum docuit, vere adimpleta esse, quæ progenitori ejus David divinitus promissa fuerant. Alius item pastoribus, quippe jam solitudinis recessu ac tranquillitate purgatis, evangelizavit ; cumque illo cœlestis exercitus multitudo, celeberrimum istum collaudationis hymnum terrigenis tradidit ^e. Quinimo ad sublimissimas illas eloquiorum illustrationes mentis obtutum erigamus ; animadverto enim, ipsummet Jesum (qui est naturarum supra cœlestium supra naturam auctor) ubi ad naturam nostram sine sui immutatione descendit, eum quem ordinaverat elegeratque humanitatis ordinem nequaquam fugere, quin potius obedienter se submittere foras a Deo Patre per angelos effectis ; quorum ministerio, a Patre disposita filii in Ægyptum recessio ; necnon ejusdem ex Ægypto in Judæam reductio, Josepho nuntiabatur ^f. Quin et per angelos ipsum cernimus paternis legibus ³⁹ subjectum : omitto enim dicere, utpote scienti, quæ sacrosanctis nostris traditionibus ^D expressa sunt de angelo quoque Jesum confirmante ^g ; et ut ipsemet Jesus, pro salutari nostra emendatione, in spirituum manifestatoriorum ordinem redactus, *magni consilii Angelus* fuerit appellatus ^h : etenim, ut ipse pro nuntii munere dicit, quæcunque audivit a Patre, nota fecit nobis.

* Act. 7 ; Galat. III. ^d Luc. I, 13. ^e Ibid. ^f Matth. II. ^g Luc. XXII, 45. ^h Isa. IX, 6 in Septuag.

VARIE LECTIONES.

⁹¹ Ch. μύστας τε. ⁹² Ch. D. ἐξεπαίδευσεν. ⁹³ D. ὑπὲρ ταύτας. ⁹⁴ ὁ Ἰησ. ⁹⁵ Ch. ἀλλὰ καὶ εὐπειθῶς ⁹⁶ D. ὑποτυπώσεσι.

ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. Definita hierarchia in communi, transit ad angelicam celebrandam, secundum figuras in Scripturis expressas. Ac primum quidem angelos cæteris creaturis antecellere, ex eo probat, quod magis Deum participant. Cum enim Deus vocet omnia ad sui communionem, illa sunt eidem vocanti propinquiora, quæcunque pluribus modis participant, non solum simpliciter substantiam ejus et vitam, sed etiam rationem et sapientiam, et alia ejus charismata spiritalia secundum proportionem supremarum etiam mentium : illæ enim quæ magis cognitionem et sapientiam participant, magis Deo appropinquant ; tales autem sunt ordines angelici ; quia, ut ait sanctus Maximus, eorum substantiæ sunt $\nu\omicron\upsilon\varsigma$ ζῶν, id est, *mens vivens*. Angelus enim, secundum Damascenum ^h, est substantia intellectualis, semper mobilis, arbitrio libera, incorporea, Deo ministrans, immortalis. *Substantia* ponitur in hac definitione pro genere, et ponitur ad differentiam accidentis. Intellegitur etiam hic substantia qualitercunque composita, scilicet ex eo quod est, et eo quo est. *Intellectualis* dicitur potius quam rationalis ; quia ratio est virtus collativa causæ et causati, et ideo composita : intellectus vero ex sua ratione non habet compositionem et collationem, sed est sine inquisitione et compositione, et ideo competit naturæ magis simplici pro differentia, ut est angelus ; ratio autem est differentia naturæ minus simplicis, scilicet hominis. *Semper mobilis*, non dico de loco ad locum ; sed mobilitas dicit hic triplicem vertibilitatem in angelo, scilicet naturæ, intelligentiæ et voluntatis. Mobilitatem enim habet naturæ ; quia omne creatum vertibile est in nihilum, nisi manu omnipotentis divinæ contineatur. Similiter angelus habet mobilitatem intelligentiæ ; quia, licet in angelo non sit vicissitudo intelligentiæ quoad scita in Verbo, cum deiformem habeat intellectum, secundum Dionysium ⁱ : potest tamen in eo, quoad cognitionem rerum, in propria natura esse vicissitudo intelligentiæ quoad discenda. Et hoc est quod dicit sanctus Augustinus quod omne creatum habens intellectum, intelligit unum post aliud. Item in voluntate mobilis est angelus, quia non simul vult hoc et illud. Item potest dici semper mobilis ; motu dilectionis. *Arbitrio libera*. Hoc non dicitur propter deflexionem ad bonum indifferenter et ad malum, sed propter liberam electionem eorum quæ voluerit. Unde angelus bonus semper eligit libere bonum, et angelus malus libere et sine coactione eligit malum. *Incorporea*. Quia spiritus est naturæ corporeæ expers. *Deo ministrans*. Ministerium ponitur hic pro quocunque obsequio : et secundum hunc modum, tam assistentes, quam ministrantes, quam etiam dracones ministrant. *Immortalis*. Quia caret materia et forma, e quarum resolutione mors sequitur. Angeli, secundum Isidorum, sunt spiritus, natura quidem mutabiles conditi, sed contemplatione immutabiles facti, animo impassibiles, mente rationales, felicitate securi : jussi mundum regunt, missi corpora aerea sumunt, in cælestibus commorantur. De iisdem S. Bernardus ait : Investigemus investigabilia, et primo spiritus esse potentes, gloriosos, beatos, distinctos in personas, dispositos in dignitates, ab initio stantes in ordine suo, immortalitate perpetuos, mente puros, affectu benignos, religione pios, unanimitate individuos, pace securos, divinis laudibus et obsequiis deditos. Item in angelis est dignitas creationis, gratia confirmationis, amor Creatoris, visio Divinitatis. Est etiam in angelis ut superius dictum est, essentia subtilitas, intelligentiæ perspicacitas, liberi arbitrii facultas, agilitatis velocitas. Prompte omnes obediunt. Majores sine elatione præsumunt, minores sine vitio subsunt ; qui ad exteriora exeunt, ab interiori contemplatione non recedunt : omnem **40** virtutem inferiorum superiores participant, non e contra. Qui excellunt in natura, præcellunt in gratia et in gloria. In eodem ordine creduntur etiam alii aliis esse digniores. Duplicem habent visionem, scilicet matutinam et vespertinam. Illuminationes quas a superioribus recipiunt, aliis tribuunt.

§ II. Dicit eos angelos vocari, quia nimirum annuntiant, et quoad fieri potest, *occultum Dei* manifestant : et ostendit visiones ac Dei apparitiones, semper mediante angelis, repræsentari solere. Per ipsos enim data lex, Galat. iii : *Lex ordinata per angelos in manu mediatoris* ; et Actorum vii : *Qui accepit legem in dispositione angelorum*. Et ante legem Abraham, et Manoe, et reliquis ; et post legem Joseph, et Petrum, et alios deinceps ad voluntatem Dei faciendam adduxerunt angeli, Matthæi ii et Actorum xi, et quid agendum erat nuntiaverunt, ut Jesu Nave, Gedeoni, et aliis ; et ab errore abduxerunt Cornelium, Actorum xi, et alios. Et *sacros ordines* manifestant, ut Daniel c. vii ; decies centena millia ante conspectum Dei astantia vidit Ezechiel cherubim, c. i ; Isaias Seraphinos, c. vi. Item *mysteriorum visiones*, ut Exodi iii, in Moyse et rubo ; et in Paulo raptis, II Cor. xii, et in Apocalypsi Joannis. Aut *divinas predicationes*, ut in Manoe, et aliis.

Multis modis arcanum Dei manifestant. Pulchram ratione hujus loci questionem movet D. Thomas in *Quæst. disput.*, quæst. 11, artic. 5, utrum homo ab angelo doceri possit. Et resolvit quod angelus circa hominem dupliciter operetur, scilicet uno modo, nostro, ut quando homini sensibiliter apparet, vel corpus assumendo, vel quocunque alio modo, et eum per locutionem sensibilem instruit, et sic non aliter angelus quam homo docet. Alio modo sibi proprio, scilicet invisibiliter, et sic cum angelus sit medius inter Deum et hominem, medius quoque docendi modus illi competit, inferior quidem Deo, sed superior homine. Ad cujus evidentiam sciendum est inter intellectum et corporalem visum hanc esse differentiam, quod visui corporali omnia ejus objecta aequè cognita sint obvia, intellectui autem non ; sed quædam statim conspiciere potest, quæ tam vero non, nisi ex aliis principiis inspectis. Sic igitur homo ignotorum cognitionem accipit per lumen intellectualem, et per primas conceptiones per se notas, quæ ad lumen intellectus agentis comparantur, sicut instrumenta ad artificem.

Quantum ad utrumque, Deus hominis scientiæ causa est modo excellentissimo, quia et ipsam animam intellectuali lumine insignivit, et primorum principiorum notitiam illi impressit, quæ sunt quasi quædam seminaria scientiarum, sicut et aliis rebus naturalibus, producendorum omnium effectuum seminales indidit rationes. Homo autem cum natura sua alteri homini par sit in specie luminis intellectualis, nequit alteri esse causa scientiæ, lumen illi instillando vel augendo, sed tantum quatenus scientia ignotorum per principia per se nota causatur, alteri quodammodo sciendi causa existit, non quasi notitiam principiorum tradens, sed sicut id quod in principis implicite et quodammodo in potentia continebatur, per signa quædam sensibus exteriori sensui ostensa, in actum reducens. Angelus vero cum a natura habeat lumen intellectualem perfectius homine, ex utraque parte potest illi esse causa sciendi, modo tamen inferiori quam Deus, et superiori quam homo. Siquidem ex parte luminis, licet illud non possit infundere ut Deus, potest tamen illud jam infusum contortare, ad perfectius cognoscendum. Ex parte etiam

^h Lib. ii, c. 5. ⁱ *Cælest. hierarch.* cap. 15.

principiorum potest hominem docere. non quidem ipsorum principiorum notitiam tradendo uti Deus facit, neque ex principiis deductionem conclusionum, sub signis sensibilibus proponendo, sed in imaginatione species aliquas formando, quæ ex corporalis organi commotione formari possunt, prout patet in dormientibus et mente captis, qui pro diversitate phantasmatum ad caput ascendunt, diversa phantasmata patiuntur. Et hoc modo alterius speciei commistione fieri potest, ut ea quæ ipse angelus scit, per imagines huiusmodi, ei cui admiscetur, ostendat, uti divus Augustinus ait cap. XII *super Genesim ad litteram*. Unde dicendum, quod angelus doceat quidem interius si cum homine comparetur, qui tantum sensibus exterioribus doctrinam proponit, sed si cum Deo conferatur, qui menti lumen infundit, ejus doctrina exterior reputatur.

§ III. Dicit Deum nunquam immediate per se apparuisse, et *occultum illud Dei* neminem vidisse. Ubi nota cum sancto Maximo, quomodo sanctus Dionysius interpretetur quod ait sanctus Joannes I Epist. cap. IV, 9 : *Deum nemo vidit unquam*. Quia enim sciebat visum esse hominem in Scriptura, ut Adæ in paradiso ^k, Abrahæ ad quercum Mambre et proficiscenti Sodomam, et Moysi, et aliis, dicit nunc, occultum Dei neminem vidisse, neque visurum esse, id est, id quod est substantia ejus. Vel altius : quid sit Deus, nemo comprehendere intelligentia, nec exprimere **41** unquam potuit, neque poterit. Cum autem dicitur in Scriptura apparuisse, sive visus esse, sic intelligendum est, quod unusquisque illorum proportionem fidei habebatur dignus visionem quadam, quæ illi Deum representabat; per quam visionem, illuminationem capiebat cognitionum divinarum, quæ ipsi adveniebant. Talem autem visionem θεοφάνεω vocat, seu Dei apparitionem; quia nimirum in ea angelus personam Dei sustinebat. Induunt enim, inquit Athanasius in *Questionibus ad Antiochum principem*, figuras angeli ad quemcumque usum Dominus Deus velit, atque ad eum modum iis, qui digni sunt, apparent, et divina illis mysteria aperiunt. Ex his perspicui potest, visionem similitudinem, et θεοφάνεω idem representare. Hoc etiam accedit, quod per intermedios angelos, indutis figuris ad Dei nutum, huiusmodi similitudines formantur.

Si quis vero dicat quibusdam sanctis immediate Deum apparuisse, etc. Hinc divus Thomas in II *Sententiarum*, distinctione decima septima, articulo quarto, movet questionem, utrum species missionis visibilis sint formatae ministerio angelorum. Ubi duæ sunt opiniones. Quidam enim dicunt, in hoc differre missiones Novi Testamenti ab apparitionibus Veteris Testamenti, quod apparitiones Veteris Testamenti factæ sint per angelos, ut sancti communiter volunt; missiones autem Novi Testamenti factæ sicut immediate per divinas Personas : quapropter in illis speciebus, divinae Personæ mitti dicuntur, et non angeli. Alii vero econtra dicunt, utrumque angelorum ministerio perfectum esse.

Videntur autem utriusque quoad aliquid verum dicere : siquidem tam in apparitione Veteris Testamenti, quam in missione visibili Novi Testamenti, duo consideranda sunt, scilicet id quod exterius apparet, et aliud quod interius efficitur, vel factum signatur, sed tamen diversimode; quia in apparitione Veteris Testamenti illud quod exterius apparet, non refertur ut signum ad id quod interius est, sed ad aliquid aliud, sicut ad signandam Trinitatem, vel aliquid huiusmodi : unde illud quod interius est, nil est aliud quam ipsa cognitio vel illuminatio animæ de rebus, quæ per signa exteriora significantur. Et quia illuminationes divinæ, secundum Dionysium, in nos per angelos descendunt, ideo in illis apparitionibus factam est utrumque ministerio angelorum, scilicet et illud quod exterius est, et id quod interius : et ideo nullo modo est ibi missio Personæ divinæ, quæ tantum attenditur secundum effectum immediatum Personæ ipsius. In missione autem visibili, illud quod exterius apparet, signum est ejus quod interius vel tunc vel prius factum est : unde interius non tantum ponitur aliqua cognitio, sed aliquis effectus gratiæ gratum facientis, qui est immediate a Persona divina, ratione cujus hæc mitti dicitur. Unde in missione visibili illud quod interius est, immediate sine ministerio angelorum effectum est, ratione cujus Persona divina mitti dicitur. Quoad id tamen quod exterius est, angeli ministerium habent. Ita sanctus Gregorius libro tertio *Moralium*.

§ IV. Ait, Dominum nostrum Jesum Christum etiam per angelos annuntiatum; et circa ipsum, atque ipsimet multa, mediantibus angelis, fuisse revelata. Ubi nota quasdam sublimes loquendi formulas Dionysii. Cum dicit, per angelum Zachariæ manifestatum, puerum ex ipso nasciturum prophetam fore τῆς ἀγαθοπροεπίως καὶ σωτηρίας τῷ κόσμῳ ἐπιφανησομένης ἀνδρικής τοῦ Ἰησοῦ θεοουργίας (ita codex nis. *Caesaris*, melius quam impressus Morelli *θεοουργίας*) id est, *humanæ divinæque Jesu dispensationis, benigne simul ac salubriter mundo apparituræ, incarnationem Verbi significat*; quia Deus in carne humana opera divina patrabat, quæ alibi θεανδρικά, id est, Dei virilia, nuncupat. Itaque dicendo virilem, perfectum hominem fuisse docet : dicendo divinam, simul perfectum Deum. Mariæ autem significatum, ὅπως ἐν αὐτῇ γερήσεται τὸ θεαρχικὸν τῆς ἀφθέρητου θεοπλαστίας μυστήριον, quomodo in ipsa divinum illud ineffabile Deiformationis mysterium consummaretur, dicitur formatum esse Deum in utero Virginis ac matris, eo sensu quo dicitur Verbum caro factum esse. Et paulo post ait, Christum ipsum hunc ordinem non refugere, id est, nequaquam indignum reputare, si, cum esset Dominus angelorum, obediret tamen illis. Sic itaque dixit hic Dionysius, non *refugit*, sicut dixit Paulus in Epist. ad Philipp. cap. II : *Qui cum in forma Dei esset, id est, verus Deus, non rapinam arbitratus est, hoc est, non reputavit indignum, si, cum esset alioquin æqualis Deo natura, et non falso sibi vindicans divinitatem, sicut qui alienum rapit, heret tamen homo*; ἀλλ' εὐπειθῶς ὑποτάσσεται ταῖς τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ δι' ἀγγέλων διατυπώσεσιν, *quin potius obedienter se submittit formæ a Deo Patre per angelos effectis* : quin et per angelos ipsum certinus paternis legibus subjectum. Quia **42** factus est Christus sub lege, sicut ait Apostolus ad Galatas IV, et lex data est per angelos, ad Gal. III, ideo dicitur Christus factus sub lege per angelos. Ἐὼ γὰρ εἰπεῖν, ὡς εἶδότε ταῖς ἱερατικαῖς ἡμῶν παραδόσεσιν ἐκπερασμένα περὶ τοῦ ἀγγέλου τοῦ τὸν Ἰησοῦν ἐπισχόσαντος. *Omitto enim dicere, utpote scienti, quæ sacris nostris traditionibus expressa sunt de angelo illo Jesum confirmante*. Sanctus Maximus ait, Dionysium significare, sibi et Timotheo ἀγράφως, id est, sine scripto, traditum fuisse hoc mysterium de angelo confortante; quod quidem postea a Luca scriptum est in Evangelio quod Paulus prædicabat, et ex Paulo didicerat.

^k Gen. III, 8. ^l Gen. XVIII, 1.

PARAPHRASIS PACHYMERÆ (9).

§ I. Hierarchia ipsa omni et universa, sive coelestem diveris, sive nostram, recte quidem, ut existimo, quid sit, pro philosophandi modulo definita, age nunc angelicam, eamque solam, ut sese habet, hierarchiam indagemus et discamus, quod utique in auctoris eorum Dei laudem cedit. Nam si etiam ex hominibus cognitio Dei mirificator, juxta illud: *Mirabilis facta est scientia tua ex me*^m; quanto magis, quæ supra principium est, divinitas magnificabitur et celebrabitur in eo quod de angelis contemplantur? Verum non sensibilibus, sed supernudialibus et intellectibus oculis, ut per mysticas imagines in Scripturis expressas, ad eorum simplicitatem adducamur. Siquidem audimus in Scripturis boves et leones, aliasque quasdam compositiones, quas dum mente pervolvimus, secundum proprium habitum easdem consideramus: atque ita quod sensu compositum est, fit mente simplex, atque hierarchicæ disciplinæ auctor, scilicet Deus, gratiarum actionibus, cæremoniarum Conditori competentibus, mirabilis prædicatur. Quemadmodum enim rex verbis regiis, quæ nimirum regiæ dignitati competunt, magnificatur; ita quoque naturæ illi, quæ ritus sacros instituit, verbis ritualibus ipsi congruentibus, gratiæ referuntur.

Primum autem omnium secundum veritatem dicimus, ne quis virtutum audiens magnitudinem, supra creaturas eas reputet. Dicimus, inquam, has omnes Deum bonitate, non necessitate, condidisse: siquidem hoc auctoris omnium et super omnia Dei bonitatis proprium est, ad sui communionem ea quæ existunt invitare, juxta capacitatis cujusque definitionem. Nam ea ratione qua quid est, divinum quoque Numen participat; ut si inanimatum sit, entitatem solam habet; si animal, etiam ipsam vitam; si vero etiam particeps rationis, ratiocinandi et intelligendi facultatem; uti in decursu astruit. Quæcunque igitur existunt, divinam participant providentiam ex superessentiali Deitate promanantem. **43** Hinc enim, inquit Gregorius Theologus, bonum diffundi oportebat: quoniam malum neque subsistentiam habet, neque existentiam; quandoquidem Dei non sit particeps, secundum habitus privationem apparens, sed nec exemplariter in essentia existens. Quomodo enim quidquam erat, si rerum essentiam nequaquam participabat? Existentem autem vocat hic sanctissimam Trinitatem; quæ cum rerum creaturarum sit creatrix, et principium, et causa, ab iis ipsis quæ per ipsam in lucem prodierunt, participari dicitur.

Quæ itaque inanimata sunt omnia, cum solum sint, participant divinum Numen secundum esse, quanquam supra illud esse sit Numen Dei; quæ vero vivunt, præterquam quod participant entitatem, vim quoque vivificam ac divinam partici-

^m Psal. cxxxviii, 6.

(9) Vide Sch. S. Max. t. II, c. 4.

§ I. Τῆς ἱεραρχίας αὐτῆς ἀπάσης καὶ καθολικῆς, καὶ τὴν οὐρανίαν εἶποις, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς, ὀρισθείσης, καλῶς ὡς ὑπολαμβάνω κατὰ μετριάσμων φιλόσοφον, τί ἐστὶ, φέρε τὴν ἀγγελικὴν, τότε νῦν ἔχον, ἱεραρχίαν καὶ μόνην ζητήσωμεν καὶ μάθωμεν, ὃ δὴ ἕμνος ἐστὶ πρὸς τὸν ποιήσαντα ταύτας Θεόν. Εἰ γὰρ καὶ ἐκ τῶν ἀνθρώπων θαυμαστόταται ἡ τοῦ Θεοῦ γνῶσις, κατὰ τό· *Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσις σου ἐξ ἐμοῦ· πόσω γε μᾶλλον μεγαλυνθήσεται καὶ ὑμνηθήσεται ἡ ὑπεράρχιος θεότης, ἐν ᾗ περὶ τῶν ἀγγέλων θεωροῦμεν; Ἄλλ' οὐκ αἰσθητοῖς, ὑπερκοσμοῖς δὲ καὶ νοητοῖς ὀφθαλμοῖς· ὅπως διὰ τῶν ἐν ταῖς Γραφαῖς μυστικῶν εἰκονισμάτων ἀναγκῶμεν εἰς τὴν τούτων ἀπλότητα. Ἀκούομεν γὰρ ἐν ταῖς Γραφαῖς βοῦς καὶ λέοντας, καὶ ἑτέρας συνθέσεις τινάς, ἃς δὴ τῶ νοῦ παραπέμποντες, κατὰ τὴν οἰκείαν ἔξιν ἀξιούμεν αὐτὰς ἐννοεῖν· καὶ οὕτως τὸ σύνθετον τῇ αἰσθήσει, ἀπλοῦν τῶ νοῦ γίνεται· καὶ θαυμάζεται ἡ αἰτία τῆς ἱεραρχικῆς ἐπιστήμης, ἤγουν ὁ Θεὸς, ἐν τελεταρχικαῖς καὶ προσηκούσαις εὐχαριστίαις. Ὡς γὰρ ὁ βασιλεὺς βασιλικοῖς λόγοις, οἰονεὶ τῇ βασιλείᾳ προσήκουσι, μεγαλύνεται· οὕτω καὶ ἡ τελετάρχικος οὐσία, λόγοις τελεταρχικοῖς εὐχαριστεῖται.*

Πρῶτον δ' ἀπάντων ἐκεῖνο λέγομεν, κατ' ἀλήθειαν, ἵνα μὴ, ἀκούσας τις τὸ τῶν δυνάμεων μεγαλεῖον, ὑπὲρ τὰ κτίσματα λογίσαιτο ταύτας. Λέγομεν τοίνυν, ὅτι πάσας αὐτὰς ἀγαθότητι, καὶ οὐ χρεῖα, ὁ Θεὸς ὑπέστησεν· ἐστὶ γὰρ τοῦτο τῆς ἀγαθότητος ἴδιον, τοῦ Θεοῦ τῆς πάντων αἰτίας καὶ ὑπὲρ πάντα, τὸ πρὸς μετοχὴν ἑαυτῆς τὰ ὑποστάντα καλεῖν, κατὰ τὸν τῆς ἀναλογίας ἐκάστου διορισμόν. Ἀναλόγως γὰρ καθὼς ἐστὶ τὸ ὄν, κατὰ τοῦτο καὶ τοῦ Θεοῦ μετέχει· εἰ μὲν ἀψυχόν ἐστὶ, τὴν ὄντοτητα μόνην ἔχει· εἰ δὲ ζῶον, καὶ αὐτὴν τὴν ζωὴν· εἰ δὲ καὶ λογικόν, καὶ αὐτὸ τὸ λογικόν τε καὶ νοερὸν, καθὼς παρακατιῶν τίθησι. Πάντα τὰ ὄντα τοίνυν μετέχει τῆς θείας προνοίας, ἐκ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ἐκχεομένης. Ἐκ τούτου γὰρ, λέγει καὶ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος, ἀλλ' ἔδει χεθῆναι τὸ ἀγαθόν· ὥστε ἀνυπόστατον τὸ κακὸν καὶ μὴ ὄν· ἐπειδὴ μὴ μετέχει τοῦ Θεοῦ, κατὰ στέρησιν ἐξέως φαινόμενον, ἀλλ' οὐ καὶ τὸ πρωτοτύπως, μὴ ὄν ἐν οὐσίᾳ. Πῶς γὰρ ἂν ἦν τι ὄν, εἰ μὴ μετέχει τῆς τῶν ὄντων οὐσίας; ὄντα δὲ ἐνταῦθα λέγει τὴν ἁγίαν Τριάδα, ἥτις τῶν κτιστῶν οὐσα δημιουργός, καὶ ἀρχὴ, καὶ αἰτία, ἐξ αὐτῶν τῶν παρ' αὐτῆς εἰς οὐσίαν ἐλθόντων μετέχεσθαι λέγεται.

Τὰ μὲν οὖν ἀψυχα πάντα, ἐπεὶ μόνον ὄντα εἰσὶ, μετέχει τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸ εἶναι καὶ καθ' οἷον, καὶ ὑπὲρ τὸ εἶναι ἐστὶ τὸ Θεῖον· τὰ δὲ ζῶντα, πρὸς τῶ μετέχειν τοῦ εἶναι, μετέχουσι καὶ τῆς ζωοποιού καὶ θείας δυνάμεως, εἰ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ζωὴν ἐστὶ·

τὰ δὲ λογικὰ, ἅπερ ἐσμὲν ἡμεῖς, καὶ νοερά, ἅπερ οἱ ἄγγελοι, μετέχουσι τῆς αὐτοτελοῦς σοφίας· τοῦτο γὰρ ἐστὶ λόγος καὶ νόησις τοῦ Θεοῦ, καὶ ὑπὲρ τὸν λόγον καὶ νοῦν ἐστὶ ταῦτα. Ποριζόμεθα τοίνυν ἐκ τούτων, ὅτι τὰ νοερά πάντως τῷ Θεῷ πλησιάζουσι· μετέχουσι γὰρ αὐτοῦ πολλαχῶς καὶ κατὰ τὸ εἶναι, καὶ κατὰ τὸ ζῆν, καὶ κατὰ τὸ λογικὰ εἶναι, καὶ ἔτι καὶ νοερά.

§ II. Αἱ γοῦν ἅγιοι καὶ οὐράνιοι διακοσμήσεις, καὶ ὑπὲρ τὰ μόνως ὄντα τὰ ἄψυχα, καὶ ὑπὲρ τὰ ἀλόγως ζῶντα, καὶ ὑπὲρ τὰ καθ' ἡμᾶς λογικὰ τοὺς ἀνθρώπους· τὰ μὲν γὰρ μόνως, τὰ δὲ διττῶς, τὰ δὲ τριττῶς τῆς θείας μετέχουσι διαδόσεως· αἱ γοῦν νοεραὶ καὶ οὐράνιοι τετραχῶς τε καὶ πολλαχῶς ταύτης μετέχουσι. Τέως γε μὴ, ὡς περ ἐφ' ἡμῶν ἔστιν ἰδεῖν, ὅτι ἐκ τῶν κρείττωνων λεγόμεθα, καὶ κυριωτέρως λεγόμεθα λογικὸν παρ' ὃ ζῶα, ἢ καὶ ὄντα, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν θείων δυνάμεων· καὶ ὄντα γὰρ εἰσιν ἐκεῖναι, καὶ ζῶσι, καὶ λογικαί εἰσιν, ἀλλ' ὁμοίως νοεραὶ λέγονται. Καὶ ὡς περ ἡμᾶς σεμνύνει τὸ κατὰ λόγον κινεῖσθαι, οὕτω κάκειναις τὴν θεομιμησίαν παρέχει, νοερῶς κινουμέναις, καὶ πρὸς τὴν θεαρχικὴν ὁρώσας ὁμοίωσιν, κάκειθεν ἐπιεμέναις μορφοῦν τὸ νοερὸν αὐτῶν εἶδος· καὶ διὰ τοῦτο καὶ πλεονας εἰκότως ἔχουσι τὰς πρὸς αὐτὴν κοινωνίας, ὡς οὔσαι, ὡς ζῶσαι, ὡς λογικαί, καὶ ἔτι ὡς νοεραὶ καὶ προσεχεῖς μένουσαι, καὶ οὐ διεσκεδασμένοι κατὰ τὴν διάφορον γνώμην, ὅπερ ἔστιν ἐν ἡμῖν (οἱ γὰρ ἐν Θεῷ ὄντες, συνημμένοι εἰσὶ, καθὼς καὶ παρὰ τῶν θείων Γραφῶν μανθάνομεν· ὅτε γὰρ κατὰ κόσμον ἐμελλε κινεῖσθαι ὁ πρῶτος τῶν μαθητῶν, ἔλεγε· Ὑπάγω ἀλιεύειν, δηλονότι, χωρίζομαι ἐξ ὑμῶν· ὅτε δὲ ἐπίστευον οἱ πιστεύοντες, καὶ κατὰ Θεὸν ἦσαν· Ἦσαν, φησὶν, ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνηγμένοι), καὶ ἀεὶ ἀνατεινόμενοι πρὸς τὸ ἄναντες ἐν συντονίᾳ τοῦ Θεοῦ καὶ ἀκλινοῦς ἔρωτος. Τίς γὰρ ἐξ ἡμῶν ἐζήτησε πώποτε, καὶ ἔφεσιν ἔσχε, βοεῖαν δεῖξασθαι κίνησιν, ἢ λίθου τινὰ ἰδιότητα, ἀλλὰ πάντως ἢ ἔφεσις ἐπὶ τὸ ἄναντές ἐστι. Τοῦτό ἐστι καὶ ἐπὶ ταῖς ἀγγελικαῖς καὶ θείαις δυνάμεσιν, ἀεὶ καὶ ἐφίενται, καὶ εἰσδέχονται τὰς ἀρχικάς καὶ θείας ἐλλάμψεις, καὶ πρὸς τὰς ἐλλάμψεις τάττονται, καὶ τὴν ζωὴν ἅπασαν ἑαυτῶν νοερὰν ἔχουσιν· αἱ γὰρ αὐτῶν οὐσίαι νοῦς ζῶν ἐστὶ· διὰ τοῦτο καὶ, ὡς μὲν προσεχεῖς, πρῶτως ἐν μετουσίᾳ γίνονται· ὡς δὲ πολλὰς ἔχουσαι τὰς τῆς μετουσίας φυσικὰς ἐπιτηδειότητας, πολλαχῶς ἐν μετουσίᾳ τοῦ Θεοῦ γίνονται, καὶ πρῶτως πάλιν πολλαχῶς ἐξαγγέλλουσι τὴν θεαρχικὴν κρυφίότητα, διὸ καὶ ἄγγελοι λέγονται, ἥτοι διὰ τὴν θείαν τοῦ Θεοῦ κρυφίότητα ἐκφαίνεσθαι δι' αὐτῶν, ὅτι ὦν, ὅτι ζῶν, ὅτι νοῦς, εἰ καὶ ὑπὲρ ταῦτα ἀσυγκρίτως ἐστὶν, ἢ καὶ διὰ τὸ δι' αὐτῶν ἡμῖν διαπορθμεύεσθαι τὴν θείαν βούλησιν· οὕτω γὰρ καὶ ὁ νόμος δι' ἀγγέλων ἐλαλήθη κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον, καὶ τοὺς ἐνδόξους πρὸ νόμου, ὡς τὸν Ἀβραάμ καὶ τὸν Μανωὲ, καὶ τοὺς λοιπούς· καὶ μετὰ νόμον, ὡς τὸν Ἰωάννην, τὸν Πέτρον, τοὺς καθ-

pant, tametsi hæc quoque supra omnem vitam existat; quæ vero rationalia sunt, uti nos, et spiritalia, sicut angeli, compotes sunt ipsius per se perfectæ sapientiæ, siquidem hæc ratio est et intellectio Dei, licet simul sit supra rationem et intelligentiam. Ex his itaque præstantiores evadimus, quoniam spiritalia Deo prorsus appropinquant; siquidem ipsum multipliciter participant, tum quod sint tum quod vivant, tum quod rationalia sint atque insuper spiritalia.

§ II. Sanctæ igitur cœlestesque dispositiones superant ea quæ solum sunt inanimata, atque ea quæ sine ratione vivunt nec non ea quæ nobiscum hominibus ratione reguntur: illa siquidem simpliciter, ista dupliciter, atque hæc tripliciter divinum munus participant; sed spiritales istæ cœlestesque naturæ quadrupliciter ac multipliciter ejus compotes existunt. Interim minime, quemadmodum nobis usu venit ut ex partibus nobilioribus appellemur, et magis proprie rationis compotes dicamur quam vel animalia, vel entia, ita etiam circa cœlestes illas virtutes agitur; sunt namque entia, et vivunt, et ratione pollent, et nihilominus simul spiritales nuncupantur. Et sicut nobis laudi est, secundum rationem moveri; ita quoque illis spiritaliter motis, et ad divinam spectantibus similitudinem, indeque spiritalem suam speciem efformare cupientibus, divinam tribuit imitationem; quapropter etiam merito in pluribus cum eadem communicant, tanquam existentes, tanquam viventes, tanquam rationales atque insuper tanquam spirituales atque assidue manentes, et nequaquam distractæ per diversam sententiam uti nobis accidit (qui enim in Deo sunt, collecti sunt, sicut ex divinis Scriptis intelligimus; quando enim primus ille **44** discipulorum secundum mundum commovendus erat dicebat: *Vado piscari*ⁿ, id est, discedo a vobis: quando autem credebant fideles, et apud Deum erant, *Erant*, inquit, *in unum collecti*), et ad anteriora semper summo divini et indeficientis amoris studio intentæ. Quis enim e nobis quæsitivam unquam vel desideravit bovinum motum accipere, vel aliquam lapidis proprietatem? sed omne omnino desiderium ad superiora tendit. Hoc in angelicis quoque virtutibus locum habet, quæ semper etiam superiora appetunt, et primordiales atque divinas suscipiunt illustrationes, et secundum illas ordinantur, omnemque vitam suam habent spiritalem: siquidem eorum naturæ sunt viva quædam mens; idcirco etiam, tanquam assidue quidem, primam habent participationem: in quantum vero multas habent naturales communicandi facultates, multipliciter divini numinis consortes fiunt; ideoque iterum, primum ac multipliciter divinum illud arcanum enuntiant, propter quod et angeli dicuntur: quoniam per illos divinum illud Dei secretum manifestatur, ut, quod sit, quod vivat, quod mens sis,

nametsi supra illa sine comparatione sit: vel etiam, quod per illos ad nos divina voluntas deferatur; sic enim et lex per angelos promulgata est, ut magnus Apostolus testatur: et inclytos ante legem, ut Abraham et Manue cæterosque; et post legem, Josephum, et Petrum, reliquosque Patres nostros, angeli ad divinam voluntatem deduxerunt, partim quid agendum esset edocentes, et ab errore removens, ut Cornelium; partim ad sacros ordines adducentes, ut Danielelem, Ezechielem, et Isaiam; quorum alter quidem mille myriades angelorum quæ Cherubim habebant, alter vero sedentem in visiones mysteriorum, ut Moysi in rubo; partim Danieli.

§ III. Solvit hic objectionem, dicens: Si autem quis dixerit quod etiam sine angelis aliquibus divinæ factæ sint apparitiones, juxta illud: *Apparuit Dominus Abraham*^o, et: *Dixit Deus ad Jacob*^p; discat et hoc evidentem, non ex nobis, sed ex ipsis Scripturis, quomodo hoc quidem, quod est Dei occultum, nemo vidit, neque videbit, secundum Evangelistam Joannem^q, et quod ad Moysen dictum est^r. Divinæ vero apparitiones sanctis factæ sunt, non quod ipsemet Deus, ut in se est, appareret (hoc enim impossibile est), **45** sed quod divina illustratione digni habitus illi qui cernebant, per sacras quasdam visiones, ipsis proportionatas, viderint ea quæ viderunt.

Hanc itaque visionem, quæ divinam similitudinem referebat, ex intuitum ad divinum Numen adductione atque illustratione, sapientissima theologia Dei apparitionem vocat, utpote per quam divinæ illustrationis insitæ visionem, intuentes divina quoque alia edocebantur. Hæc autem visiones patres nostri mediantibus cœlestibus virtutibus didicerunt. Nunquid enim etiam sacram legislationem ab ipsomet Deo Moysi datam, ex sacris Litteris addiscimus, ut nos doceat Moyses secundum veritatem, hanc nimirum legislationem alterius divinæ sacræque legislationis effigurationem esse, nempe ejus quæ per Christum est, et divini Verbi incarnationem?

Quin et magnus ille Paulus hanc per angelos promulgatam tradit, et sanctus Stephanus declarat, dicens: *Qui accepistis legem in dispositione angelorum, et non custodistis*^s; siquidem hoc ipsa lex et ordo legis exigit: nam lex propter ordinem facta est. Exigit itaque tam lex quam ordo ejus, ut posteriora per priora ad divinum Numen adducantur, quemadmodum legum dispositiones ferunt, quibus sacerdotes populi coercentur. Quod etiam locum habet in virtutibus cœlestibus.

Etenim non solum in sublimioribus inferioribusque virtutibus, triam scilicet supremorum ordinum, seraphim, cherubim, et thronorum, et trium hinc subsequentium, ac trium insuper inferiorum, ejusmodi ordinis sanctionem videre liceat;

ἄξις πατέρας ἡμῶν, ἄγγελοι πρὸς τὸ Θεῖον ἀνήγον βούλημα, ἢ τὸ ποιητέον εἰσηγούμενοι, καὶ ἐκ πλάνης μετάγοντες, ὡς ἐπὶ τοῦ Κορνηλίου· ἢ τάξεις ἱερᾶς, ὡς ἐπὶ τοῦ Δανιὴλ, καὶ τοῦ Ἰεζεκιήλ, καὶ τοῦ Ἡσαίου· ὧν ὁ μὲν ἀγγέλων μυρίας μυριάδας παρεστηκυίας θεεάσατο, ὁ δὲ θρόνον εἶδε καὶ ἐχόμενα τὰ Χερουβιμ, ὁ δὲ τὸν καθήμενον ἐπὶ θρόνου, καὶ κύκλῳ τὰ Σεραφίμ θεεάσατο· ἢ μυστηρίων ὁράσεις, ὡς ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως ἐπὶ τῆς βάτου· ἢ καὶ θείας προρρήσεις ἀναφαίνοντες, ὡς ἐπὶ τοῦ Μανουὲ καὶ τοῦ Δανιήλ.

astantes conspexit, alter vero thronum vidit, et in throno, et in circuitu Seraphim aspexit: partim etiam divinas prædictiones revelantes, ut Manoe ac

§ III. Λύει ἐνταῦθα ἀντιπίπτον, λέγων· Εἰ δέ τις λέγει, ὅτι καὶ δίχα τῶν ἀγγέλων ἐγένοντό τισι θεοφάνειαι, ὡς τὸ· *ᾠφθη Κύριος τῷ Ἀβραάμ, καὶ, Εἶπεν ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Ἰακώβ*· μανθανέτω καὶ τοῦτο σαφῶς οὐκ ἐξ ἡμῶν, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν Γραφῶν, ὡς αὐτὸ μὲν τὸ τοῦ Θεοῦ κρύφιον οὐδεὶς ἐώρακεν ἢ βφεται, κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, καὶ τὸ πρὸς τὸν Μωϋσῆν εἰρημένον. Θεοφάνειαι δὲ τοῖς ὁμοίοις ἐγένοντο, οὐ διὰ τὸ φαίνειν τὸν Θεὸν ἑαυτὸν, ὅτι ποτέ ἐστι (τοῦτο γὰρ ἀμήχανον), ἀλλ' ὅτι θείας ἐλλάμψεως ἀξιούμενοι οἱ βλέποντες, διὰ τινῶν ὁράσεων ἱερῶν, καὶ αὐτοῖς ἀναλόγων, ἐβλεπον ἄπερ ἐβλεπον.

τὴν γοῦν ὄρασιν ἐκείνην, ἥτις ἐνέφανε τὴν θεῖαν ὁμοίωσιν ἐκ τῆς τῶν ὁρώντων ἐπὶ τὸ Θεῖον ἀναγωγῆς καὶ ἐλλάμψεως, ἢ πάνσοφος θεολογία καλεῖ θεοφάνειαν, ὡς δι' αὐτῆς δὴ τῆς ὁράσεως τῆς θείας ἐγγινομένης ἐλλάμψεως, καὶ τι ἀπὸ τῶν θείων ἱερῶν μουμένων τῶν ὁρώντων. Ταύτας δὲ τὰς ὁράσεις οἱ πατέρες ἡμῶν διὰ μέσων τῶν οὐρανίων ἐμυσῶντο δυνάμεων. Ἡ γὰρ οὐχὶ καὶ τὴν ἱερὰν νομοθεσίαν αὐτόθεν ἐκ Θεοῦ τῷ Μωϋσῆι δεδιωρημένην, ἐκ τῆς ἱερᾶς Γραφῆς μανθάνομεν, ὅπως ἂν ἡμᾶς μύησῃ ὁ Μωϋσῆς κατ' ἀλήθειαν τὸ εἶναι τὴν θεομοθεσίαν ταύτην θείας ἐτέρας καὶ ἱερᾶς νομοθεσίας ὑποτύπωσιν, τουτέστι τῆς κατὰ Χριστὸν καὶ τὴν τοῦ Λόγου θεῖαν ἐνανθρώπησιν;

Ἄλλὰ καὶ ὁ μέγας Παῦλος δι' ἀγγέλων λαληθῆναι λέγει ταύτην, καὶ ὁ ἅγιος Στέφανος δηλοῖ, λέγων· *Οἱ τινες ἐλάβετε τὸν τόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, καὶ οὐκ ἐφυλάξατε*· τοῦτο γὰρ ἀπαιτεῖ καὶ ἡ ἐκ νόμου τάξις· ὁ γὰρ νόμος διὰ τάξιν γέγονεν· ἀπαιτεῖ γοῦν αὐτὸς ὁ νόμος καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ τὸ διὰ τινῶν πρώτων ἀνάγεσθαι πρὸς τὸ Θεῖον τὰ δευτέρα, ὡς ἔχουσιν αἱ τῶν νόμων διατάξεις, καθ' ὅς οἱ ἱερεῖς τοῦ λαοῦ διαστέλλονται. Οὕτως ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῶν οὐρανίων δυνάμεων.

Καὶ γὰρ οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ὑψηλοτέρων τε καὶ ὑφειμένων δυνάμεων, δηλονότι τῶν τε ὑπεράνω τριῶν τάξεων, τῶν σεραφίμ, τῶν χερουβιμ, καὶ τῶν θρόνων, καὶ τῶν ὑποκάτω τούτων τριῶν, καὶ ἐπὶ τῶν ὑποκάτω τριῶν, ἐστὶν ἰδεῖν τὸν τοιαῦτον θεσμόν τῆς

τάξεως· ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῶν μόνων τῶν ὁμοταγῶν, ἅ
 δηλονότι τῶν τριῶν μόνων, ὥστε εἶναι τὰς τάξεις
 πρώτας, καὶ μέσας, καὶ τελευταίας· ἐπὶ μὲν γὰρ
 πάσαις τρεῖς, καὶ τρεῖς, καὶ τρεῖς εἰσὶν αἱ δυνάμεις· ἐπὶ
 δὲ μιᾷ ἐκάστη ὁμοταγεῖ τάξει, αἱ πᾶσαι τρεῖς εἰσὶν,
 ὥστε κάκεισε καὶ ἐνταῦθα τὸ πρῶτον, καὶ τὸ μέσον,
 καὶ τὸ τελευταῖον γνωρίζεται. Προσῆκον τοίνυν καὶ
 ἐπὶ τῶν κάτω ἐλλάμψεων, τὸ δι' ἄλλων ἔροι τῶν
 ἀγγελικῶν τάξεων ἀπὸ Θεοῦ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους
 διαβιβάζεσθαι τὰ μυστήρια· ὅτι καὶ ἐκεῖσε οἱ θεϊό-
 τεροι μύσται, τῶν ἡττόνων χειραγωγοὶ εἰσὶν ἐπὶ τὴν
 θεῖαν κοινωνίαν καὶ ἔλλαμψιν.

§ IV. Βλέπω δὲ ὅτι καὶ τὸ περὶ τῆς ἐνσάρκου καὶ φι-
 λανθρώπου τοῦ Ἰησοῦ οἰκονομίας μυστήριον, ἄγγελοι
 πρῶτον ἐμυήθησαν, εἶτα διὰ τούτων εἰς ἀνθρώπους
 διέβη ἡ τῆς γνώσεως χάρις· οὕτω γὰρ καὶ Γαβριήλ
 τὸν Ζαχαριαν ἐμυσταγώγει, ὅτι προφήτης ἔσται ὁ
 ἐξ αὐτοῦ παρ' ἐλπίδα γεννησόμενος παῖς. Προφήτης
 δὲ ποίας ὑποθέσεως; τῆς κατὰ σάρκα ἐπιφανείας
 τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Ἀνδρικὴν γὰρ θεουργίαν, τὴν
 τοῦ Δεσπότη Χριστοῦ ἐνανθρώπησιν λέγει, καθ' ἣν,
 Θεὸς ὢν, ἐν σαρκὶ τὰ θεῖα ἐργάζετο. Τὴν δὲ Παρ-
 θένον θεοτόκον, ὅπως ἐν αὐτῇ γενήσεται τὸ ἀρρήτον
 τῆς θεοπλαστίας μυστήριον. Θεοπλαστίαν δὲ λέγει,
 ὅτι, Θεὸς ὢν, ἐπλάσθη ἐν τῇ νηδύϊ τῆς πανάγου
 Θεομήτορος, καθὼ γέγονεν ἀνθρώπος. Ἐτερος δὲ πάλ-
 λιν τῶν ἀγγέλων τὸν Ἰωσήφ ἐδίδαξε, πῶς ὁ τῷ Δαβὶδ
 ἐπηγγελέμενος ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας αὐτοῦ τεθήσε-
 σθαι ἐπὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ, ἤδη τὴν χρονικὴν ἀρχὴν
 κατὰ σῶμα δέχεται· καὶ ἄλλος τοὺς ποιμένας, ὡς
 τῶν πολλῶν ἀναχωρητικούς καὶ ἡσυχία ζῶντας, εὐηγ-
 γελίζετο σὺν ἱεὶ καὶ πλήθος οὐρανίας στρατιᾶς τὸν
 γεννηθέντα ἐδοξολογεῖ. Ταῦτα δὲ πάντα κατασκευα-
 στικά εἰσι τοῦ διὰ τινων δυνάμεων τὰς θεοφανείας
 γίνεσθαι, καὶ οὐκ ἀμέσως, καθὼς οἰηθεῖται τις.

Ἡδὴ προβαίνων ὁ λόγος μέχρι αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος
 πρόεισι· καὶ αὐτὸς γὰρ, ἡ ὑπερούσης αἰτία τῶν οὐ-
 ρανίων δυνάμεων, πρὸς τὸ καθ' ἡμᾶς ἀμεταβλήτως
 ἐληλυθώς, οὐκ ἀποπηδᾷ τῆς ἀνθρωποπαθοῦς εὐτα-
 ξίας, τὸ δι' ἀγγέλων δηλονότι τὰ καθ' αὐτὸν παραδη-
 λουῖσθαι, καὶ οἰκονομεῖσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πα-
 τρός· διὰ μέσον γὰρ αὐτῶν ἀγγέλλεται τῷ Ἰωσήφ
 ἢ πρὸς Αἴγυπτον ἀναχώρησις, καὶ ἡ ἀπ' Αἰγύπτου
 πρὸς τὴν Ἰουδαίαν αὐθις μεταγωγὴ. Καὶ δι' ἀγγέλων
 αὐτὸν ὁρῶμεν ὑπὸ τὸν νόμον ταπτόμενον· ὁ γὰρ
 τοιοῦτος νόμος δι' ἀγγέλων ἐδόθη, ὅφ' ὅν καὶ αὐτὸς
 γενόμενος, δι' ἀγγέλων δηλονότι τὴν θεομοθεσίαν
 δέχεται. Παραλείπω λέγειν σοι ὡς εἰδῶτι, ὅ Τιμό-
 θεε, τὰ τῶν Γραφῶν μυστήρια, καὶ περὶ τοῦ ἀγγέλου
 τοῦ τὸν Δεσπότην Χριστὸν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάθους
 ἐνισχύσαντος· ὁ γὰρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγει ὁ μέγας
 Λουκᾶς, ὡς μυστήριον παρεδόθη ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου
 Παύλου τούτοις. Ἐν καὶ τὸ ἐπέκεινα τούτων, ὅτι καὶ
 αὐτὸς Ἄγγελος τῆς μεγάλης βουλῆς λέγεται παρὰ τῷ
 Ἡσαΐᾳ, ἐλθὼν καὶ αὐτὸς εἰς ἐκφαντορικὴν τάξιν διὰ
 τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ ἀγγελοπρεπῶς λέγων·
 Ὅσα ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρὸς, ταῦτα λελά-
 ζηκα, καὶ τὸ Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς

A verum etiam in ipsismet solis æqualibus, scilicet
 tribus solis, ita ut sint ordines primi, medii ac
 postremi; siquidem in omnibus tres, et tres, et
 tres sunt virtutes, in unoquoque autem ordine
 æquali, omnes tres sunt; ut tam ibi quam hic pri-
 mum, et medium, et postremum dignoscatur. Con-
 veniebat itaque in inferioribus quoque illustratio-
 nibus, ut per alios, scilicet per ordines angelicos,
 a Deo ad homines mysteria derivarentur: quoniam
 etiam hic diviniore mystæ inferiorum manudu-
 ctiores existunt, ad divinam communionem et illu-
 strationem.

§ IV. Video autem etiam angelos de incarnatio-
 nis et humanitatis Jesu mysterio primum edoctos
 esse, deinde per hos ad homines cognitionis gratia
 descendit; sic enim Gabriel Zachariam docuit,
 prophetam fore puerum illum, qui ex ipso præter
 spem **46** nasceretur. Sed qualis argumenti pro-
 pheta? apparitionis Filii Dei secundum carnem.
 Virilem enim Dei operationem vocat Christi Do-
 mini Incarnationem, secundum quam, cum Deus
 esset in carne, divina gessit, Delparam vero vir-
 ginem instruxit, quomodo in ipsa fieret ineffabile
 Dei formationis mysterium. Porro Dei formatio-
 nem vocat, quod cum Deus esset, formatus sit in
 utero castissimæ Dei Matris, in quantum homo
 factus est. Alius item angelus Josephum docuit,
 quomodo is, qui Davidi promissus erat de fructu
 ventris ejus collocandus in throno ipsius, jam
 principium temporale secundum corpus assumeret;
 alius etiam pastoribus, tanquam in solitudine ac
 quiete viventibus, evangelizavit; cum quo etiam
 multitudo cœlestis exercitus natum glorificavit.
 Hæc autem omnia probant, per virtutes aliquas
 divinas apparitiones fieri, et non immediate, sicut
 quidam posset opinari.

Hactenus sermo noster ad ipsum usque Salvato-
 rem progressus, quoniam et ipsomet superessen-
 tialis cœlestium virtutum auctor existens, post-
 quam naturam nostram immutabiliter assumpsit,
 nequaquam refugit humanam ordinationem, ut
 scilicet per angelos, ea quæ ad ipsum spectant,
 revelentur ac disponantur a Deo ac Patre: siqui-
 dem ipsorum opera Josepho annuntiat recessus
 in Ægyptum, et ab Ægypto iterum in Judæam ad-
 litus. Et per angelos ipsum videmus sub lege con-
 stitutum: nam per angelos ejuscemodi lex data
 est, sub qua etiam ipse factus, per angelos pro-
 fecto legis sanctionem accipit. Omitto tibi tan-
 quam scienti, ο Timothee, recensere mysteria
 Scripturarum, et de angelo passionis tempore
 Christum Dominum confortante: quod enim in
 Evangelio magnus Lucas refert, tanquam myste-
 rium his ab apostolo Paulo traditum est. Unum
 porro illud etiam hæc superat, quod etiam ipsemet
 magni consilii Angelus ab Isaia nominatur; quan-
 doquidem etiam ipse propter nostram salutem in
 ordinem venerit eorum qui manifestandi munus
 obeunt, et angelorum more dixerit: *Quæcumque*

audiui a Patre, hæc locutus sum ¹, et illud : *Mani-* Α ἀνθρώποις, πρὸς τὸν Πατέρα λεχθέν· τοῦτο γὰρ
festavi nomen tuum hominibus ², ad Patrem dictum : ἔστιν ἡ ἐκφαντορία.
hoc siquidem est manifestatio.

47 CAPUT V.

Quare omnes essentiā cœlestes communi nomine
angeli vocentur:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε.

Διὰ τί πῦσαι αἱ οὐράνιοι οὐσίαι κατὰ κοινού
ἄγγελοι λέγονται.

SYNOPSIS CAPITIS.

bus excitationem, nec non innumerabiles eorum pedes, multasque facies sanctus ille theologus videret, utque alis tam pedum quam facierum aspectus arcerentur, atæque mediæ perpetuo moverentur, ad intelligibilem eorum quæ cernebat scientiam adducebatur, explicata illi supremorum spirituum multivaga plurimaque cernendi facultate, sacraque eorum reverentia, quàm supermundialiter exhibent in sublimiorum profundiorumque mysteriorum insolenti ac temeraria impenetrabilique perscrutatione, nec non optime digesta Deum imitativum actionum incessabili et altivolante perpetua motione. Quin et divinum illud præstantissimumque laudis canticum discebat, angelo qui visionem efformabat; prout poterat, ipsi theologo sacram suam scientiam communicante. Quin et hoc ipsum edocebat, quomodo divinæ claritatis ac munditiæ pro cujusque captu participatio, quoquo modo mundis etiam esset expiationi. Quæ cum præcipuis de causis a Dei principatu in cunctis sacris mentibus superessentiali quodam secreto operatur, supremis tamen virtutibus Deoque proximis manifestior quodammodo existit; iisque magis se exultat et insinuat; secundis vero novissimisve nostris virtutibus hisce spiritualibus, prout quæque a deformitate ipsa distat, ita claram ejus illustrationem ad secreti sui singularem confert ignorantiam. Secundas porro sigillatim per primas illustrat, et ut summam dicam, primitus ex occulto in apertum ducitur per virtutes primas. Hoc igitur theologus ab angelo, qui ipsum illustrabat, discebat, quomodo cum ipsamet expiatio, tum cæteræ Dei principales operationes omnes, per primas essentias clucentes, in omnes reliquas distribuuntur, juxta cujuslibet ad deificas participationes capacitatem: quapropter per ignem expiandi proprietatem merito ipsis seraphim secundum Deum tribuit. Nequaquam igitur absurdum sit, si theologum expiare seraphim perhibetur. Ut enim Deus, hoc ipso quod omnis expiationis causa sit, omnes purificat, **115** vel potius (ut magis obvio exemplo utar) sicut apud nos pontifex, dum per ministros suos seu sacerdotes expiat, illuminative, ipsemet expiare et illuminare dicitur, quod illi ordines, quos consecrat, sacrosanctas suas in ipsum referant actiones: sic angelus quoque qui theologum expiabat, propriam purgandi vim atque scientiam Deo quidem, ut auctori, seraphim vero, tanquam primicerio sacrorum antistiti, attribuit; ac si dicat, cum angelica quadam reverentia cum qui purgabatur instituens: Ejus quæ in te meo ministerio perficitur expiationis, principium quidem præcipuum, et essentia

VARIÆ LECTIONES.

¹⁴ εἰς τὴν τῶν ὑψηλοτέρων, D. ¹⁵ καὶ ἀγνόητος, D. et Bud. V. διαυγείας ἀγνόητος, ἀγνόητος, M. corrupte opinor; ejus lectionis tamen vestigium est in translatione Scoti, vertit enim, *incognitæ*. ¹⁶ αὕτη, Ch. D. ¹⁷ τελεσιουμένη, D. ¹⁸ ἢ τῶν ἡμῶν, M. P. Ch. Sc. Sar. ἢ τῶν πρὸ ἡμῶν, D. V. τῶν ἐσχάτων ἢ τῶν μέσων νοερῶν. ¹⁹ γρ. φαεινὴν. ²⁰ εἶναι αἰτία, D. S. P. εἶναι αἰτία καὶ ἀρχή, Ch. V. εἶναι αἷτιος. ²¹ τελεσιουργῶν, Ch.

opifexque atque auctor est is, qui primas etiam
essentias et in lucem protulit, et juxta se collo-
cando continet, atque conservat immutabiles, li-
psusque expertes, et easdem movet ad primas pro-
videntiæ suæ operationes participandas; hoc enim
is qui hæc me docuit, seraphim legationem decla-
rare dixit. Principes autem sacrarum, et post Deum
dux, primarum essentialium ordo, a quo ego dei-
formiter expiare didici, is ipsius, inquam, est,
qui per me te expiat, per quem providentiæ suæ
actiones ex abdito ad nos produxit is, qui est au-
ctor et effector omnis expiationis. Atque hæc
ille quidem me docebat, tibi autem ipse trado;
tuæ vero intelligendi discernendique scientiæ erit,
aut per alteram dictarum causarum omni ambi-
guitatis scrupulo absolvi, eamque alteri, utpote
probabilem, et consentaneam, ac forte veram, an-
teponere; aut per te, quid cum veritate conjunctius
sit invenire, aut ab alio discere (Deo scilicet ver-
bum tribuente, quod et angeli interpretentur),
nobisque angelorum studiosis revelare clariorem
(si fieri possit) mihi que gratiorem contemplatio-
nem.

A καὶ πρὸς τὸ εἶναι παραγαγὼν, καὶ τῆ περὶ αὐτὸν
ιδρύσει συνέχων καὶ διατηρῶν ἀτρέπτους τε καὶ
ἀμεταπτώτους αὐτούς, κινῶν²² ἐπὶ τὰς πρώτας τῶν
οἰκειῶν προνοητικῶν ἐνεργειῶν μετουσίας· τοῦτο
γὰρ ὁ ταῦτά με διδάσκων ἔφη τὴν τοῦ σεραφίμ
ἐμφαίνειν ἀποστολήν. Ἰεράρχης δὲ καὶ μετὰ Θεοῦ
ἡγεμῶν, ὁ τῶν πρωτίστων οὐσιῶν διάκοσμος, παρ'
οὗ τὸ καθαίρειν ἐγὼ θεοειδῶς ἐμυθήθην, οὗτος οὖν
ἐστὶν ὁ δι' ἐμοῦ σε καθαίρων· δι' οὗ τὰς οἰκειάς
προνοητικὰς ἐνεργείας ἐκ τοῦ κρυφίου καὶ εἰς ἡμᾶς
προήγαγεν ἡ πάσης αἰτίας καὶ δημιουργὸς καθάρ-
σεως. Ταῦτα μὲν ἐκεῖνος ἐδίδασκέ με, σοὶ δὲ ἐγὼ
μεταδίδωμι· τῆς σῆς δ' ἂν εἴη νοεράς καὶ διακρι-
τικῆς ἐπιστήμης, ἢ θατέραν τῶν εἰρημένων²³ αἰτιῶν
ἀπολυθῆναι τῆς ἀπορίας, καὶ ταύτην τιμῆσαι πρὸ
τῆς ἐτέρας, ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ τὸ εὐλογον, καὶ ἴσως
τὸ ἀληθὲς ἔχουσαν· ἢ παρ' ἑαυτοῦ τι τοῦ ὄντως ἀλη-
θοῦς συγγενέστερον ἐξευρεῖν, ἢ παρ' ἐτέρου μαθεῖν
(Θεοῦ δηλαδὴ διδόντος ῥῆμα, καὶ προξενούντων ἀγ-
γέλων), καὶ τοῖς φιλαγγέλοις ἡμῖν ἀνακαλύψαι διαυγῆ
μᾶλλον (εἴπερ οἶόν τε ἦ²⁴) καὶ ἐμοὶ μᾶλλον ἐραστήρ
θεωρίαν.

ADNOTATIONES CORDERII.

Ex hoc capite sancti Dionysii divus Thomas in prima parte, q. 112, art. 2, movet quæstionem
utrum omnes angeli in ministerium mittantur, et in corpore respondet, angelos inferiores tantum mitti
de lege communi, superiores vero ex divina dispensatione. Hoc enim, inquit, habet ordo divini Provi-
dentia, non solum in angelis, sed etiam in toto universo, quod inferiora per superiora administrantur:
sed ab hoc ordine in rebus corporalibus aliquando ex divina dispensatione receditur, propter ordinem
altiore, secundum videlicet quod expedit ad gratia manifestationem.

Determinat etiam hoc capite sanctus Dionysius quamdam quæstionem, quæ mota fuit ex iis quæ c. 6,
§ 2, dicta sunt: ubi docet primam hierarchiam circa **116** Deum assidue versari, illique jugiter inhae-
rere. Item cap. 7, § 2, ait primas illas essentialias, quasi in vestibulo ipsius Divinitatis collocatas, etc.
Quibus locis significari videtur, quod semper Deo assistant, et ad nos exterius non mittantur:
cujus contrarium videtur docere Isaias c. vi, ubi dicit unum de seraphim missum ad purgandum
prophetam.

§ I. Proponit quæstionem: quæ cum fundetur in distinctione muneris assistendi et ministrandi,
notandum angelos posse dici diversimode Deo assistere. Ac primo quidem, si assistere sumatur pro
faciem Dei contemplari, sic assistunt omnes boni angeli, qui semper vident faciem Patris qui in cælis
est (Matth. xviii). Secundo, si assistere sumatur pro immediate recipere illuminationes a Deo, sic tantum
assistunt tres primi ordines. Tertio, si assistere accipiatur pro appropinquare Deo, et extraneum esse ab
exterius missione, sic assistunt quatuor primi ordines. Ministrare vero est nuntiare pro temporis oppor-
tunitate, vel operari secundum officium; est enim ministerium nuntii et officii.

§ II Tradit primam quæstionis solutionem, scilicet, quod ille qui purgavit prophetam, fuerit de
interioribus ordinibus, dictus seraphim æquivoce, per imitationem actus superiorum, quia purgavit
per ignem.

§ III. Ponit secundam solutionem, scilicet quod ille qui purgavit prophetam, fuerit de primo ordine;
sed non purgaverit ministerio, sed auctoritate, in quantum videlicet inferior angelus virtute ipsius
recepta purgavit prophetam: et sic reducitur operatio in ipsum. Confirmat autem hoc persimile virtutis
divinæ, universaliter in omnia diffusæ, cujus illuminatio pervenit in intellectualia proportionaliter, non
secus atque lux vel calor materialis, ea corpora quæ magis apta ad sui susceptionem invenit, magis illu-
minat aut accendit.

§ IV. Describit visionem et expiationem Isaiæ propheta, quam ipse de se cap. vi narrat, de qua ita
Gregorius Theologus secundo De theologia libro ait: « Quid de Isaiâ et Ezechiele, qui uterque maximor-
um mysteriorum spectator fuit, ac de reliquis propheta dicere poteris, ex quibus ille quidem Dominum
Sabaoth sedentem in throno gloriae vidit, et hunc a seraphinis sexaligeris stipatum, laudatum et oblectum,
seque carbone ignis purgatum, et ad prophetiam instructum; hic vero vehiculum ex cherubinibus descri-
bit, et super eos thronum, et super thronum firmamentum, et eum qui in firmamento apparebat,
et voces quasdam et impetus, et actiones: atque hoc quidem, sive erat visum diurnum solis sanctis
aspectabile sive nocturna et vera visio, sive informatio futurorum tanquam præsentium in mente,

VARIAE LECTIONES.

²² καὶ αὐτὸς κινῶν, S. P. D. Sc. Sa. αὐτοκινῶν. M. Ch. ²³ θατέρα, Ch. D. θατέρων εἰρημένων, S. Bud.
codex: correxit tamen, θατέρα τῶν, alteram, verunt Sc. et Sar. ²⁴ ἦ non est in Ch.; videtur legen-
dum εἴη.

sive alia species arcana prophetiæ, non possum affirmare; Deus prophetarum novit, et quibus talia contigerunt. »

Nota autem ex P. Cornelio congruas aliquot rationes hujus visionis. Prima, ut per eam quasi consecraretur propheta et apostolus. Secunda, ut a cœlestibus spiritibus disceret, quomodo divina tractanda sint. Tertia, ut animaretur a Deo ad libere arguendam cœcilitatem Judæorum. Quarta, ut doceretur mysterium SS. Trinitatis, et nobis idem adumbraret. Plura vide apud P. Cornelium, qui ad caput sextum Isaiaë hanc visionem fuse explicat, et simul illa quæ superius ad caput sextum et septimum notavimus.

PARAPHRASIS PACHYMERÆ (18).

§ I. Φέρει καὶ ἑτέραν ἀπορίαν ζητήσωμεν, ἐπεὶ ἄναντιοφανὲς εἶναι δοκεῖ τοῖς λεχθεῖσιν· ἔφη γὰρ πρὸ τούτων, ὅτι τὰ κατώτερα ὑπὸ τῶν ὑπερκειμένων, οὐ μὴν τῶν ἀνωτάτω μουνοῦνται. "Ὅρα δὲ, ὅτι καὶ τότε ἐζητήθη ταῦτα, καὶ διαφορῶς ἐπελύθη. Ζητεῖται γὰρ, τίνος ἕνεκα πρὸς τὸν Ἥσαϊαν ὁ σεραφίμ ἀποστέλλεται, καὶ οὐκ ἐκ τῶν κατωτάτω ταγματῶν, ἐπεὶ ἐλέγομεν, εὐτάκτως ἢ μύησις γίνεται διὰ τῶν πρώτων εἰς τὰ δευτέρα· διὰ τί γοῦν καθαίρει τὸν ὑποφήτην ὁ ταῖς ἀνωτάτω τάξεσιν ἐναριθμῶς;

§ II. Τινὲς μὲν οὖν φασιν, ὅτι καὶ ὁ κατωτέρω ἄγγελος ὁμωνύμως σεραφίμ ὀνομάζεται, κατ' αὐτὸν τὸν τῆς κοινωνίας λόγον, ὃν καὶ πρότερον ἐλέγομεν, ὅτι μετέχουσι καὶ τὰ κάτω τῶν ὑπερβεθηκότων, καὶ τὰ ὑπερβεθηκότα τῶν κάτω· εἰ καὶ ταῦτα μὲν ὀλικῶς, τὰ δὲ κάτω τῶν ὑπερβεθηκότων μερικῶς τε καὶ ἀμυδροτέρως. Διὰ τοῦτο οὐχ ἓνα τῶν πρωτίστων σεραφίμ ὀνομάζει τὸ λόγιον ἐπὶ τὴν κάθαρσιν τοῦ προφήτου ἐληλυθέναι, τινὰ δὲ τῶν κατωτάτων ἀγγέλων, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐφεστηκότων, ὡς ἱεουργὸν τῆς καθάρσεως, σεραφίμ ὁμωνύμως κληθῆναι· σεραφίμ γὰρ ἐμπρηστῆς ἢ θερμαίνων ἐρμηνεύεται. Ἐπειοῦν ἔδει πρότερον ἀπὸ τῶν ἀμαρτιῶν καθαρθῆναι τὸν προφήτην, καὶ εἶτα μυηθῆναι τὰ θεῖα, ἐκλήθη ὁ καθαίρων καὶ ἀναζωπυρῶν ἄγγελος διὰ τὴν τοιαύτην ἐνέργειαν σεραφίμ. Ἄς γοῦν ἐμπρηστῆς τὰς ἀμαρτίας κατέκαυσεν· ὡς δὲ θερμαίνων τὴν πρὸς τὴν θεῖαν ὑπακοὴν ἐνήργησεν ἀναζωπύρησιν· Ἴδου γὰρ ἐγὼ, φησὶν. "Ὅθεν καὶ ἀπὸ τῆς ἐνεργείας ἐκλήθη ὁ ἄγγελος σεραφίμ, καὶ οὐκ ἦν εἰς τῶν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τῆς πρώτης τάξεως.

§ III. Ἐτερος δὲ τις δέδωκε λύσιν τῆς τοιαύτης ἀπορίας οὐ σφόδρα ἄτοπον. Τοῦτο δὲ οὐ πάντως πρὸς σύγκρισιν τοῦ μετρίου εἶρηκεν, ἤγουν τυχὸν ἄτοπον μὲν, ἀλλ' οὐ σφόδρα, ἀλλὰ μετρίως ἄτοπον. Οὐ τοῦτο, ἀλλὰ οὔτε ἄτοπον, οὔτε σφόδρα, κατὰ σχῆμα τὸ ἀπὸ κοινοῦ· καθὼς καὶ ὁ μέγας Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἐν τινι τῶν αὐτοῦ λόγων διδάσκει, ὡς τοῦ· «Ὁὐ διὰ τὰς δικαιοσύνας ἡμῶν ἄς ἐποιήσαμεν· οὐ γὰρ ἐποιήσαμεν.» Καὶ πάλιν· Οὐκ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα, καθὼς παρὰ τῷ Εὐαγγελιστῇ Ἰωάννῃ εὑρηται. Εἶπε τοίνυν ἐκεῖνος ἀπόλογίαν εὐλογον, ὅτι οὐκ ἀπεικὸς ἦν, τὸν μὲν προφήτην ἀναχθῆναι διὰ τίνος τῶν ἐφεστώτων ἡμῶν ἀγγέλων· τέως δὲ ὁ τοιοῦτος ἄγγελος ὁ διαπλάσας τὴν τοιαύτην ὄρασιν· οὐ γὰρ γυμνὰ πράγματα καὶ οὐσίας οἱ προφήται

§ I. Agedum etiam aliam quæstionem indagemus, quoniam videtur esse dictis contraria: dixit enim antea, inferiores a præcedentibus, non autem a supremis doceri. Observa autem, ut et hæc tunc quæsitæ, et diversimode soluta sint. Quæritur enim, cur ad Isaïam seraphim mittatur, et non aliquis ex ordinibus inferioribus, quandoquidem dixerimus, ordinate doctrinam tradi per primos inferioribus: quare ergo prophetam expiat is qui supremis ordinibus annumeratur?

§ II. Aliqui itaque dicunt, inferiorem angelum univoce seraphim nominari, secundum eandem communicationis rationem quam antea assignavimus, **117** quod nimirum inferiores ea quæ superiorum sunt participant, uti et superiores ea quæ sunt inferiorum; licet hi quidem totaliter, illi vero tantum ex parte et remissiori gradu. Quocirca non dicit oraculum, primorum aliquem seraphim ad prophetam expiandum advenisse, sed quemdam ex inferioribus angelis qui hominibus præsent, tanquam expiationis administrum, eodem cum seraphim nomine vocatum: seraphim enim *incensor* vel *calefactor* interpretatur. Cum itaque primum oporteret a peccatis prophetam expiari, ac deinde divina edoceri, is angelus, qui eum expiabat ac resuscitabat, propter istiusmodi operationem seraphim vocabatur. Tanquam incensor itaque peccata comburebat, tanquam calefactor vero ad divinam obedientiam ipsum excitabat. *Ecce enim me* ¹, inquit. Quare etiam ab isto actu angelus seraphim vocatus est, cum non esset unus ex primo isto ordine, et qui circa Deum sunt.

§ III. Quidam alius item non admodum incongruam hujus quæstionis solutionem tradidit. Illud autem non omnino ad comparationem mediocritatis retulit, ac si forte absurdum quidem, sed non valde, at mediocriter absurdum esset. Non ita: sed neque absurdum, neque valde absurdum, juxta communem loquendi formam, quemadmodum magnus ille Gregorius Theologus in quodam sermone suo docet, ut in illo: «Non secundum justificationes nostras, quas fecimus nos; neque enim fecimus;» et iterum: *Non ad mensuram dat Deus spiritum* ², sicut in evangelista Joanne reperitur. Protulit itaque honestam præcautionem, quod non absimile esset, prophetam adductum esse per aliquem nobis præpositorum angelorum. Hic autem angelus

¹ Isa. vi. ² Jo. iii, 54.

(18) Vide Schol. S. Maximi, tom. II, cap. 45.

εἴδωκεν εἰς τοιαύτην visionem : non enim nudas res et essentialias prophetæ videbant, sed ænigmata symbolaque ab angelis efficta. Iste igitur angelus qui theologum erudiebat, adduxit hunc ad Deum, et ad primam quæ post Deum est hierarchiam, scilicet seraphim : ita ut iterum adductio esset angeli adducentis. Et ait sanctus istam fortassis orationem esse veram. Quomodo autem vera sit, demonstrat explicando ea quæ dixit. Referebat enim, inquit, ille, quomodo divina vis ad omnia pertingeret, et ad omnia incomprehense ac sine mistione permearet : non enim ita continetur ab aliquo, ut alibi non prodeat. **118** Et iterum, omnibus est occultus ob duas has causas, quod nimirum ab omnibus superessentialiter exemptus sit, et dissimilis (simile autem a simili cognoscitur); et occulte providentias suas transfundat (quis enim novit sensum Domini?); ut merito semper vigilemus, nescientes rationes ejus, et horam qua res quælibet utiliter disponetur. Hanc itaque illustrationem etiam spiritualibus essentiis transmittit, verum pro cuiusque captu, et juxta mensuram virtutis eorum qui illam recipiunt, primum nempe primis, et per illos inferioribus : uti etiam proprio ac sensibili exemplo declarat, quod iis quidem quæ dicuntur non satis congruit, nobis tamen notum est. Proponit enim radium solarem; hic trajicitur in primam materiam perlucentiorem, vitrum, verbi gratia, per quod clarius affulget. Quomodo clarius? Nobis videlicet, minime facta comparatione cum priori illustratione, sed cum proportione visus ad lumen recipiendum : siquidem lux copiosa visum potius obtundit, si non sit commensa oculis se excipientibus. Distribuit etiam materiis crassioribus, et propter ineptitudinem, quam habent ad illustrationem trajiciendam, et obscura fit, eoque sensim contrahitur, ut distribui aliis non possit. Accipe et aliam ab igne contemplationem. Calor ignis magis se diffundit in ea quæ ipsius sunt capaciora, et ad calorem facile cedunt, et adducuntur : verum in naturis illi reluctantibus, ut adamantis, vel contrariis, ut aquæ, vel nullum aut exile efficacitatis ejus igneæ vestigium apparet : quodque hoc majus est, ad ea quæ non sunt cognata, verbi gratia, aquam (nam aqua frigida et humida est, ignis vero calidus et siccus), per alia quæ illi sunt cognata, verbi gratia, per vas primum accedit. Primum autem dixit, non quod immediate, sed per ea quæ prima sunt accedat primum ad ea quæ non sunt cognata, ad ea postmodum, verbi gratia, calefacienda : primum enim ignita faciendo illa quæ quoquo modo cognata sunt, per eadem etiam quæ non sunt cognata calefacit. Secundum hanc itaque rationem naturalem, ea quoque quæ supra naturam sunt considera : Deus enim omnis rectæ ordinationis ordinisque principatus, illustrationis suæ splendorem primordialiter, luculenta et admiranda fusione supremis illis mentibus manifestat, et per illas reliquæ deinceps istum radium participant. Hæ enim

A εἴρων, ἀλλ' αἰνίγματα καὶ σύμβολα παρὰ τῶν ἀγγέλων διαπλαττόμενα. Ὁ ἄγγελος τοίνυν ἐκείνος ὁ τὸν θεολόγον μυῶν ἀνῆγε τοῦτον ἐπὶ Θεόν, καὶ ἐπὶ τὴν πρώτην ἱεραρχίαν τὴν μετὰ Θεόν, δηλονότι τὰ σεραφίμ· ὥστε πάλιν ἡ ὁδηγία παρὰ τοῦ ἀγγέλου ἢ τοῦ ἀνάγοντος. Καὶ λέγει ὁ ἅγιος· Μήποτε ἐστὶν ἀληθῆς αὗτος ὁ λόγος. Πῶς δὲ ἀληθῆς, ἀποδείκνυσι τοῦτο ἀπὸ τῆς τοῦ εἰπόντος ἐξηγήσεως. Ἔλεγε γὰρ ἐκείνος, φησὶν, ὡς ἡ θεία δύναμις ἐπὶ πάντα χωρεῖ, καὶ διὰ πάντων διέκει ἀσχέτως καὶ ἀκρατήτως· οὐδὲ γὰρ κατέχευται τινι, ὡς μὴ ἐπέρωσε φοιτῆσαι. Καὶ πάλιν, πᾶσιν ἐστὶν ἀφανῆς διὰ δύο τινὰς αἰτίας, ὅτι τε ὑπερουσίως ἐξηγήρηται πάντων, καὶ ἀνόμοιός ἐστι, (τὸ ὅμοιον δὲ τῷ ὁμοίῳ γινώσκειται) καὶ ὅτι κρυφίως διαπέμπει τὰς προνοίας αὐτῆς, (τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου;) ἵνα ἴσως πάντοτε γρηγορῶμεν, οὐκ εἰδότες τοὺς λόγους αὐτῆς, καὶ τὴν ὥραν καθ' ἣν συμφερόντως ἕκαστον διοικηθῆσεται. Ταύτην οὖν τὴν φωτοδοσίαν καὶ ταῖς νοεραῖς οὐσίαις διαπέμπει, πλὴν ἀναλόγως καὶ κατὰ τὸ μέτρον τῆς τῶν δεχομένων δυνάμεως, πρῶτον ταῖς πρωτίσταις, καὶ δι' ἐκείνων ταῖς ὑποβεθηκυαῖς· ὃ δὴ καὶ δι' οἰκείου καὶ αἰσθητοῦ παραδείγματος σαφηνίζει, ἀποδέοντος μὲν πάντη πρὸς τὰ λεγόμενα, τῶς δὲ γνωρίμου ἡμῖν. Ὑπόθου γὰρ ἡλιακὴν ἀκτίνα· αὕτη διαδίδεται εἰς πρώτην ὕλην διειδαστέραν, ὕλην τυχόν, δι' ὅστινος ὕλου ἀναλάμπει ἐμφανεστέρον. Πῶς ἐμφανεστέρον; ἡμῖν δηλονότι, οὐ συγκριτικῶς πρὸς τὴν προτέραν ἔλλαμψιν, συμμέτρου δηλαδὴ γενομένης τῆς ὀφείας εἰς τὰ τὸ πῶς παραδέξασθαι· τὸ γὰρ πολὺ φῶς μᾶλλον τὰς ὀφείας ἀμαυροῖ, εἰ τύχοι ἀσύμμετρον ἦν τοῖς ὑποδεχομένοις αὐτὸ ὀφθαλμοῖς. Διαδίδεται καὶ ταῖς παχυτέραις ὕλαις, καὶ διὰ τὴν ἐκείνων ἀνεπιτηδεϊότητά, ἣν ἔχουσι πρὸς τὴν τῆς φωτοχυσίας διαπόρρωσιν, καὶ ἀμυδρὰ γίνεται, καὶ κατὰ μικρὸν πρὸς ἄλλα ἀδιάδοτος γίνεται. Λάβε μοι καὶ ἑτέραν θεωρίαν ἐκ τοῦ πυρός· Ἡ τοῦ πυρός θερμότης μᾶλλον διαδίδεται εἰς τὰ δεκτικώτερα, καὶ πρὸς τὴν θερμὴν εὐείχτα καὶ εὐάγωγα· πρὸς δὲ τὰς ἀντιτύπους οὐσίας, ὡς τοὺς ἀδάμαντας, ἢ ἐναντίας, ὡς τὸ ὕδωρ, ἢ ὀλίγον ἢ οὐδὲν ἔχνος ἀναφαίνεται τῆς πυρώσεως· καὶ τὸ τοῦτου πλέον, ὅτι τοῖς μὴ συγγενέσιν, ἔχουν τυχόν τῇ ὕδατι (τὸ γὰρ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, τὸ δὲ πῦρ θερμὸν καὶ ξηρὸν) δι' ἄλλων οἰκειῶς ἐχόντων πρὸς τὴν θερμὴν, δηλονότι ἀγγείου, προσβάλλει πρῶτον. Πρῶτον δὲ εἶπεν, οὐχ ὅτι ἀμέσως, ἀλλὰ διὰ τῶν πρώτων, προσβάλλει τοῖς μὴ συγγενέσι πρῶτον, πρὸς τὰ μετὰ ταῦτα τυχόν θερμαινόμενα· πυρώδη γὰρ πρῶτον ποιῶσα τὰ ποσῶς συγγενῆ, δι' ἐκείνων καὶ τὰ μὴ συγγενῆ θερμαίνει. Κατὰ τὸν αὐτὸν οὖν φυσικὸν λόγον νοεῖ καὶ τὰ ὑπερφυῆ· ἡ πάσης γὰρ εὐκοσμίας ταξιαρχία, ὁ Θεός, τὴν τῆς αὐτοῦ φωτοδοσίας λαμπρότητα πρωτοφανῶς ταῖς ὑπερβεθηκυαῖς ἀναφαίνει κατὰ χύσιν ἀφθονον καὶ πανθαύμαστον, καὶ διὰ τούτων μετέχουσι τῆς ἀκτίως τὰ δεύτερα. Αἱ γὰρ ὑπερβεθηκυαῖ, ἐπιγνοῦσαι πρώτως τὸν αὐτῶν δημιουργόν, καὶ τῆς ἐκείνου καλλονῆς ἐφιέμεναι, πρωταυργαὶ γενέσθαι κατηξιώθησαν τῆς θεομιμήτου ἐνεργείας τε καὶ δυνάμεως· πρώτως γὰρ δι' αὐτῶν αἰ μετ' αὐτάς

τὴν ἑλλαμψὶν δέχονται, καθὼς καὶ αὐταὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ ταύτην δέχονται· ἀνατείνουσι γάρ τὰς ὑπ' αὐτὰς ἀγαθοειδῶς καὶ δίχα παντὸς φθόνου (ἀγαθῶ γὰρ οὐδεὶς ἐγγίνεται· φθόνος κατὰ τὸν Πλάτωνα,) πληρεστάτως μεταδιδούσαι τῆς αἴγλης, καὶ ἐκείναι, ὅσον χωροῦσι, δέχονται. Τοῦτο γίνεται καὶ ἐπὶ ταῖς ἑτέραις ἕως καὶ τῶν ἐσχάτων. Ἔστιν οὖν ἅπασιν τοῖς φωτισζομένοις ἀρχὴ τοῦ φωτίζεσθαι ὁ Θεός, φύσει καὶ ὄντως κυρίως ὡς φωτὸς πηγῆς, καὶ αὐτόφως, καὶ αἷτιος πάνσι καὶ τοῦ εἶναι, καὶ τοῦ ὄραν αὐτὸ δὴ τὸ φῶς· θέσει δὲ καὶ κατὰ χάριν θεομιμήτως κατὰ μέρος μία τῇ ἐτέρᾳ, ἢ πρώτη τῇ μετ' αὐτὴν, ἐν τῷ δι' αὐτῆς εἰς ἐκείνην τὴν ἑλλαμψὶν διέρχεσθαι, ἃ δὴ ἐποχτεύεσθαι εἶπεν, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ διὰ σωλήνων διερχομένου ὕδατος. Τὸ δὲ τὰ οἰκεῖα ἐνεργεῖν, καὶ ἀπαύστως ἀνατετάσθαι πρὸς τὸν Θεόν, καὶ εἰς ἑαυτοὺς συστέλλεσθαι πάλιν, τὸ μὲν τῇ ἐφέσει, τὸ δὲ τῇ προσοχῇ καὶ τῇ εὐλαβείᾳ, τοῦτο ἂν κληθεῖθαι θεομιμήτος ἀρετῆ. Τάξις δὲ ὅμως τὴν ὡς ἄλλου ἐν ἄλλῳ διαφυλάττει· ὡς τὸ· Ζῆ ἐν ἐμοὶ ἢ ψυχῇ σου, ἀντὶ τοῦ, ἢ διδασκαλία σου, καὶ ἡ ταύτης μετάδοσις. Τέως δὲ τὸ μὲν θέσει ἐστὶν ἐκεῖ, τὸ δὲ συμβεβηκὸς οὐ πάνυ τι κληθεῖθαι· τὸ γὰρ συμβεβηκὸς ἐν ὑποκειμένῳ ἐστὶν· ἀσύνητα δὲ καὶ ἄλλα ἐκεῖνα, καὶ τὰ εἶδη αὐτῶν, ζῶαί, οὐχ ὡς ἐν ὕλῃ εἰσὶ. Τὴν γοῦν ὑπεράττην διακόσμησιν αἰ λουπαὶ οὐράναι οὐσίαι, τέως μετὰ Θεὸν ἀρχὴν ἡγοῦνται τῆς θεογνωσίας καὶ τῆς θεομιμῆσις αὐτῶν, ὡς δι' ἐκείνων εἰς αὐτὰς διαδιδόμενης τῆς ἐλλάμψεως· διὸ καὶ πᾶσαν ἐνέργειαν ἐπὶ Θεὸν μὲν ἀναφέρουσιν, ὡς εἰς ἀρχηγὸν καὶ αἷτιον, αὐθις δὲ μετ' αὐτὸν ἐπὶ τοὺς πρώτους, ὡς πρώτως εἰς αὐτοὺς τὰ τῆς θεομιμῆσις ἀναφαίνοντας καὶ διδάσκοντας. Λοιπὸν ἡ πρώτη τάξις, μᾶλλον τῶν ἄλλων, τὰ προσόντα ἑαυτῇ ἔχει τὸ ἐμπύριον, ὅπερ ἐστὶ τῶν σεραφίμ, τὴν τῆς σοφίας χάσιν, ἐτι δὲ καὶ τὸ γνωστικὸν τῆς ἐπιστήμης τῶν θείων ἐλλάμψεων, (ἢ ἐπιστήμη γὰρ πρὸς τὰ ἐπιστητὰ ἐστὶ,) καὶ τὴν τῶν θρόνων ιδιότητα, τὸ ἀνεψυγμένην δηλονότι τὴν περὶ τοῦ Θεοῦ νόησιν ἔχειν, ἢ δὴ θεοδοξία ἐστὶ τε καὶ ὀνομάζεται. Ἡ δὲ μετ' αὐτὴν τάξις μετέχει μὲν τῶν τοιοῦτων δυνάμεων, ὑφειμένως δὲ, καὶ πρὸς τὰς πρώτας ὀρωσῆσαι, δι' αὐτῶν ὡς πρώτως ἡξιωμένων τῆς θεομιμῆσις ἐπὶ τὸ θεοειδὲς ὡς ἐφικτὸν ἀνάγονται· ἀνατιθέασιν γοῦν ταῖς πρώταις ὡς ἱεράρχαις μετὰ Θεὸν τὰς ἰδιότητας ἐκείνων, ὧν αὐταὶ ἐν μετουσίᾳ γίνονται.

§ IV. Ἐλεγε γοῦν ὁ ταύτην τὴν λύσιν ποιούμενος, (οἶμαι δὲ, ὁ μέγας ἦν Ἱερόθεος, ἢ εἰ τις ἄλλος κατ' ἐκείνον,) ὅτι ἡ μὲν ὄρασις ἐκείνη ὑπεδείχθη τῷ προφήτῃ δι' ἐνὸς τῶν ἀγγέλων, ἀναταθέντι παρὰ τῆς χειραγωγίας ἐκείνου εἰς τὴν θεωρίαν ἐκείνην, καθ' ἣν ἑώρα τὰς ὑπεράττας οὐσίας, ὡς ἐν συμβόλοις, ἕξαπτερούγους ὑπὸ Θεὸν (ὅτι μέγα ἦν τὸ τοῦ καθημένου ὑπεξηρημένον), καὶ μετὰ Θεοῦ (οὐ γὰρ ἦσαν πρὸ ἐκείνων ἑτεροὶ τάξεις), καὶ περὶ Θεὸν, ὅτι κύκλῳ ἴστακτο. Τὸ δὲ ἰδρυμένων τῶν

A supremæ cum primum auctorem suum agnoscerent, **119** pulchritudinisque ejusque desiderio tenerentur, hoc etiam assecutæ sunt, ut primæ ad divinæ potestatis atque actionis imitationem pervenirent: sequentes enim primum per ipsas illustrationem accipiunt, quemadmodum ipsæ a Deo illam accipiunt; quoniam his eam benigne et absque ulla invidia expandunt (bono enim nullo inest invidia, ut Plato ait), plenissime splendorem suum transfundentes, quamvis ipsæ tantum, quantum capiunt, accipiunt. Quod etiam reliquis ad postremas usque usuvenit. Est igitur omnium quæ illustrantur illuminandi principium Deus, natura quidem et revera proprie ut fons lucis, et per se lux et auctor omnibus ut et sint, et ipsum lumen videant; ex instituto autem, et secundum gratiam Dei imitatione ex parte una alteri, prima sequenti, dum per ipsam ad illam transit illustratio; hoc utique derivandi vocabulo usus per metaphoram, a canalibus per quos aqua transit. Porro quod quæ sua sunt agant, et incessanter in Deum intendant, et in semetipsi denuo colligantur, illud quidem affectu, hoc vero attentione ac reverentia, vocari possit virtus, quæ Deum imitatur. Quia et ordinem quoque ut alius in alio observat, juxta illud, Vivit in me anima tua, id est doctrina tua, ejusque communicatio. Verum quidem illud ex instituto sic se habet, at non omnino per accidens ita aliquid vocari posset; nam accidens in subjecto est; sed illa sunt incomposita et materiæ expertia, speciesque illorum vitæ, non sicut in materia, sunt. Supremam igitur cœlestium intelligentiarum dispositionem reliquæ cœlestes essentiæ, huc usque post Deum divinæ cognitionis imitationesque suæ principium esse censent, quod per illas in ipsas illustratio derivetur; quapropter etiam omnem actionem suam, ad Deum quidem ut principem et auctorem referunt, deinde vero post ipsum ad primas illas mentes, tanquam quæ primæ in semetipsis divinas imitationes et exhibeant et doceant. Cæterum primus ille ordo qui seraphim est, reliquis magis in se igneam continet seu sapientiæ fusionem, atque insuper scientiæ divinarum illustrationum peritiam (scientia enim ad res scibiles refertur) thronorumque proprietatem, quæ nimirum Dei susceptio et est et appellatur. Ordo qui hunc inferiori gradu, et **120** cum respectu ad priores, ad deiformitatem pro capta suo promoventur; post Deum acceptas ferunt proprietates istas qua-

§ IV. Aiebat itaque qui hanc solutionem tradiderat (puto autem magnum Hierotheum fuisse, vel si quis alius illi secundus sit) visionem quidem illam exhibitam prophetæ per aliquem angelum, cujus manuductione ad istam contemplationem fuerat evecus, in qua supremas illas essentiæ, quasi in symbolis, sex alas habentes vidit infra Deum (quoniam perquam eximia erat majestas sedentis); et juxta Deum (quia non erant alli ordines priores iis),

et circa Deum, quoniam in circuitu stabant. Quod autem ordines illi firmati essent, designat illos erga inferiora esse inflexibiles et immobiles. Ad hæc vidit eminentem verticem in medio eorum desuper firmatum, ex quorum symbolorum visionibus didicit, divinum Numen secundum omnem supernaturalem excellentiam, sine comparatione antecellere visibilem omnem et invisibilem naturam; didicit, ab omnibus insuper divinum Numen exemptum esse, tanquam dominum a servis, et creatorem a creaturis: et non solum aliis, sed ne primis quidem substantiis simile existere; tum quia illud in throno ordinesque cum tremore circumstantes vidit, tum quia primos ordines vidit. Si itaque divinum Numen ne primis quidem simile existebat, quid cogitabit quis de sequentibus? Tertio quoque didicit, Deum omnium esse principium et causam, indissolubilem et immutabilem, ex qua tam esse quam bene esse illis obtigit. Unde autem et illud dicit? Ex eo quod omnia ad ipsum spectent, omniaque ad eum tendant, ut qui benigne omnino victoriæ præmium tribuat. Quomodo post contemplationem circa Numen divinum deiformes deinde virtutes ac seraphim didicit, et non secundum ordinem ista patefacta sunt? Ac dicere liceat, quod supereminens gloria sedentis ipsum fecerit illic primum obtutum figere, ac deinde, postquam id quod Domini erat medium ac ministrorum diversitatem didicerat, virtutes seraphim edoctum esse; quoniam virtutes igneæ sunt, juxta denominationem suam, uti paulo post hic sanctus tradidit et explere capit 15. Didicit quoque senarum alarum sacram fictionem, **121** quemadmodum etiam ante dixerat, mentem omnem et primos et medios et postremos ordines habere. Erat itaque illic etiam istiusmodi triplex ordo in suprema et absoluta intentione: siquidem quæ altæ solutæ apparebant. Quin et carentia pedum, et multitudo pedum eorum, ac quod duabus quidem alis absconderent ac tegerent pedes suos, duabus item aspectum facierum suarum abderent, duabus vero mediis semper moverentur, hæc, inquam, ab ipso visa ad notitiam eam adducebant, per multas quidem facies ipsi declarando vim multivagam plurimaque cernendi facultatem; per obvelationem vero, eam quam exhibent reverentiam in sublimiorum, profundiorumque mysteriorum audaci et inscrutabili investigatione (sublimiorum quidem, quia facies, profundiorum vero, quoniam pedes tegunt) per continuam vero motionem, altivolantis et incessabilis Dei imitationis operationes. Quin et laudis illud canticum, quod a Deo incipit et in Deum desinit: *Sanctus, sanctus, sanctus*, propheta edocebatur ab angelo, ipsi ejusmodi sacram notitiam communicante: nam istiusmodi scientiam ipse primus a præcessoribus suis accipiens, prophetæ tradebat: ad hæc ipsum edocebat, Dei participationem quoquo modo puris expiationi

▪ Isa. vi, 3.

τάξεων τὸ πρὸς τὰ κάτω ἀκλίνας δηλοῖ καὶ ἀμετακίνητον. Ἐώρα δὲ καὶ τὴν ἐξηρημένην ἀκρότητα ἐν μέσῳ τούτων ὑπεριδρυμένην· κἀντεῦθεν ἐκ τῆς διὰ τῶν συμβόλων ὀράσεως εἰς διδασκαλίαν ἀνήγετο, ὅτι ἀσυγκρίτως κατὰ πᾶσαν ὑπεροχὴν καὶ ὑπερουσίως τὸ θεῖον ὑπέγκειται πάσης ὀρατῆς καὶ ἀοράτου οὐσίας· ἐμάνθανεν, ὅτι καὶ πάντων ἐστὶν ἐξηρημένον τὸ θεῖον, ὡς δεσπότης δούλων, καὶ ποιητῆς κτισμάτων· καὶ οὐκ ἐμφορὸς, μὴ μόνον τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' οὐδὲ ταῖς πρώταις αὐταῖς οὐσίαις· ἐκεῖνο μὲν, ὅτι τὸ μὲν ἐπὶ θρόνου ἔώρα, τὰς δὲ τάξεις μετὰ φόβου ἰσταμένας· τοῦτο, ὅτι τὰς πρώτας εἶδε τάξεις. Εἰ γοῦν ταῖς πρώταις οὐκ ἦν ἐμφορὸς τὸ θεῖον, ἐπὶ τοῖς δευτέροις τί ἂν ἐννοοῖτο τις; Καὶ τρίτον ἐμάνθανε, τὸ πάντων ἀρχὴν καὶ αἰτίαν εἶναι ἀειάλυτον τε καὶ ἀναλλοίωτον, ὑφ' ἧς καὶ τὸ εἶναι καὶ τὸ εὖ εἶναι κἀκείναις ἐστὶ. Πόθεν δὲ καὶ τοῦτο κατεμάνθανεν; ἐκ τοῦ τὰ πάντα πρὸς αὐτὸν ἀφορᾶν, καὶ πάντα πρὸς αὐτὸν ἀνατείνεσθαι, πανευλαβῶς πάντη ἀποπληροῦντα τὸν ἐπινίκιον. Πῶς μετὰ τὴν περὶ τὸ θεῖον θεωρίαν, εἶτα τὰς θεοειδεῖς δυνάμεις τῶν σεραφίμ κατεμάνθανε, καὶ οὐ κατὰ τάξιν ἀνήγετο; Καὶ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι τὸ ὑπερβάλλον τῆς δόξης τοῦ καθημένου πεποίηκε τοῦτον ἐκεῖσε πρώτως ἀναταθῆναι, εἶτα μεθ' ὃ ἔμαθε τὸ μέσον τοῦ δεσπότου καὶ τῶν δούλων τὸ διάφορον, ἐμυεῖτο τὰς δυνάμεις τῶν σεραφίμ, ὅτι δυνάμεις ἐμπύριοι εἰσι, κατὰ τὴν αὐτῶν ἐπωνυμίαν, ὡς μικρὸν ὕστερον ὁ ἅγιος εἶποι καὶ ὑψηγήσεται ἐν τῷ ἰε' κεφαλαίῳ. Ἐμάνθανε τὴν τῶν πτερῶν ἐξαπλῆν ἱεροπλαστίαν, ὅτι καθὼς καὶ πρότερον ἔλεγεν, ὡς πᾶς νοῦς καὶ πρώτης, καὶ μέσας, καὶ τελευταίας ἔχει τάξεις. Ἦν οὖν κἀκεῖσε ἡ τοιαύτη τρίτη τάξις ἐν τῇ ὑπερτάτῃ καὶ ἀπολύτῃ ἀνατάσει· αἱ γὰρ δύο πτέρυγες ἀπόλυτοι κατεφαίνοντο. Ἄλλὰ καὶ τὸ ἀπειρόπουον καὶ πολύπουον αὐτῶν, καὶ τὸ τοῖς μὲν δυσὶ πτεροῖς ἀποδιαστέλλεσθαι καὶ σκέπεσθαι τὴν ὑπὲρ τοὺς πόδας, τοῖς δὲ δυσὶ τὴν ὑπὲρ τὰ πρόσωπα θεωρίαν, τοῖς δὲ μέσοις ἀεὶ κινεῖσθαι, ταῦτα δὴ τὰ παρ' ἐκείνου ὀρώμενα εἰς γνῶσιν ἀνήγον αὐτὴν, δηλουμένης αὐτῷ διὰ τούτων, διὰ μὲν τὸ πολυπρόσωπον, τῆς πολυπόρου καὶ πολυθεάμονος δυνάμεως, διὰ δὲ τὸ σκέπεσθαι, τῆς εὐλαβείας, ἣν ἔχουσιν εἰς τὴν τῶν ὑψηλοτέρων καὶ βαθυτέρων αὐθάδη καὶ ἀνέφικτον ἔρευναν (τῶν μὲν ὑψηλοτέρων διὰ τὸ τὰ πρόσωπα, τῶν δὲ βαθυτέρων διὰ τὸ τοὺς πόδας σκέπεσθαι), διὰ δὲ τὸ ἀεικίνητον, τῆς ὑψιπετοῦς καὶ ἀκαταλήκτου θεομιμήτου ἐνεργείας. Ἄλλο καὶ τὴν ὑμνωδίαν ἐκείνην τὴν ἐκ θεοῦ ἀρχομένην καὶ εἰς θεὸν λήγουσαν, τὴν Ἄγιος, ἅγιος, ἅγιος, ἐμυσταγωγεῖτο ὁ προφήτης, τοῦ ἀγγέλου μεταδιδόντος αὐτῷ τῆς τοιαύτης ἱερᾶς γνώσεως· τὴν γὰρ τοιαύτην γνῶσιν αὐτὸς πρῶτος διὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ δεξάμενος, τῷ προφῆτῃ παρέπεμπε. Πρὸς τοῦτοις ἐδίδασκεν αὐτὸν καὶ τοῦτο, ὅτι ἡ τοῦ θεοῦ μετουσία τοῖς καθαρῶς ὁπωσοῦν καθαροῖς ἐστιν. Ἐκ τίνων δὲ τοῦτο ἐδίδασκεν; ἐξ ὧν ὁ Σεραφίμ αὐτὸν ἐκάθαιρεν. Ὁ γὰρ καθαρὸς ἄλλως οὐκ ἔχει καθάριεν, εἰ μὴ αὐτὸς πληρεστάτως ἔχει τὴν καθαρσιν. Πῶς δὲ ἐστὶ τοῖς ὁπωσοῦν καθαρῶς ἡ μετουσία τῆς θεϊκῆς

διαυγείας κάθαρσις; ὅτι ἄλλως οὐκ ἔστι μετασχεῖν τινα τοῦ θεοῦ φωτὸς, ἢ τῆς θείας καθάρσεως, εἰ μὴ γε ποσῶς ἔξω τοῦ ἐμπαθοῦς καὶ ὕλικου ῥύπου πολιτεύεται. Αὐτὸ γὰρ τὸ τὸν προφήτην κατανοῶν καὶ σχετιάζει, ὅτι, ἀκάθαρτος ὢν, καὶ ἀκάθαρτα χεῖλι, ἔχων, καὶ μέσον ἀκαθάρτου λαοῦ κατοικῶν, εἶδε τὸν Κύριον Σαβαώθ, ὅσον μερικὴ τις κάθαρσις ἐγεγόνει τῷ λέγοντι, διὰ τοῦτο καὶ ἐν μετουσίᾳ γίνεται τῆς τελειοτέρας καθάρσεως. Αὐτὴ δὲ, ἡ κάθαρσις δηλαδὴ, ἡ μετουσία, ἐξηρημέναις αἰτίαις· οὐ γὰρ ὡς ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ἡ κάθαρσις, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἀσωμάτων εἰς πάντας τοὺς νοερούς νόας τελεουργουμένη, οἶονεῖ γινομένη, ἀλλ' οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ κατὰ λόγον μυστικῆς τελετῆς, ταῖς περὶ αὐτὴν καὶ πρωτίσταις οὐσίαις ἐκφανεστέρα πῶς ἔστι· τὸ δὲ ἔστιν, ὅτι μᾶλλον ἑαυτὴν ἐκφαίνει τοῖς προσεχέσιν. Ἐπὶ δὲ τῶν δευτέρων, ἢ τῶν ἐσχάτων, ἢ καὶ ἐπὶ τῶν νοερῶν ἡμῶν δυνάμεων, κατὰ τὴν ἐκάστου τάξιν συντημένη πως μᾶλλον καὶ συνεσταλμένη θεωρεῖται, πρὸς τὴν οἷον εἰς μῆκος ἀπόστασιν τῆς πρὸς τὸν θεὸν πλησιάζεως, συνάγουσα οἶονεῖ αὐτὴ ἡ θεία ἔλλαμψις τὴν οἰκειαν φανέρωσιν πρὸς τὸ ἐνιαῖον καὶ ἀπλοῦν αὐτῆς ἄγνωστον. Ἄγνωστος γὰρ ἔστιν ὁ θεὸς· οὐ διὰ ποικιλίαν συλλογισμῶν ἀγνωσμένην ἡμῖν, ἀλλὰ κατὰ ἐνιαῖαν τινὰ καὶ πρὸς τὰ καθ' ἡμᾶς καθ' ἐν καὶ καθάπαξ ἀκατάληπτον ἀγνωσίαν. Κατὰ τοῦτο λέγεται, ὅτι καὶ ἀναβάλλεται φῶς ὡς ἱμάτιον, οἶονεῖ ἀναστέλλει τὸ φῶς προνοητικῶς, ἵνα χωρητὸν τῇ ἔξει τῶν ὑποδεεστέρων γένηται, ὃ δὴ ἐλλάμπει τοῖς καθ' ἕκαστον δευτέροις διὰ τῶν πρώτων· καὶ εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἐκ τοῦ κρυφίου τὸ φῶς ἐμφανίζεται καὶ τοῖς ἐτέροις, ἀλλὰ διὰ τῶν πρώτων δυνάμεων. Τοῦτο γοῦν καὶ ὁ προφήτης ἐδιδάσκατο (ὅν καὶ θεολόγον φησὶν, ἢ ὡς μύστην τῶν κρυφίων, ἢ ὡς θεοῦ λόγους λέγοντα) παρὰ τοῦ ἀγγέλου τοῦ πρὸς τὸ φῶς τοῦτον ἄγοντος, ὅτι καὶ ἡ κάθαρσις καὶ πᾶσα ἐνέργεια θεῖα δι' αὐτῶν ἐνεργουμένη, ἂν καὶ παρὰ τούτων τισὶν ἐπιχορηγῶνται. Ἄλλ' οὖν εἰσι πρῶται οὐσίαι καὶ προσεχεῖς, δι' ὧν καὶ αὐταῖς τὰ τοιαῦτα παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπιχορηγῶνται κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἐκάστου τάξεως· διὸ καὶ τὴν καθαρτικὴν ἰδιότητα, ἀλλὰ τὴν οἶονεῖ διὰ τινος πυρώδους ἐνεργείας (εἰσὶ γὰρ καὶ ἄλλοι τρόποι καθάρσεων τοῖς σεραφίμ) ὡς καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔχουσιν, εἰκότως μετὰ θεὸν ἀνατέθεικεν. Οὐδὲν οὖν ἄτοπον, εἰ καθαίρειν τὸν προφήτην ὁ σεραφίμ λέγεται. Ὅρα γὰρ καὶ ἐπὶ θεοῦ, ὅτι, παρ' ἄλλων καθαιρόμενοι, λεγόμεθα παρὰ θεοῦ καθαίρεσθαι, ἐν τῷ εἶναι τοῦτον πᾶσαν αἰτίαν καθάρσεως. Μᾶλλον δὲ ἵνα χθαμαλωτέρῳ ἐκ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας χρῆσωμαι παραδείγματι, καθάπερ ὁ καθ' ἡμᾶς ἱεράρχης, διὰ τῶν αὐτοῦ λειτουργῶν, ἤτοι διακόνων ἢ ἱερέων καθαιρῶν ἢ φωτίζων, αὐτὸς λέγεται καθαίρειν καὶ φωτίζειν, τῶν δι' αὐτοῦ καθιερωμένων τάξεων, δηλαδὴ χειροτονουμένων, ἐπ' αὐτὸν ἀνατιθεισῶν τὰ τῆς οἰκείας ἐνεργείας· οὕτω καὶ ὁ τὴν καθαρτικὴν ἐπιστήμην τοῦ θεολόγου τελεουργῶν ἀγγελος ἐπὶ τὸν θεὸν μὲν ὡς αἴτιον, ἐπὶ δὲ τὸν σεραφίμ ὡς πρώτως τὰ τῆς καθάρσεως δεχόμενον καὶ

ο' Ps. cmi, 2.

A esse. Unde vero hoc docebat? ex iis unde seraphim ipsum expiabat. Qui enim purus est aliter mundare non potest, nisi ipse plenus sit munditiei. Quomodo autem communicatio divinæ illustrationis quoquo modo puris est expiatio? quia non fas est aliter divinæ lucis compotem fieri, nisi quis particeps sit divinæ expiationis, et nisi quoquo modo iam a passionum materiæque sordibus sit remotus. Hoc ipso enim quo propheta compungebatur ac deplorabat, se immundum esse, et immunda labia habere, et in medio populi immundi habitare, vidit Dominum sabaoth; quia ipsi hoc dicenti partialis quædam expiatio existebat, quocirca etiam particeps sit perfectioris expiationis. Porro hæc, exemptis causis, expiatio scilicet est vel participatio: neque enim ut in hominibus, sic et in rebus incorporeis et omnino spiritalibus iis mentibus perticitur efficiturve expiatio, sed haud simplici ratione at per modum mysticæ initiationis, iis quæ circa Deum sunt, primisque essentiis manifestior accedit: hoc autem fit, quia magis se proximis manifestat. In secundis vero, vel postremis, vel etiam spiritalibus nostris viribus, secundum **122** cujusque ordinem quodammodo collecta magis et contracta conspicitur, dum divina illustratio pro intervallo distantiae, qua ad Deum acceditur, suam quodammodo colligit manifestationem ad ipsiusmet incognitam unitatem ac simplicitatem. Ignotus enim est Deus, non propter varietatem ratiocinationum nobis ignotam, sed secundum unam aliquam in nobis simpliciter et absolute incomprehensibilem ignorance. Secundum hoc dicitur etiam induere lumen sicut vestimentum^o, ac si quodammodo lumen providentia sua cohiberet, ut ab inferioribus capi posset dum videlicet singulis sequentium illucet per primos, et, si summam dicere oportet, ex occulto lumen manifestatur etiam aliis, sed per virtutes primas. Hoc itaque etiam propheta docebatur (quem et theologum nominat, vel ut doctorem rerum occultarum, vel ut Dei sermones proferentem) ab angelo qui ipsum ad lumen hoc adducebat, cum ipsamet expiationem, tum omnem divinam operationem per ipsas effici, quandoquidem et per ipsas hæc suppeditentur aliquibus. Sunt itaque primæ essentiae et assiduæ, per quas etiam ipsis ista, secundum captum cujusque ordinis, a Deo suppeditantur: atque adeo etiam proprietatem expiandi per igneam quasi aliquam operationem (nam et seraphim aliam quoque expiandi rationem habent), cum hoc nomen habeant, merito post Deum iis attribuit. Nihil itaque absurdi est si seraphim prophetam expiare dicitur. Adverte enim ut, dum ab aliis etiam expiamur, a Deo tamen expiari dicimur, quod is omnis expiationis causa sit. Vel potius, ut magis obvio et nostra hierarchia exemplo utar: quemadmodum apud nos pontifex dum per ministros aut diaconos aut sacerdotes expiat illuminatve, ipsemet dicitur expiare et illuminare, quod illi ordines, quos consecrat.

suas ad ipsam referant actiones; sic angelus quoque qui theologum expiabat, suam expiandi scientiam Deo quidem ut causæ ascribit, seraphim vero, tanquam illi qui primo loco expiationem excipit et emittit, honorem istum sibi minime vindicans, et quasi ambitiose sumens (procul enim a divinis istiusmodi ambitio est), sed cum angelica quodammodo reverentia docens ac dicens ad prophetam: Ejus quæ per me in te perficitur expiationis principium quidem est Deus, quem in throno elevatum cernis. Hic est ipsa per se expiatio et essentia expiationis, **123** utpote essentia luminis. Hic est qui primas essentias, quas circa eum vides, produxit, et juxta se collocando continet, atque conservat ab immutatione et lapsu. Immutabiles autem cogitandæ sunt secundum essentiam, velut in immortalitate, in vita, secundum quam essentia sua habent ut sint lumen, et ad extraneas aliquas cupiditates converti nequeant. Quod enim in Deum extendantur, id ex eorum spiritali pendet libertate: quod autem in hoc semper perseverant, opis est Dei: omnia enim Dei auxilio opus habent. Ipse est qui etiam alios movet ad primas eas providentiæ suæ operationes participandas, quas primi ordines suscipiunt, et ad easdem iterum transfundendas: hoc enim missionem seu legationem declarare dixit, qui hanc solutionem tradidit. Sed hic quidem est expiationis auctor, scilicet Deus; post Deum vero is qui expiationi præpositus est seraphim, a quo et ego explare sum edoctus. Hic itaque est seraphim qui per me te expiat per quem suas operationes ex abdito ad nos Deus ipse produxit, qui est auctor expiationis. Hæc quidem sanctus ille vir me docuit; tibi autem ipse trado, o Timothee, secundum imaginem quam jam tradidimus seraphim et angeli; tuæ autem scientiæ erit, aut alteram dictarum causarum admittere, et omni ambiguitate liberari, quin potius posteriorem honorare tanquam probabilem, vel per te quid magis affine ac commodius reperire, vel ab alio rerum divinarum perito addiscere, Deo verbum suppeditante, juxta illud: *Dominus dabit verbum evangelizantibus**, conciliantibus nimirum et intercedentibus divinis angelis, per quos omnis illustratio ad nos traducitur. Atque iterum tuæ erit scientiæ, dum vel a temetipso invenis, vel ab altero discis, nobis etiam angelorum, si dictu fas sit, amatoribus, ejuscemodi amabilem contemplationem revelare. Considera autem hinc patris hujus modestiam, quomodo, dum docet, etiam ex parte discere cupiat. Etenim spiritus prophetarum prophetis subjiciuntur, secundum illam quæ cuncta pervadit, rectam a Deo bono ac Salvatore nostro statutam ordinationem.

A ἐκπέμποντα, ἀνατίθησιν, οὐ σφραγισζόμενος τὴν τιμὴν καὶ οἶον φιλοτιμούμενος, (πόρρω γὰρ τὰ θεῖα τῆς τοιαύτης φιλοτιμίας,) ἀλλ' οἶον μετ' εὐλαβείας ἀγγελικῆς ἐκδιδάσκων, καὶ λέγων πρὸς τὸν προφήτην· "Ὅτι τῆς εἰς σὲ παρ' ἐμοῦ γινομένης καθάρσεως ἀρχὴ μὲν ἐστὶν ὃν ὄρας ἐπὶ τοῦ ἐπηρμένου θρόνου Θεόν. Οὗτος αὐτοκάθαρσις ἐστὶ καὶ οὐσία καθάρσεως, ὡς οὐσία φωτός. Οὗτος ὁ καὶ τὰς πρώτας οὐσίας ἅς περὶ αὐτὸν θεωρεῖς παραγαγὼν, καὶ τῇ περὶ αὐτὸν ἰδρύσει συνέχων, καὶ διατηρῶν πρὸς ἀτρεψίαν καὶ ἀμεταπτώσιαν. Ἀτρέπτους δὲ δεῖ νοεῖν αὐτοὺς κατ' ἐκείνο καθ' ὃ εἰσιν, οἶον τὸ ἀθάνατον εἰς τὴν ζωὴν, καθ' ἣν οὐσίωται εἰς τὸ εἶναι φῶς, καὶ εἰς τὸ μὴ τρέψασθαι εἰς ἐκφύλους τινὰς ἐπιθυμίας. Τὴ μὲν γὰρ εἰς Θεὸν ἀνατετάσθαι τῆς αὐτῶν ἐστὶ νοεράς προαιρέσεως· τὸ δὲ εἰς αἰὲν περὶ τοῦτο διαρκεῖν τῆς ἀντιλήψεώς ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· πάντα γὰρ δεῖται Θεοῦ βοηθείας. Αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τοὺς ἄλλους κινῶν ἐπὶ τὰς μετουσίας τὰς πρώτας τῶν αὐτῶν προνοητικῶν ἐνεργειῶν, ἅς αἱ πρώται τάξεις δέχονται, καὶ πάλιν αὐτὰς εἰς τὸ μεταδιδόναι· τοῦτο γὰρ δηλοῦν καὶ τὴν ἀποστολὴν, ὃ τὴν λύσιν λέγων ἐδίδασκεν. Ἄλλ' οὗτος μὲν ἐστὶν ὁ τῆς καθάρσεως αἴτιος, ὁ Θεὸς δηλονότι, μετὰ δὲ Θεὸν ἱεράρχης τῆς καθάρσεως, ὁ σεραφίμ. παρ' οὗ καὶ γὰρ τὸ καθαίρειν ἐμυθήθη. Οὗτος οὖν ἐστὶν ὁ σεραφίμ, ὁ δι' ἐμοῦ σε καθαίρων, δι' οὗπερ ὁ δημιουργὸς τῆς καθάρσεως ὁ Θεὸς, τὰς οικείας ἐνεργείας ἐκ τοῦ ἑαυτοῦ κρυφίου εἰς ἡμᾶς προήγαγε. Ταῦτα μὲν ἐκεῖνος ὁ ἱερός ἀνὴρ ἐδίδασκέ με· σοὶ δὲ, οὗ Τιμόθεε, ἐγὼ μεταδίδωμι, κατὰ τὴν εἰκόνα ἣν ἀρτίως ἐλέγομεν τοῦ σεραφίμ καὶ τοῦ ἀγγέλου· τῆς σῆς δ' ἂν εἴη συνέσεως, ἢ θατέραν τῶν εἰρημένων δυοῖν αἰτιῶν διέξασθαι, καὶ ἀπολυθῆναι τῆς ἀπορίας καὶ μᾶλλον τὴν ὑστέραν τιμῆσαι ὡς τὸ εὐλογον ἔχουσαν, ἢ παρ' ἑαυτοῦ τι συγγενέστερον καὶ ἀρμοδιώτερον ἐξευρεῖν, ἢ παρ' ἐτέρου πεπαιδευμένου τὰ θεῖα μαθεῖν, Θεοῦ διδόντος ῥῆμα, κατὰ τὸ· Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις, προξενούντων δηλαδὴ καὶ μεσιτευόντων καὶ τῶν θεῶν ἀγγέλων, δι' ὧν πᾶσα Ἑλλαμῆς εἰς ἡμᾶς διαπορθμεύεται. Καὶ πάλιν τῆς σῆς εἴη ἐπιστήμης, ἐν τῷ ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐξευρεῖν, ἢ παρ' ἐτέρου μαθεῖν, ἀνακαλύψαι καὶ ἡμῖν τὴν τοιαύτην ἐραστὴν θεωρίαν, ὡς φιλαγγέλοις, εἰ οἶόν τέ ἐστιν. Ὅρα δ' ἐντεῦθεν τὸ τοῦ πατρὸς μέτριον, πῶς διδάσκων, καὶ ἐκ μέρους ζητεῖ μαθεῖν· καὶ πνεύματα γὰρ προφητῶν προφήταις ὑποτάσσονται, κατὰ τὴν διήκουσαν ἐπὶ πᾶσιν εὐταξίαν παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν νομοθετουμένην.

* Psal. LXXII, 12.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

124 CAPUT XIV.

Τι σημαίνει ὁ παραδεδομένος ἀγγελικὸς ἀριθμὸς.

Quid significet traditus angelorum numerus.

SYNOPSIS CAPITIS.

Ex Danielis cap. vii, 10, docet, maximum esse angelorum numerum, qui licet proprie quidem non sit infinitus, sed limitatus, major tamen sit ut ab hominibus comprehendi possit, solumque Deo cognitus, et rerum omnium corporearum numerum excedat.

Καὶ τοῦτο δὲ ἄξιον, ὡς οἶμαι, νοεράς ἐπιστασίας, ὅτι τῶν λογίων ἢ περὶ τῶν ἀγγέλων παράδοσις χιλίας χιλιάδας εἶναι φησι, καὶ μυρίας μυριάδας, τοὺς παρ' ἡμῖν ἀκροτάτους τῶν ἀριθμῶν εἰς ἑαυτοὺς ²⁵ ἐπανακυκλοῦσα, καὶ πολλαπλασιάζουσα, καὶ διὰ τούτων ἐναργῶς ἐμφαίνουσα, τὰς ἡμῖν ἀναριθμήτους τῶν οὐρανίων οὐσιῶν διατάξεις. Πολλὰ γάρ εἰσι αἱ μακάριαι στρατιαὶ τῶν ὑπερκοσμίων νοῶν, τὴν ἀσθενῆ καὶ συνεσταλμένην ὑπερβεθηκυῖαι τῶν καθ' ἡμᾶς ὑλαίων ἀριθμῶν συμμετρίας, καὶ πρὸς μόνης γνωστικῶς ὀριζόμεναι τῆς κατ' αὐτὰς ὑπερκοσμίου καὶ οὐρανίας νοήσεως καὶ ἐπιστήμης, τῆς πανολβίως αὐταῖς δωρουμένης ὑπὸ τῆς θεαρχικῆς καὶ ἀπειρογνώστου σοφοποιίας, τῆς πάντων ὁμοῦ τῶν ὄντων ὑπερουσιῶς οὐσης ἀρχῆς, καὶ αἰτίας οὐσιοποιού, καὶ συνεκτικῆς δυνάμεως, καὶ περιεκτικῆς ἀποπερατώσεως.

Equidem et hoc spiritali commentatione dignum censeo, ut eloquiorum de angelis traditio millies eorum esse millia dicat, deciesque millies dena millia p, summos illos quos adhibemus numeros, in seipsos glomerando ac multiplicando, quo per hos aperte declararet cœlestium essentiarum ordines a nobis annumerari non posse. Multi namque sunt beati supermundanarum mentium exercitus, qui infirmam et contractam materialium nostrorum numerorum rationem penitus excedunt, scilicetque definiuntur a sola ipsorum supermundiali cœlestique intelligentia scientiaque, quæ illis abundantissime conceditur a Dei principali et infinito conscia creatrice sapientia, quæ superessentialiter omnium simul rerum et principium, et causa substantifica, et continens virtus et complectens determinatio existit.

ADNOTATIONES CORDERII.

Ex hoc capite sanctus Thomas in prima parte, q. 50, artic. 3, probat angelos, cum longe perfectiores sint corporalibus creaturis, in maxima quadam multitudine esse, omnem materialem multitudinem excedentes. Et hujus rei ratio est, quia, cum perfectio universi sit illud quod precipue Deus intendit in creatione rerum, quanto aliqua sunt magis perfecta, tanto in majori excessu a Deo creata sunt. Sicut autem in corporibus attenditur excessus secundum multitudinem, ita in rebus incorporeis potest attendi excessus secundum multitudinem. Videmus autem corpora incorruptibilia, quæ inter corpora perfectiora sunt, quodammodo sine comparatione quoad magnitudinem excedere corpora corruptibilia (nam tota sphaera activorum et passivorum est quid modicum respectu corporum cœlestium). Unde rationi consonum est substantias immateriales excedere secundum multitudinem substantias materiales, idque sine comparatione.

Verum hoc verba Dionysii non concludunt, sed tantum angelorum multitudinem numerari a nobis non posse quavis numeri multiplicatione, qua in rebus corporeis numerandis uti consuevimus, ut centenario, millenario, etc. Hoc enim significat, cum ait: Πολλὰ γάρ εἰσι αἱ μακάριαι στρατιαὶ τῶν ὑπερκοσμίων νοῶν, τὴν ἀσθενῆ καὶ συνεσταλμένην ὑπερβεθηκυῖαι τῶν καθ' ἡμᾶς ὑλαίων ἀριθμῶν συμμετρίας. Multi namque sunt beati supermundanarum mentium exercitus, qui infirmam et contractam materialium nostrorum numerorum rationem penitus excedant, id est brevem et parvum numerum, quo ad numerandas res nitimur. Non ergo de rebus numeratis, sed de numero ipso loquitur. Concedit tamen, ipsismet angelis notam esse suam multitudinem, pro lumine sibi a Deo concesso.

Nota, locum Danielis cap. vii, 10, ad quem alludit in Vulgata lege: *Millia 125 millium ministrabant ei, et decies milles centena millia assistebant ei.* Septuaginta: *Χιλίαι χιλιάδες*, id est, millies millia, sive millio, puta decies centena millia, id est plurima millia angelorum ministrabant Deo, assignando nimirum numerum certum pro incerto: καὶ μυρία μυριάδες, id est, decies millies dena millia, sive centum milliones, id est, plurimæ myriades, assistebant ei. Tertullianus contra Praxeam legit: *Millies centies centena millia assistebant ei, et millies centena millia apparebant ei.* Unde Cyrillus Jerosolymitanus, Catechesi 15, notat longe plures esse angelorum myriades; Daniele tamen has tantum assignare, quia majorem numerum, quem homines mente concipere possent, exprimere nequibat. Sensus ergo est, quasi diceret: Plurimi et quasi innumerabiles angeli assistebant ei, ut hic accipit etiam Dionysius, et observat Cornelius Dan. vii.

Adverte hic differentiam inter assistere et ministrare; quia assistere est, faciem Dei contemplari; et sic assistunt omnes boni angeli. Item assistere est, immediate recipere illuminationes a Deo; et sic tantum assistunt tres primi ordines. Item assistere est appropinquare Deo, et extraneum esse ab exteriori missione; et sic assistunt quatuor primi ordines. Ministrare vero, est nutiare pro temporis opportunitate, vel operari secundum officium. Est enim ministerium nuntii et officii.

P Dan. vii.

VARIE LECTIONES.

²⁵ Εἰς ἑαυτὴν, M. quod sequitur Sc.

PARAPHRASIS PACHYMERÆ (19).

Dignum censeat spiritali indagazione, quæ videli- A
cet, ut ante dicebamus, rebus spiritalibus conve-
niat, vel quæ spiritali mente coordinet, ac digerat
id, quod in Scripturis de numero angelorum tradi-
tur. Invenimus igitur et duodecim legiones ange-
lorum, quas, et his plures, Dominus a Patre suo
possit postulare ¶, et in acie collocare ad insidia-
tores repellendos. Exiguus utique hic numerus, ad
Danielis visionem collatus, quoniam millia millium,
et decies millies dena millia Deo assistebant. Legio
autem ordo est constans aliquot (hac voce nimi-
rum a verbo *lego* et *colligo* derivata) : quem si ex
centum constare dixerimus, nihil hoc ad tot millia
myriadesque; quinimo si ex mille collectum dixe-
rimus, nihil hoc adhuc ad decies millies toties
multiplicata. De duodecim quidem legionibus alius B
aliud forte afferat sublimius quid ac sapientius,
juxta gratiam a bono Deo ac Salvatore nostro Jesu
Christo communicatam; mihi autem impræsenti-
arum, si oporteat me quoque ad hæc aliquid ad-
dere, videtur Scriptura sacra magnæ humanitatis
ac benevolentiae indicium exhibere. Etsi enim un-
decim erant parati succurrere, Petro quasi duce;
attamen benignitas magni Dei ac Salvatoris nostri
Jesu Christi, quæ omnem superat orationem, quo-
dammodo effusa perditum quoque sodalem illum,
cujus adhuc sollicite curam gerit, iis annumerat,
et pro unoquoque horum legionem angelorum se
petere posse dicit, tum ut etiam magis angelorum
multitudinem, ac postulantis magnificentiam 126 C
et divinitatem declararet. Cui enim alteri tot un-
quam succurrerunt? De his quidem alius est sermo:
hic vero sanctus de mille millibus et decies mille
decem millibus ait, Scripturam sacram ac divinam
summos illos qui apud nos sunt, numeros, millia
videlicet et dena millia, in semetipsos glomerasse
ac multiplicasse, ac per hoc aperte declarasse, cœ-
lestium ordinum coordinationes id est cœlestium
virtutum supposita, a nobis annumerari non posse.
Nobis autem dixi innumerabiles esse, quoniam licet
nobis ignoti sint, non tamen omnino natura infiniti
sunt, sed eorum multitudo est determinata. Nuper
etiam quidam e sapientibus nostris (Psellus is erat,
scientificæ et logice regula dialecticorum utens, ac
demonstrans, illa quæ principio viciniora sunt, D
minora quidem esse secundum quantitatem, sed
majorem virtutem habere), asserebat, angelos, ut
Deo propinquiores, pauciores esse hominibus, qui
sigillatim semper nascuntur et moriuntur, quem-
admodum videlicet quoque numerus ad unitatem
accedens, minor est remotiori. Verum Didymus ille
cæcus alio quodam loco reperitur dicere, nona-
ginta novem oves esse angelos, unam autem quæ

Ἄξιον ὑπολαμβάνει ζητήσεως νοερῆς, οἶονεἰ, ὃ καὶ
πρώην ἐλέγομεν, ἀντηκούσας τοῖς νοεροῖς, ἢ νοερῶ
νοῖ διαικουμένης καὶ διευθετουμένης τὴν περὶ τοῦ
ἀριθμοῦ τῶν ἀγγέλων ἐν τοῖς λογιῶις παράδοσιν.
Εὐρίσκωμεν γοῦν καὶ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων, ἃς
καὶ πλέον τούτων τὸν Κύριον δύνασθαι ζητῆσαι τὸν ἴδιον
Πατέρα, καὶ παραστῆσαι εἰς τὴν τῶν ἐπιηραζόντων
ἀποτροπὴν. Ὀλίγος γοῦν οὗτος ὁ ἀριθμὸς πρὸς τὴν
τοῦ Δανιὴλ ὄρασιν, ὅτι χίλια χιλιάδες, καὶ μύρια
μυριάδες τῷ Θεῷ παρειστήκεισαν. Ὅ γὰρ λεγεῶν
τάγμα ἐστὶν ἐκ τῶσων συγκεῖμενον (ἐκ τοῦ λέγω,
τὸ συλλέγω ἐτυμολογούμενον), ὅπερ, εἰ ἐξ ἑκατὸν
συγκείσθαι εἴποιμεν, οὐδὲν πρὸς τὰς τῶσας χιλιάδας
καὶ μυριάδας· εἰ δὲ καὶ ἐκ μυρίων συλλέγεσθαι
εἴποιμεν, οὐδὲν πάλιν τοῦτο πρὸς τὸν κατὰ τὰ μύρια
πολλαπλασιασμόν. Περὶ μὲν τῶν δώδεκα λεγεῶνων
ἄλλος μὲν ἄλλο τι εἴποι τυχὸν ὑψηλότερον καὶ σο-
φώτερον, κατὰ τὴν δεδομένην παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ
καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ χάριν· ὃ γοῦν ἐμοὶ
πρὸς τὸ παρὸν καταφαίνεται, εἰ χρῆ τι καὶ ἐμὲ τολ-
A αὐθαίρετος αὐτεξουσιότης, κακίας ἔρωτι συμμύσασα τὰς φυσικῶς ἐνεσπαρμένας αὐτῇ πρὸς τὸ φωτίζεσθαι δυνάμεις, ἀπήρηται· τοῦ παρόντος αὐτῇ φωτὸς οὐκ ἀποστάντος, ἀλλ' ἐπιλάμποντος αὐτῇ μυωπαζούσῃ, καὶ ἀποστρεφομένη προστρέχοντος ἀγαθοειδῶς· εἴτε τοῦ μετρίως αὐτῇ δοθέντος ὄρατοῦ τοὺς ὄρους ὑπερπηδήσοι, καὶ πρὸς τὰς ὑπὲρ τὴν κατ' αὐτὴν ὄψιν αὐγὰς αὐτωπήσαι ²⁶ τολμηρῶς ἐπιχειρήσοι, τὸ μὲν φῶς ἐνεργήσοι παρὰ τὰ φωτὸς οὐδέν· αὐτὴ δὲ, τοῖς τελείοις ἀτελῶς ἐπιβάλλουσα, τῶν μὲν ἀνοικειῶν οὐκ ἂν ἐφίκοιτο, τοῦ μετρίου δὲ ἀκόσμως ὑπερφρονοῦσα δι' ἑαυτὴν ἀποτεύξεται. Πλὴν, ὅπερ ἔφην, ἀγαθουργικῶς ἀεὶ ταῖς νοεραῖς ὄψεσι τὸ Θεῖον ἠπλωται φῶς· ἔνεστί τε αὐταῖς ἀντιλαβέσθαι ²⁷ παρόντος αὐτοῦ, καὶ ἀεὶ πρὸς θεοπρεπῆ τῶν οἰκειῶν μετὰδοσιν ὄντος ἐτοιμότητος. Πρὸς ταύτην ὁ θεὸς ἱεράρχης ἀποτύπεται τὴν μίμησιν, τὰς φωτοειδεῖς αὐτοῦ τῆς ἐνθέου διδασκαλίας αὐγὰς ἀφθόνως ἐπὶ πάντας ἀπλῶν, καὶ τὸν προσιόντα φωτίζει θεομιμητῶς ἐτοιμότητος ὦν, οὐ φθόνῳ, οὐδὲ ἀνιέρῳ τῆς προτέρας ²⁸ ἀποστασίας ἢ ἀμετρίας μὴνιδι χρώμενος, ἀλλ' ἐνθέως ἀεὶ τοῖς προσιοῦσι ταῖς αὐτοῦ φωταγωγαῖς ἱεραρχικῶς ἐλλάμπων ἐν εὐκοσμίᾳ καὶ τάξει, καὶ ἀναλογία τῆς ἐκάστου πρὸς τὰ ἱερά συμμετρίας.

§ IV.

Sed quoniam divinum Numen sacræ disciplinæ principium existit, qua sanctæ mentes in sui deveniunt cognitionem; quisquis ad insitum naturæ lumen recurrerit, principio quidem quis tandem ipse sit videbit, hocque lucis accessione munus sacrum referet; porro qui propria sua recte irreflexis oculis considerarit, abditas quidem ignorationis sui tenebras eliminabit perfectissimæ tamen Dei unionis et participationis adhuc exsors, ejusdem desiderio sponte non afficietur; sed sensim primum a propriis ad potiora, et ex iis ad potissima, nec non perfectus jam in ordine, ad principalem Dei celsitudinem sacro quodam modo evehetur. Hujusce venusti sacrique ordinis argumentum est, accedentis verecundia, rerumque ad se spectantium cognitio, ad summum sacerdotem viæ ducem nacta susceptorem. Sic adductum, divina beatitudo ad sui admittit communicationem propriæque lucis, instar signi cujusdam, ipsum participat, Deo intimum redens, ac consortem munerum divinorum, atque ordinis sacri; quorum sacra est tessera, summi sacerdotis accedenti datum signaculum, nec non salutaris descriptio sacerdotum, salvandis eum aggregans, atque sacris iuserens monumentis una cum susceptorem, tanquam salutiferæ ad veritatem

C Ἄλλ' ἐπέπερ ²⁹ εὐταξίας ἐστὶν ἀρχὴ τὸ Θεῖον ἱεράς, καθ' ἣν ἑαυτῶν ἐπιγνώμονες οἱ ἱεροὶ νόες, ὁ πρὸς τὸ οἰκειὸν τῆς φύσεως ὄρατὸν ἀνατρέχων, ἐν ἀρχῇ μὲν ὅστις ποτὲ ἐστίν, αὐτὸς ὄψεται, καὶ τοῦτο λήφεται πρῶτον ἐκ τῆς πρὸς τὸ φῶς ἀνανεύσεως ἱερὸν δῶρον· ὁ δὲ τὰ οἰκεία καλῶς ἀπροσπαθέσιν ὀφθαλμοῖς ἐπισκοπήσας, τῶν ἀλαμπῶν μὲν ἀποφοιτήσῃ τῆς ἀγνωσίας μυγῶν· τῆς Θεοῦ δὲ τελειωτάτης ³⁰ ἐνώσεως καὶ μεθέξεως ἀτελῆς ὦν, αὐτὸς οὐκ αὐτόθην ἐπιθυμήσει, κατὰ βραχὺ δὲ διὰ τῶν αὐτοῦ ³¹ πρώτων ἐπὶ τὰ ἐτι πρότερα, καὶ δι' ἐκείνων ἐπὶ τὰ πρώτιστα, καὶ τελειωθείς ἐπὶ τὴν ἀκρότητα τὴν θεαρχικὴν ἐν τάξει ³² καὶ ἱερῶς ἀναχθήσεται. Ταύτης ἐστὶ τῆς εὐκόσμου ³³ καὶ ἱεράς τάξεως εἰκὼν ἢ τοῦ προσιόντος αἰδῶς, καὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐπιγνωμοσύνη, τῆς ἐπὶ τὸν ἱεράρχην ὁδοῦ τὸν ἀνάδοχον ἔχουσα καθηγεμόνα. Τὸν δ' ³⁴ οὕτως ἀναγόμενον ἢ θεῖα μακαριότης εἰς τὴν ἑαυτῆς μετουσίαν εἰσδέχεται, καὶ τοῦ οἰκειοῦ φωτὸς, ὡς περ τινὸς αὐτῷ σημείου μεταδίδωσιν, ἐνθεον ἀποτελοῦσα καὶ κοινωνὸν τῆς τῶν ἐνθέων ἀποκληρώσεως καὶ ἱεράς κατατάξεως· ὦν ἐστὶ σύμβολον ἱερὸν ἢ τοῦ ἱεράρχου τῷ προσιόντι δωρουμένη σφραγίς, καὶ τῶν ἱερέων ἢ σωτηριώδης ἀπογραφή, τοῖς σωζομένοις αὐτὸν ἐγκαταλέγουσα, καὶ μνημοσύνοις ἱεροῖς ἀνατιθεῖσα πρὸς αὐτῷ καὶ τὸν ἀνάδοχον, ὡς τῆς ζωοποιοῦ πρὸς

VARIÆ LECTIONES.

²⁶ γρ. ἀντωπήσαι. ²⁷ γρ. ἀντιλαμβάνεσθαι. ²⁸ hunc locum ita habet M. et vertit Sc. : Οὐδὲ ἀνιέρως τῆς προτέρας ἀποστασίας, ἢ ἀμετρίας μὴδὲν ἀεὶ χρώμενος, ἀλλ' ἐνθέως ἀεὶ τοῖς προϊοῦσι. ²⁹ ἀλλ' εἶπερ, S. B. Sc. Sar. ³⁰ lege τελειωτάτης. V. τελειωτάτης. ³¹ δι' αὐτῶν, M. Sc. et mox pro ἐπὶ τὰ, ἔπειτα. ³² ἐπὶ τὴν ἀκροτάτην θεαρχικὴν, M. Sc. P. Pro ἐν τάξει, S. et P. τάξιν habent. ³³ ἐγκόσμου, M. Sc. εὐκόσμου, P. Sar. ³⁴ δὲ non est in S. P. D. Ch. Sar.

ἀληθειαν πορείας, τὸν μὲν, ἐραστὴν ἀληθῆ³⁵ καὶ A συνοπαδὸν ἡγεμόνος ἐνθέου· τὸν δὲ ἀπλανῆ ταῖς θεο- παραδότοις ἡγήσεται τοῦ ἐπομένου χειραγωγόν.

vias : illum quidem, amatorem sincerum ac comitem ductoris divini; hunc vero minime errabundum divinitus **172** traditis institutionibus sequendis manu ductorem.

§ V.

Ἄλλ' οὐκ ἔνεστι τῶν ἄκρως ἐναντίων ἅμα μετέχειν³⁶, οὐδὲ τὸν κοινωνίαν τινὰ πρὸς τὸ ἐν ἐσχηκότα, μεριστὰς ἔχειν ζωάς, εἰ τῆς τοῦ ἐνὸς ἀντέχεται βεβαίας μεθέξεως· ἄλλ' ἄτρετον εἶναι καὶ ἀκατάτακτον ἐν πάσαις ταῖς τοῦ ἐνοειδοῦς διαιρέσεσιν· ὅπερ ἡ τῶν συμβόλων παράδοσις ἱερῶς αἰνισσομένη, τὸν προσιώντα τὴν οἶον³⁷ προτέραν ζωὴν ἀπεκδύσασα καὶ μέχρι τῶν κατ' ἐκείνην ἐσχάτων σχέσεων ἀπολύσασα³⁸, γυμνὸν καὶ ἀνυπόδετον ἴστησι πρὸς δυσμὰς B ἀφορῶντα, καὶ τῇ τῶν χειρῶν ἀπίσει³⁹ τὰς τῆς ἀλαμποῦς κακίας ἀναινώμενον κοινωνίας, καὶ τὴν ἐγγενομένην αὐτῷ τῆς ἀνομοιότητος ἕξιν ὡσπερ ἐκπνέοντα, καὶ τὰς ὀλικὰς ὁμολογήσαντα, πρὸς τὸ τοῦ θεοειδοῦς ἐναντίον, ἀποταγὰς. Οὕτω παντελῶς ἄσχετον αὐτὸν καὶ ἀκοινωνήτον γεγονότα πρὸς ἔω μετάγει⁴⁰, τὴν ἐν τῷ θεῷ φωτὶ στάσιν τε καὶ ἀνάνευσιν ἔσεσθαι καθαρῶς ἐν τῇ παντελεῖ τῆς κακίας ἀποφοιτήσει διαγγέλλουσα, καὶ τὰς ἱεράς αὐτοῦ τῆς πρὸς τὸ ἐν ὀλικῆς συννεύσεως ὁμολογίας, ἐνοειδοῦς γενομένου φιλαλήθως ἀποδεχομένη. Ἄλλ' ἔστι που δῆλον, ὡς οἶμαι, τοῖς τῶν ἱεραρχικῶν ἐπιστήμοσιν, ὅτι ταῖς διηνεκῆσιν ἐν συντονίᾳ πρὸς ἐν⁴¹ ἀνατάσσει, καὶ ταῖς τῶν ἐναντίων ὀλικαῖς νεκρώσει καὶ ἀνυπαρξίαις, τὸ ἀναλλοίωτον ἴσχει τὰ νοερά τῆς θεοειδοῦς ἕξεως. Οὐ C γὰρ ἀναχωρῆσαι χρὴ μόνον ἀπὸ κακίας ἀπάσης, ἀλλὰ καὶ ἀββενωπῶς ἀμάλθακτον εἶναι,⁴² ἀφόρητον αἰετὸς πρὸς τὴν ἐπ' αὐτὴν ὀλέθριον ὕφεσιν, οὐδὲ τοῦ ἱεροῦ τῆς ἀληθείας ἔρωτος ἐν καταλήξει ποτὲ γενέσθαι, προσεχῶς δὲ καὶ αἰωνίως ἐπ' αὐτὴν, ὅση δύναμις⁴³, ἀνατείνεσθαι, τὴν ἐπὶ τὰ τελειότερα⁴⁴ τῆς θεαρχίας ἀναγωγὴν ἱερῶς αἰεὶ διαπραγματευόμενον

Cæterum non licet summe contraria simul participare, neque communicationem aliquam cum uno habenti divisas habere vitas, si unius stabilem præferat participationem; sed exsortem esse decet expertemque omnium uniformitatis divisionum: id quod signorum traditio sacra innuit, dum accedentem priori quodammodo vita exuens, et ad extremos usque affectus exspolians, nudum et discalceatum statuit versus occidentem spectantem, nec non manuum rejectione tenebricosæ malitiæ communionem abnuentem, atque agnatum sibi dissimilitudinis statum quodammodo efflantem, totalesque profitentem deformitati adversantium abrenuntiationes. Sic omnino ipsum affectus jam expertem exsortemque traducit ad orientem, divinæ lucis statum illi aspectumque, omnimoda malitiæ fuga, fore purum anuntians; ipsumque sacrosanctis, cum uno totali conspiratione, professionibus uniformem effectum, vere amanter suscipiens. Verum, ut opinor, sacrorum peritis principiorum perspectum est, assiduis ad unum connitendo aspirationibus, atque totalibus contrariorum mortificationibus et abolitionibus, res spirituales status deformis immutabilitate potiri. Non enim ab omni duntaxat malitia est recedendum, sed obdurandum viriliter, et impeterrite semper obsistendum ipsi noxiæ remissioni; nec a sacro est unquam amore cessandum, sed continenter ac perpetuo pro viribus illi insistendum, ad perfectiorem divini principatus sublimationem sancte semper negotia sua dirigenti.

§ VI.

Ὅραξ δὲ τὰς τούτων ἀκριβεῖς εἰκόνας ἐν τοῖς ἱεραρχικῶς τελουμένοις· ὁ μὲν γὰρ θεοειδῆς⁴⁵ ἱεράρχης ἀπάρχεται τῆς ἱερᾶς ἀλοφῆς, οἱ δὲ ἱερεῖς ὑπ' αὐτῷ⁴⁶ τελοῦσι τὴν τῆς χρίσεως ἱερουργίαν, ἐπὶ τοὺς ἱερούς D ἐν τύπῳ τὸν τελούμενον ἀγῶνα ἐκκαλούμενοι, καθ' οὓς ὑπ' ἀθλοθέτῃ Χριστῷ γινόμενος, ἐπειδὴ ὡς θεός ἐστι τῆς ἀθλοθεσίας δημιουργός, ὡς σοφός δὲ τοὺς νόμους αὐτῆς τίθεικεν, εἰργάσατο δὲ ὡς καλῆς εὐπρεπῆ⁴⁷ τοῖς νικῶσι τὰ ἔπαθλα. Καὶ τὸ ἔτι θεϊότερον, ἐπεὶ περ ὡς ἀγαθός ἐν τοῖς ἀθληταῖς ἐγεγόναι μετ' αὐτῶν ἱερῶς, ὑπὲρ τῆς αὐτῶν ἐλευθερίας καὶ νί-

Horum autem exactas cernis in his quæ pontificaliter administrantur imagines: ipse siquidem antistes deformis sacram auspicatur unctionem, quam cæteri exinde sacerdotes consummant, ad sacra per figuram hanc certamina initiatum excitantes sub Christo munerario constitutum, qui videlicet ut Deus certaminum exhibitor, ut sapiens legum præceptor, præmiorum denique victoribus convenientium ut pulcher munerator existit. Et quod his divinius est, cum in ipsismet pugilibus ut bonus exstiterit, sacramentaliter pro illorum li-

VARIÆ LECTIONES.

³⁵ ἐραστὴν τῆς ἀληθείας ἀληθῆ, S. P. B. ³⁶ μερασχεῖν, P. ³⁷ οἰομεί, D. Ch. ³⁸ ἀποδύσασα, S. P. B. ³⁹ ἀποτάσει, M. Sc. ⁴⁰ πρόσω μετάγει, M. Sc. in conspectum. ⁴¹ πρὸς τὸ ἐν, S. D. Ch. ⁴² καί. ⁴³ ὡς ἡ δύναμις, M. Sc. ⁴⁴ τελειότερα, D. Ch.; τελειώτατα, M. Sc. ⁴⁵ γὰρ non habent M. Cl. ἀγαθοειδῆς, M. ⁴⁶ ἐπ' αὐτῷ, P. Sar. ⁴⁷ εὐπρεπῆς, M. Sc.

bertate atque victoria, mortis ac corruptionis imperium debellando, in certamina quidem gaudens, utpote **173** divina, initiatus ascendet, legibus autem sapientis insistet, juxtaque illas inviolate certabit, illustrium præmiorum certa spe fultus, sub bono certaminum exhibitore Domino ac ductore constitutus; divinisque insistendo vestigiis ipsius pugillum primatis per probitatem, ad imitationem Dei certaminibus deificationi suæ adversantes spiritus atque suggestiones supplantando, commoriatur Christo (id est) mystice loquendo, peccato, per baptismum.

A κης πρὸς τὸ τοῦ θανάτου καὶ τῆς φθορᾶς ἀγωνιζόμενος κράτος, τοῖς μὲν ἀγῶσιν ὡς θεοὶς ⁴⁸ ὁ τελούμενος ἐπιθήσεται χαίρων, ἐμμένει δὲ ⁴⁹ ταῖς τοῦ σοφονομοθεταίαις, καὶ κατ' αὐτάς ⁵⁰ ἀπαραβάτως ἀγωνιέται, πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἐπάθλων ἐλπίδα βεβαίως ἔχων, ὑπ' ἀγαθῶ τῆς ἀθλοθεταίας Κυρίῳ καὶ ἡγεμόνι ταπτόμενος· ἐπιβάς δὲ τοῖς θεοῖς ἔχουσι τοῦ ἀθλητῶν πρῶτου δι' ἀγαθότητα, ταῖς θεομιμήτοις ἀθλήσει τὰς πρὸς θεῶσιν ἐναντίας αὐτῷ καταπαλαίσας ἐνεργείας τε καὶ ὑπάρξεις, συναποθνήσκει Χριστῷ, μυστικῶς εἰπεῖν τῇ ἁμαρτία κατὰ τὸ βάπτισμα.

§ VII.

Attento hic animo perpende, sacramenta quam propriis involuta sint signis. Etenim cum in nobis mors non sit, ut quibusdā placet, substantiæ abolitio, sed conjunctarum partium separatio, ad id quod nos latet abducens, animam quidem, quasi corpore perpetuo privandam, corpus vero, velut humo abditum, alia quapiam alteratione corporea, ex humana specie exterminandum; non improprie totalis ista aquæ coopertio in mortis atque informis sepulturæ figuram accipiatur. Sacramentaliter itaque baptizatum symbolica disciplina mystice docet tribus illis in aquam immersionibus et emersionibus divinam trium dierum ac noctium sepulturæ Jesu vitæ auctoris mortem imitari, quatenus hominibus conceditur ejus imitatio, in quo, juxta mysticam et arcanam Scripturæ traditionem, principis hujus mundi non invenit quidquam.

B Καὶ μοι συνετῶς ἐννόει, τὰ ἱερὰ μεθ' ὄσης οικειότητος ἔχει τὰ σύμβολα. Καὶ γὰρ ἐπειδὴ θάνατός ἐστιν ἐφ' ἡμῶν οὐ τῆς οὐσίας ἀνυπαρξία ⁵¹ κατὰ τὸ δόξαν ἐτέροις, ἀλλ' ἡ τῶν ἠνωμένων ⁵² διακρίσις, εἰς τὸ ἡμῖν ἀφανὲς ἄγουσα τὴν ψυχὴν μὲν, ὡς ἐν στερήσει σώματος ἀειδῆ γιγνομένην, τὸ σῶμα δὲ, ὡς ἐν γῆ καλυπτόμενον, καθ' ἐτέραν τινὰ τῶν σωματοειδῶν ἀλλοιώσεων ⁵³, ἐκ τῆς κατ' ἄνθρωπον ἰδέας ἀφανιζόμενον· οικειῶς ἢ δι' ὕδατος ὀλικὴ κάλυψις εἰς τὴν τοῦ θανάτου καὶ τοῦ τῆς ⁵⁴ ταφῆς ἀειδοῦς εἰκόνα παρείληπται. Τὸν οὖν ἱερῶς βαπτιζόμενον ἢ συμβολικῆ διδασκαλίᾳ μυσταγωγεῖ ταῖς ἐν τῷ ὕδατι τρισὶ καταδύσεσι ⁵⁵ τὸν θεαρχικὸν τῆς τριημερονύκτου ταφῆς Ἰησοῦ τοῦ ζωοδότου μιμεῖσθαι θάνατον, ὡς ἐφικτὸν ἀνδράσι τὸ θεομιμητόν, ἐν ᾧ, κατὰ τὴν τοῦ λογιου ⁵⁶ μυστηριώδη καὶ κρυφίαν παράδοσιν, οὐδὲν εὑρηκεν ⁵⁷ ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων.

§ VIII.

Candidis deinde vestimentis induunt initiatum: virili enim ac deiformi pravorum affectuum vacuitate, nec non intenta in unum animi affectione, cum id quod ornatu carebat ornatur, tum id quod deforme erat pulchrum efficitur, dum illustri omnino vita splendescit. Denique unguenti illa consummans unctio eum qui initiatur odoris suavitate perfundit; sacra enim divinæ generationis initiatio, ea quæ initiata sunt divino Spiritui conjungit. Porro illapsum illum, qui spiritalem istam odoris suavitatem affert, cum sit prorsus ineffabilis, spiritaliter relinquo cognoscendum iis qui secundum mentem sancta et deifica divini Spiritus communionem digni sunt habiti. Demum omnibus peractis, eum qui initiatus est ad sanctissimam Eucharistiam vocat, et mysteriorum perficiendi vim habentium communionem illi tradit.

D Ἐξῆς δὲ φωτοειδεῖς ἐσοῦντας ἐπιβάλλουσι τῷ τελουμένῳ· τῇ γὰρ ἀνδρικῇ καὶ θεοειδεῖ τῶν ἐναντίων ἀπαθείᾳ, καὶ τῇ πρὸς τὸ ἐν ἐν συντονίᾳ συννεύσει, τὸ ἄκοσμον κοσμεῖται, καὶ τὸ ἀνείδεον εἰδοποιεῖται, τῇ φωτοειδεῖ καθόλου ζωῇ λαμπρυνόμενον. Ἡ δὲ τοῦ μύρου τελειωτικὴ χρίσις εὐώδη ποιεῖ τὸν τετελεσμένον· ἡ γὰρ ἱερὰ τῆς θεογενεσίας τελείωσις ἐνοῖ τὰ τελεσθέντα τῷ θεαρχικῷ Πνεύματι. Τὴν δὲ νοητῶς εὐοδοποιὸν καὶ τελεσιουργὸν ἐπιφοίτησιν, ἀρρήτοτάτην οὖσαν, ἐπιγῶναι νοερῶς παρήμι τοῖς ἡξίωμένοις τῆς κατὰ τὸν νοῦν τοῦ θείου Πνεύματος ἱερᾶς καὶ θεουργοῦ κοινωνίας. Ἐν τέλει δὲ πάντων ὁ ἱεράρχης ἐπὶ τὴν ἱεροτάτην Εὐχαριστίαν καλεῖ τὸν τετελεσμένον, καὶ τῆς τῶν τελεστικῶν μυστηρίων αὐτῷ μεταδίδωσι κοινωνίας.

VARIÆ LECTIONES.

⁴⁸ Θεός, M. Sc. ⁴⁹ In futuro ἐμμένει, S. P. Ch. D. B. Sar. ⁵⁰ μετ' αὐτάς, P. ⁵¹ οὐ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἀνυπαρξία, P. et V. ⁵² ἠνωμένων δέ, M. Sc. ⁵³ præponunt ἡ, S. P. D. B. Sc. Sar., ἀλλοιώσιν habet Ch. ⁵⁴ γρ. καὶ τῆς ταφῆς. ⁵⁵ addunt Ch. D. S. P. Scot. Sar. καὶ ἀναδύσεσι. ⁵⁶ λόγου, Ch. Sar. ⁵⁷ εὑρεν, P.

174 ADNOTATIONES CORDERII.

Notandum hoc caput cum sequentibus in tres partes dividi: quarum prima continet instructionem eorum quæ tractantur in mysterio, quod ibi explicatur; secunda ipsiusmet mysterii ritum exhibet; tertia, quam *Contemplationem* vocat, tradit ipsius mysterii ac cæremoniarum ejus mysticam expositionem.

Circa titulum observa, baptismum vocari φωτισμόν, id est *illustrationem*, ejus appellationis rationem sequenti capite reddit: Ἐπειδὴ πρότος φωτὶς μεταδίδοται, καὶ πασῶν ἐστὶν ἀρχὴ τῶν θελῶν φωταγωγῶν. Quia, inquit, *primam lucem confert, omniumque divinarum illustrationum principium existit*. Dicitur etiam *illuminatio*, ad Hebr. vi, 4: *Qui semel sunt illuminati*. Et ad Hebr. x. 32: *Quibus illuminati magnum certamen sustinuistis*. Multis item aliis nominibus baptismum appellant Patres, Nazianzenus *Oratione de baptismo*, et Clemens Alexandrinus lib. i *Padagogi* cap. 6, et alii, quos citat et explicat Vasquez, tom. II, in III p., disp. 140, cap. 1. Nomina ejus potissima sunt: *Lavacrum regenerationis*, quia homo corporaliter generatus, per baptismum regeneratur Christo spiritualiter per primam gratiam: *sacramentum fidei*, quia nimirum suscipitur ad fidem protestandam; *signaculum*, quia imprimit characterem ab infidelibus distinctivum; *unctio*, quia animam inungit gratia; *illuminatio*, quia confert lumen fidei. Plura qui volet, videat apud Vasquez loco supra citato.

Parte I. *Cum enim divinus hic status*, etc. Pulchre ex hoc loco sanctus Thomas in IV *Sent.*, distinct. 4, quæst. 1 probat, characterem baptismalem se habere per modum potentiae, dicens: « Sicut enim cujuslibet existentis in aliqua natura sunt aliquæ operationes propriae, ita etiam in spiritali vita regenerati. Ubiunque autem sunt operationes propriae, oportet esse principia propria illarum operationum. Unde sicut in aliis rebus sunt potentiae naturales ad proprias operationes, ita etiam renati in vitam spiritalem habent quasdam potentias, secundum quas possunt illa opera. Quæ potentiae sunt similes illis virtutibus, quibus sacramenta efficaciam habent sibi inditam: quia sicut sacramenta causant gratiam instrumentaliter, ita recipientes characterem operantur divina per ministerium. Minister autem est sicut instrumentum ejus cui ministrat. Unde dicit philosophus, servum esse sicut organum animatum; et ideo tam virtus sacramenti, quam minister, quam character est instrumentalis. » Et quod hujusmodi potentia sit character, patet, si quis diligenter consideret verba Dionysii, a quo prima traditio characteris nobis advenit. Assignans enim ministerium ritus cujusdam qui in primitiva Ecclesia erat, quando adulti baptizabantur, « Pontifex, inquit, accedenti ad baptismum manum imponebat, et signabat eum signo crucis, et præcipiebat eum describi inter nomina Christianorum, ut de cætero ad divina cum aliis admitteretur; » additque, quod sic accedentem (scilicet ad vitam spiritalem) divina beatitudo in sui participationem recipiat, propriaeque lucis, instar signi cujusdam, ipsum participet, Deo intimum reddens, ac consortem munerum divinarum, atque ordinis sacri; quorum sacra sit lesa, summi sacerdotis accedenti datum signaculum, etc. Patet utique, quod ipse per hoc signum nihil aliud significet, aut intendat, quam illud quod facit eum participem divinarum operationum. Unde hoc signum nihil aliud est, quam quædam potentia ad actiones hierarchicas, quæ sunt administrationes et receptiones sacramentorum: et rerum aliarum ad fideles pertinentium, ad quas operationes rite exercendas indiget habitu gratiæ, sicut et aliæ potentiae habitibus indigent. Plura vide ibidem apud D. Thomam art. 2, ubi examinat, utrum definitio, quæ attribuitur Dionysio de characterem, bene assignetur, et seqq.

Parte II, § I. *Sacrorum præsul*, etc. Notandus hic insignis ordo justificationis. Primus enim gradus ad conversionem, est Evangelii prædicatio, quoniam fides est ex auditu. *Quomodo enim credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante?*

§ II. Adverte antiquissimam Ecclesiæ cæremoniam de adhibendo sponsore in baptismo, quem vulgo patrinum seu susceptorem vocant, sic dictum, quod eum de manu baptizantis, quasi in fidem et curam suam, in fide et moribus erudiendum suscipiat. Hæc autem obligatio ipsum instruendi desinit, ubi baptizatus sufficienter semel instructus fuit. Ita communiter theologi in III p., quæst. 67, art. 7, etc. Observa item hic duodecim cæremonias baptismo adhiberi solitas.

Prima erat, qua baptizandi nomen suum dabant, ex quo competentes dicebantur. Erant enim duo genera catechumenorum: alterum eorum qui exhortationes audiebant, nondum tamen petierant baptismum, et ideo solum dicebantur auditores seu audientes, de quibus vide Cyprianum epist. 17, lib. III; alterum genus erat eorum qui jam petierant baptismum, et competentes dicebantur, et postquam admissi erant, **175** dicebantur electi. Dionysius tamen hic § 5, non agit de hæc nominis inscriptione, sed de illa quæ fiebat quando jam ad baptismum ipsum adducebantur.

Secunda cæremonia erat scrutinium seu examen, cujus hic etiam meminit Dionysius § 4, dum videlicet Pontifex ad virum accedit, et quid petatum venerit sciscitatur, etc.

Tertia erat abrenuntiatio, de qua agit § 5 et 6. Ubi nota, eam ter fieri consuevisse.

Quarta erat fidei promissio, de qua ibid. agit § 6, in fine, et § 7.

Quinta erat signum crucis in fronte baptizandi impressum, manum illi imponendo ut ibidem tradit § 7.

Sexta erat exorcismus, quem bene notat Vasquez hic a Dionysio § 6, non exprimi per insufflationem istam quam ipsemet catechumenus faciebat, sed intelligi per precem quam ipse pontifex perficit. Nam, ut ait Simeon episcopus Thessalonicensis in lib. *De mysteriis Ecclesiæ*, explicans cæremonias baptismi, « secunda oratio exorcismus est diabolum repellens, etc. »

Septima erat unctio, de qua ibidem agit § 7.

Octava erat aquæ benedictio et consecratio, de qua ibidem agit § 7.

Nona erat trina mersio sub invocatione sanctissimæ Trinitatis, ibid. § 7, unde confirmatur, tempore Dionysii, atque adeo apostolorum, quorum ipse cœtaneus fuit, non frequentatum fuisse baptismum in solius Christi nomine, ut aliqui volunt, sed semper requisitam fuisse expressam trium divinarum Personarum invocationem.

Decima, candidæ vestis impositio, de qua § 8.

Undecima, chrismatis unctio, ibid. § 8.

Duodecima erat, qua pontifex ipsum eucharistiæ capacem declarabat vel etiam communicabat, ibid. § 8. Ubi observa, quod, sicut manna datum fuit Hebræis post transitum maris Rubri, jam

submersis Ægyptiis; sic eucharistia post baptismum detur Christianis jam deletis peccatis, ut per baptismum a malo emundemur, per eucharistiam vero in bono confirmemur. Sicut enim manna populo isti cibus fuit in solitudine, virtute ejus ad terram promissionis pervenerunt; sic eucharistia populum Christianum per præsentis vitæ incolatum ad patriam paradisi perducit. Unde quoque viaticum recte appellatur, quia spirituales vires suppeditat, ne deficiamus in via. Quemadmodum enim filius Israel a transitu maris Rubri manna non defuit, donec in terram promissionis perveniret; ita quoque fidelibus per baptismum renatis non deficit eucharistia sub specie, donec Deum in patria facie ad faciem contemplemur.

Has et alias ceremonias in baptismo adhiberi solitas, pulchre exponit mystice Albinus Flaccus, Alcinus in lib. *De divinis officiis*, ubi agit de Sabbato sancti Paschæ. Primo, inquit, paganus ut catechumenus fiat, accedens ad baptismum renuntiet maligno spiritui et omnibus damnosis ejus pompis: exsufflatur etiam, ut fugato diabolo, Christo Domino paretur introitus: exorcizatur, id est conjuratur malignus spiritus ut exeat, et recedat dans locum vero Domino. Catechumenus audiens, seu auditor, salem accipit, ut putrida et fluxa ejus peccata sapientiæ sale divino munere mundentur. Deinde Symboli apostolici traditur ei fides, ut vacua domus et a prisco habitatore derelicta, fide ornatur et præparetur habitatio Domino. Fiant scrutinia, ut exploretur sapiens, an post renuntiationem Satanae sacra verba datæ fidei radicatus corde defixerit. Tanguntur et nares, ut quandiu spiritum naribus trahat, in fide accepta perduret. Pectus quoque eodem oleo perungitur, ut signo sanctæ crucis diabolo claudatur ingressus; signantur et scapulæ, ut undique muniatur. Item in pectoris unctione signatur fidei firmitas et operum honorum perseverantia. Deinde S. Trinitatis trina subversione baptizatur. Et recte homo, qui ad imaginem sanctæ Trinitatis est conditus, per invocationem sanctæ Trinitatis ad eandem renovatur imaginem; et qui tertio gradu peccati, id est consensu, cecidit in mortem, tertio elevatur, ut de fonte per gratiam surgat ad vitam. Deinde albis induitur vestimentis, propter gratiam regenerationis et castitatem vitæ, et angelici splendoris decorem. Tunc sacro chrismate caput perungitur, et mystico tegitur velamine, ut intelligat se diadema regni et sacerdotii dignitatem portare, juxta Apostolum: *Vos estis genus electum, regale* °, sacerdotale, offerentes vosmetipsos Deo vivo hostiam sanctam, et Deo placentem. Sic corpore et sanguine Dominico confirmatur, ut illius sit capitis membrum qui pro eo passus est et resurrexit. Novissime per impositionem manus a summo sacerdote et septiformis gratiæ Spiritum accipit, ut roboretur per Spiritum sanctum ad prædicandum aliis, qui fuit in baptismo per gratiam vitæ donatus æterna.

Parte III, § I. Nota, sub initium contemplationis ipsismet verbis S. Dionysii manifeste confirmari doctrinam theologorum, docentium sacramentum baptismi ex institutione Christi, seu ex opere operato, vitæ sanctitatem operari; ait enim: **176** *Τὶ γὰρ ἂν φανεῖν διαμυρτάρουσα, καὶ τοῦ θεοσιτέρου λόγου τῶν τελουμένων σεσημημένου, πειθεὶ καὶ θεερέθμισσῶν, τὴν τοῦ προσιδόντος εὐχῶν ἱερῶς διαπραγματευομένην, καὶ τὴν τῆς ἀπάσης ἐμοῦ κακίας δι' ἐραρέτου καὶ θείας ζωῆς ἀποκάθαρσιν, τῇ δὲ ὕδατος φυσικῇ καθάρσει σωματικώτερον αὐτῷ διαγγέλλουσα.* Quid enim ei desuper videatur, diviniorem etiam mysteriorum silentio suppressa ratione, cum divina institutione satis probet accedentis, quam sancte operatur, vitæ integritatem, et per vitam probam ac divinam universæ simul malitiæ perpurpationem naturali emundatione aque corporalius ipsi denuntiet. Ubi significatur primo, baptismum conferre gratiam ex institutione Dei, quod theologo vocant *ex opere operato*; quia non ex opere hominis operantis, seu quia est opus hominis, sed quia est opus Dei institutum a Deo, et homini concessum ad ejus sanctificationem. Secundo insinuat quod licet aqua habeat quandam analogiam ad spiritalem emundationem significandam; illam tamen non esse satis determinatam et completam, nisi accederet divina institutio, ex qua habet quod sanctificet, quia non ex invocatione hominum, aut merito suscipientis. Aqua enim, seu ablutio secundum se est indeterminata ad hoc vel illud significandum, et ad hunc vel illum usum adhiberi potest, v. g. ad munditiam, refrigerationem, etc. Accedente autem forma verborum, ex institutione Christi determinatur ad significandam ablationem animæ, sine verbo enim aqua per se nullam vim habet spiritualiter mundandi; sicut materia sine forma non habet vim agendi, sed illam concipit per formam.

§ II. Nota ex S. Dionysio, hic quoque confirmari, internam quandam esse formam sacramentorum, cum ait: *Ἡμεῖς δὲ, ἀναβάσεσιν ἱερῶς ἐπὶ τὰς τῶν τελουμένων ἀρχὰς ἀναβλέψαντες, καὶ ταύτας ἱερῶς μνηστέρας, ἐπιγνώσεσθα τίνων εἰσὶ χαρακτήρων τὰ ἐντυπώματα, καὶ τίνων ἀφανῶν αὐ εἰκόνες. Ἔστι γὰρ τὰ μὲν αἰσθητῶς ἱερὰ τῶν νεητῶν ἀεικονίσματα, καὶ ἐπ' αὐτὰ χειραγῶντα καὶ ἑδῶς: τὰ δὲ νεητῶν κατ' αἰσθησιν ἱεραρχικῶν ἀρχῆν καὶ ἐπιστήμην.* Nos vero, cum sacris ascensionibus sacramentorum principia contemplamus, sacro eadem afflatu perceperimus, cognoscemus quorum characterum sint effigies, et quarum rerum occultarum imagines existant. Siquidem sensibilia sacramenta simulacra sunt intelligibilium, ad quæ manuducunt ac viam sternunt; intelligibilia vero sacramentorum sensibilibus principia sunt atque scientia. Quibus verbis significat, præter formam sensibilem seu externam, aliam quandam esse formam internam, intelligibilem seu spiritalem, respectu ejus quidquid est sensibile in sacramento, tam verba quam res, sunt materia. Et hæc forma interna est significatio ipsius sacramenti, et virtus effectiva et spiritalis; tum quia est ex institutione ac deputatione divina, tum quia res significata est spiritalis. Similiter virtus operativa est mere spiritalis, ipsa scilicet divina assistentia intime præsens sacramentis, in illis et per illa operans: vel secundum alios, est potentia obedientialis, quæ est in rebus et verbis, estque invisibilis, cum consistat in quodam ordine creaturæ ad Deum. Itaque secundum Dionysium, omne sacramentum non tantum constituitur ex materia et forma sensibili, sed etiam ex natura sensibili et forma spiritali seu intelligibili. Sicut homo non tantum constat ex materia prima et forma carnis, ossis, et cæterorum, sed etiam ex hoc toto, scilicet ex carne, osse, cæterisque tanquam materia, et anima rationali tanquam forma, sicut et homo novus constat natura et gratia. Externam autem formam vocat sanctus Augustinus id quod dicitur, et sonum transeuntem; internam autem et spiritalem, vocat id quod creditur, et virtutem permanentem.

Nota ibidem, secundum Dionysium, sacramentorum principia contemplanda esse, per hæc insinuans, sacramenta nostra non tantum significare gratiam sanctificantem, sed etiam ipsam causam sanctificationis et finem ejus. Ac primo quidem, significant certo et speciali modo ipsam

° I Petr. II, 9.

internam sanctificationem animæ; verbi gratia, baptismus significat gratiam per modum ablutionis animæ, et respectu hujus dicuntur *signa demonstrativa*. Secundo significant causam efficientem seu meritoriam, ex qua vim habent; nam omnis effectus significat suam causam, et hæc est passio Christi, atque hæc est quodammodo principalis in sacramentis. Nam non tam instituta sunt, ut significant nos sanctificari, quam ut nobis significant ejus virtute ac merito sanctificemur, et respectu hujus dicuntur *signa commemorativa*. Tertio significant quoque finem hujus sanctificationis, quæ vita est æterna, ut baptismus puritatem illam absolutam et omnimodam quæ erit in cœlis, et eucharistia (ut cap. 4 *Cœlestis hierarchiæ* docuit) participationem divinæ fruitionis; et respectu hujus dicuntur *signa prognostica*.

§ III. Docet, quomodo Deus ex parte sua gratiæ lumen omnibus luculenter expandat, illis tamen non proficiat, qui illud vel non admittunt vel rejiciunt. Hujus rei exempla habemus in eo qui oculos contra lumen claudit, cum Deus tamen faciet solem suum oriri super bonos et malos ꝑ. Item in illo, qui manum ad largientem non extendit; quia Deus, quantum in se est, dat omnibus affluenter ꝑ. **177** Item in illo, qui domum suam cingit spinis, ne ingrediatur amicus, ipse vero semper stat ad ostium et pulsat ꝑ. Vide D. Thomam 1, 2, q. 112 et 113 et ibidem scholasticos.

§ IV. Describit hic ordinem justificationis in adultis, ad quam (uti D. Thomas quoque ipsum secutus 1, 2, quæst. 112, art. 5), requirit motum liberi arbitrii, non solum quo per desiderium et amorem animus ejus ad justitiam accedat, verum etiam quo per odium a peccato recedat. Cum enim justificatio impii sit quidam motus, quo humana mens movetur a statu peccati ad statum justitiæ; oportet ut humana mens se habeat ad utrumque extremorum secundum motum liberi arbitrii, sicut se habet corpus localiter motum ab aliquo movente ad duos terminos motus. Manifestum est autem in motu locali corporum, quod corpus motum recedat a termino a quo, et accedat ad terminum ad quem: unde oportet, ut mens humana, dum justificatur, per motum liberi arbitrii recedat a peccato, et accedat ad justitiam. Recessus autem et accessus in motu liberi arbitrii accipitur secundum detestationem et desiderium: dicit enim S. Augustinus, tract. 46 in Joannem (exponens illud: *Mercenarius autem fugit*), *affectiones nostræ motus animorum sunt, letitia, animi diffusio; timor animi fuga est. Progredieris animo cum appetis, fugis animo cum metuis*. Oportet igitur in justificatione impii duplicem esse motum liberi arbitrii, unum nempe quo per desiderium tendat in Deum, et alium quo detestetur peccatum.

§ V et VI. Exponit mystice vestis depositionem, et exorcismos, quibus antiquæ in peccatis transactæ vitæ depositio insinuat. Quicumque enim, inquit D. Thomas, in ꝑ. 3, q. 71, art. 2, *sapienter aliquod opus facere proponit, prius removet impedimenta sui operis*. Unde dicitur: *Novate vobis novale, et nolite esse rere super spinas*. *Diabolus autem hostis est humane salutis, quæ homini per baptismum acquiritur, et habet potestatem aliquam in hominem, ex hoc ipso quod subditur originali peccato, vel etiam actuali*. Unde convenienter ante baptismum expelluntur dæmones per exorcismos, ne salutem hominis impediunt; quam quidem expulsionem significat *exsufflatio*. *Benedictio autem cum manus impositione præcludit expulso viam ne redire possit*. *Sal autem in os missum, et narium et aurium sputo linitio, significat receptionem doctrinæ; fidei quantum ad aures, et approbationem quantum ad naves, et confessionem quantum ad os*. Olei vero inunctio significat aptitudinem hominis ad pugnandum contra dæmones; uti § 7, hic sanctus Dionysius declarat. Vide plura de his apud divum Thomam art. supra citato et seq.

§ VII. Explicat mystice quid immersio et emersio designent. Disputat autem S. Thomas in ꝑ. 3, q. 66, artic. 7 et 8, an immersio, eaque triplex, necessaria sit ad baptismum; et respondet, cum in baptismo assumatur aqua ad corporis ablutionem, non modo per immersionem, verum etiam per aspersionem vel affusionem aquæ baptismum dari posse, et licite quoque unica vel trina perfici immersione. *Ad baptismum enim per se requiritur ablutio aquæ, quæ est de necessitate sacramenti; modus autem ablutionis per accidens se habet ad sacramentum*. Unde S. Gregorius lib. 1, epist. 41, Leandro scribens, ait: *Reprehensibile esse nullatenus potest, infantem in baptismo vel ter vel semel immergere, quoniam in tribus immersionibus Personarum Trinitas, et in una potest Divinitatis singularitas designari*. Item, *unica immersione significat unitas mortis Christi, per trinum autem, triduum sepulturæ*. *Ex diversis tamen causis, secundum ordinationem Ecclesiæ, quandoque instituitur unus modus, quandoque alius*. *Quia enim a principio nascentis Ecclesiæ quidam de Trinitate male sentiebant, Christum purum hominem esse æstimantes, nec dici Filium Dei et Deum, nisi propter meritum ejus, quod præcipue fuit in morte; ideo non baptizabant in nomine Trinitatis, sed in commemoratione mortis Christi, et una immersione*. *Quod reprobatur in Ecclesia*. Unde in can. apostolorum 49, legitur: *Si quis presbyter aut episcopus non trinam immersionem unius mysterii celebret, sed semel mergat in baptismo (quod dari a quibusdam dicitur in morte Domini), deponatur: non enim nobis dixit Dominus: In morte mea baptizate, sed: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*. Postmodum ob quorundam rebaptizantium errorem, in concilio Toletano statutum fuit, ut fieret una sola immersio. Sed cessante tali causa, communiter observatur in baptismo trina immersio.

178 PARAPHRASIS PACHYMERÆ (25).

PARS I. Ἐκαστον κεφάλαιον μυστηρίου τρισὶ τισὶ λόγοις ἐπιμερίζει. Πρῶτον μὲν διαλαμβάνων περὶ αὐτοῦ τούτου τοῦ κεφαλαίου, καὶ ὅπως ἡμᾶς καὶ εἰς τί ὀνήσῃ: δεῦτερον ἐκτιθέμενος ὅπως παρὰ τοῦ ἱεράρχου τὸ μυστήριον ἐκτελεῖται: καὶ τρίτον ἐπιφέρων τὴν θεωρίαν. Ἐπεὶ γοῦν κατὰ τὴν κάτω ταύτην καὶ σαρκικὴν γέννησιν πέφυκε γίνεσθαι, ὅτι πρῶτον λαμβάνομεν τὸ εἶναι καὶ εἰθ' οὕτως ἐνεργοῦμέν τι· (τοῦτο

PARS I. Quodlibet mysterii caput tribus quibusdam rationibus distribuit. Primum quidem tractat de ipso capite, quomodo et ad quid vobis prosit: deinde exponit quomodo ab hierarcha mysterium consecratur; tertio subjungit contemplationem. Cum itaque secundum inferiorem hanc et carnalem generationem fieri soleat, ut primum accipiamus esse, atque ita deinde quidpiam agamus; idem

ꝑ Matth. v, 45. ꝑ Jac. i, 5. ꝑ Apoc. 11, 20. ꝑ Jer. iv, 5.

(25) Vide Scholia S. Maximi tom. II, cap. 8 *Eccles. hier*

quoque in divina regeneratione usu venit : quocirca primum tractat de divino baptismate. Dictum est itaque, scopum nostræ hierarchiæ esse ad Deum assimilationem; hanc autem non aliter licet adipisci quam per Dei dilectionem, uti divina et evangelica eloquia tradunt. Cum igitur ista dilectio constet observatione divinorum mandatorum, quærit sibi ducem tam sancti operis, scilicet ad sanctam divinorum mandatorum executionem, atque reperit non esse alium, præter illam ex aqua et Spiritu regenerationem. Siquidem divinus ille baptismus, ad Dei familiaritatem cœlestemque hæreditatem principium est et introductio. *Nisi enim*, inquit, *quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non videbit regnum Dei*¹. Unde homo exterior² formatur ad meliorem ac salutarem habitudinem, et ad verborum operumque Dei institutionem. Quomodo autem divinus baptismus naturales nostros habitus seu affectus efformat? Utique vim quamdam formatricem inserit figmento nostro, scilicet appetendi, sed cœlestia bona; movendi, sed ad omne opus bonum; ratiocinandi seu cogitandi, sed quæ oculus non vidit, neque auris audivit; concupiscendi, sed meliora; irascendi, sed inimico salutis nostræ, et cætera. Præclare enim dixit inclytus Hierotheus, primum et eximium mentis motum esse Dei dilectionem. Hujus autem dilectionis quasi quoddam principium est divina nostri fabricatio, quæ nimirum fit per baptismum, secundum quam divinum statum inchoamus; siquidem ea quæ ex semine est nostri fabricatio, etsi sit ex conditore Deo, tamen naturalis est, ea vero quæ ex baptismate existit, divina. Neque enim *ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, nec ex voluntate carnis*³. Quemadmodum igitur in naturali nativitate oportet primum existere in **179** rerum natura, ac deinde vicissim, et agere et pati, homines quidem quæ sibi sunt propria, bruta vero quæ sunt conducibilia: sic etiam in divina baptismi regeneratione oportet primum Deo existere, ac deinde dilectionem ejus operari, uti cætera quæ ad recte vivendum spectant. Ejus enim quod nequaquam est, neque motus est; quod autem quoquo pacto est, sive quod solum subsistit, operabitur omnino quæ sibi sunt accommodata, ut taliter aut tale quid existat, v. g. homo, qui simpliciter in rerum naturam prodiit. Quomodo igitur qui necdum operatur quidquam, potest eo pervenire ut talis sit, verbi gratia, justus, faciendo justitiam; vel talis, aliud quid operando? Cæterum cum divini baptismatis symbola conspecturi simus, nemo profanus ad rerum dictarum spectaculum accedat; neque enim debiles oculos habentibus tutum est obtueri radiis quos sol ejaculatur (id enim est, a sole fabricatis) cum etiam in legis umbris (quas etiam hierarchiam appellat) Ozias lepra correptus sit coram Deo adolens incensum; et Core

A καὶ ἐν τῇ θεῖα ἀναγεννήσει ἐστὶ·) διὰ τοῦτο πρῶτως διαλαμβάνει περὶ τοῦ θεοῦ βαπτίσματος. Εἰρηται τοῖνον ὅτι σκοπὸς τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας ἐστὶν ἡ πρὸς Θεὸν ἀφομοίωσις· ταύτης δὲ οὐκ ἄλλως ἐστὶν ἐπιτυχεῖν εἰ μὴ διὰ τῆς πρὸς Θεὸν ἀγαπήσεως, καθὼς καὶ τὰ θεῖα καὶ εὐαγγελικὰ παριστώσι λόγια. Ἐπεὶ τοῖνον ἡ τοιαύτη ἀγάπησις ἐκ τοῦ τηρεῖν τὰς θείας ἐντολάς συνίσταται, ζητεῖ τὴν ἀρχηγὸν ἱερουργίαν, ἀηλονότι ἱερὰν ἐργασίαν τῶν θεῶν ἐντολῶν, καὶ εὐρίσκει οὐδεμίαν ἄλλην εἰ μὴ τὴν δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἀναγέννησιν. Ἀρχὴ γὰρ καὶ ὁδοποίησις τῆς πρὸς Θεὸν οικειώσεως καὶ τῆς ἐπουρανίου κληρονομίας τὸ θεῖον ὑπάρχει βάπτισμα. Καὶ γὰρ, Ἐὰν μὴ τις, φησὶ, γεννηθῆ δι' ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ ἴδοι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ὅθεν μορφοῦται ὁ ἕξω ἄνθρωπος πρὸς κρείττονα ἕξιν καὶ σωτήριον, καὶ τῶν κατὰ Θεὸν λόγων τε καὶ πραγμάτων τὴν ἐπιτήδευσιν. Πῶς δὲ μορφοῖ τὰς φυσικὰς ἡμῶν ἕξεις τὸ θεῖον βάπτισμα; Ἡ πάντως δύναμιν ἐνήσει μορφωτικὴν ἀναπλάσεως, τοῦ ὀρέγεσθαι, ἀλλὰ τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν· τοῦ κινεῖσθαι, ἀλλ' εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν· τοῦ λογίζεσθαι, ἀλλὰ τὰ ἄοφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὐκ οὐκ ἤκουσε· τοῦ ἐπιθυμεῖν, ἀλλὰ τῶν κρείττωνων· τοῦ θυμοῦσθαι, ἀλλὰ κατὰ τοῦ ἐχθροῦ τῆς σωτηρίας ἡμῶν, καὶ ἐφεξῆς τὰ ἄλλα. Καλῶς γὰρ εἶπεν ὁ κλεινὸς Ἱερόθεος, ὅτι ἡ προτιμοσύνη καὶ ἐξαιρέτος κίνησις τοῦ νοῦ ἡ πρὸς Θεὸν ἀγάπη ἐστὶν. Ταύτης δὲ τῆς ἀγάπης ἀρχὴ τις ὅσον ἐστὶν ἡ θεῖα δημιουργία ἡμῶν, ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος δηλονότι, καθ' ἡν θεῖως εἶναι ἀρχόμεθα· ἡ μὲν γὰρ ἐκ σπέρματος ἡμῶν δημιουργία, εἰ καὶ ἐκ Θεοῦ δημιουργοῦντός ἐστιν, ἀλλ' οὐκ φυσικὴ ἐστὶν· ἡ δὲ ἐκ τοῦ βαπτίσματος θεῖα. Οὐ γὰρ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρός, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκός. Ὅσπερ τοῖνον ἐν τῇ φυσικῇ γεννήσει δεῖ πρῶτον ὑπάρξαι εἰς τὸ εἶναι, καὶ τότε ἐνεργῆσαι τὰ κατάλληλα, καὶ παθεῖν, ὅσον ἀνθρώπους μὲν τὰ οικεῖα, ἀλογα δὲ πάλιν τὰ πρόσφορα· οὕτω καὶ ἐν τῇ θεῖα τοῦ βαπτίσματος ἀναγεννήσει δεῖ πρῶτον Θεῷ ὑπάρξαι, καὶ τότε ἐνεργῆσαι τὴν ἀγάπην αὐτοῦ, καὶ τὰ λοιπὰ πρὸς εὐζωίαν· τοῦ γὰρ μηδαμοῦ ὄντος οὐδὲ κίνησις ἐστὶ· τὸ δὲ πως ὄν, ἤγγουν τὸ μόνως ὑποστάν, ἐνεργῆσει πάντως τὰ πρόσφορα εἰς τὸ γενέσθαι καὶ τοιῶσδε ὄν ἢ τοιῶσδε, ὅσον ἀπλῶς εἰς ὑπαρξιν ἐλθῶν ἄνθρωπος. Πῶς οὖν ἔτι, μὴ ἐνεργήσας τι, δύναται ἐλθεῖν εἰς τὸ τοιῶσδε εἶναι, ἤγγουν δίκαιος, ἐνεργήσας τὴν δικαιοσύνην· ἢ τοιῶσδε, ἄλλο τι ἐνεργήσας; Ἐπεὶ δὲ μέλλομεν ἐποπτεῦναι τὰ τοῦ θεοῦ βαπτίσματος σύμβολα, μηδεὶς ἀτέλεστος ἰέτω ἐπὶ τὴν θεάν τῶν λεγομένων· καὶ γὰρ οὐδὲ τοῖς ἀσθενέσι κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀκινδυνον τὸ ἀντιβλέπειν πρὸς τὰς αὐγὰς ἃς ὁ ἥλιος τεύχει, (τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ ἠλιοτεύκτας,) ὅπουγε καὶ ἐν τοῖς τοῦ νόμου σκιάδεσι, (κάκεινα γὰρ ἱεραρχίαν καλεῖ,) καὶ Ὁζίας ἐλεπρώθη, ἐνώπιον Θεοῦ θυμιάσας· καὶ Κορὲ κατεπόθη, τῶν μὴ προσηκόντων ἱερῶν ἀντιποιοῦμενος· καὶ Ναδάβ καὶ

¹ Joan. iii, 5. ² [Max. interior.] ³ Joan. i, 13.

Ἰαβιουδ, ξένῳ πυρὶ θυμιάσαντες, ξένῳ καὶ κατεκαύθησαν.

II. Μυστήριον.

§ I. Ὁ μὲν ἱεράρχης ἀφομοιούμενος τῷ Θεῷ, καὶ θέλων καὶ οὗτος σωθῆναι πάντας, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, ἀσιγήτως κηρύττει τὰ Εὐαγγέλια, ὅτι ὁ Θεὸς, ἐξ οἰκείας κινούμενος ἀγαθότητος, ἴλεως ἡμῖν ἀεὶ ὢν, μέχρι καὶ εἰς ἡμᾶς ἐλθεῖν καὶ σαρκωθῆναι κατεδέξατο. Καὶ ὡσπερ τὸ πῦρ, ψυχρὸν καὶ μέλανα ὄντα τὸν σίδηρον, τῇ πρὸς ἑαυτὸ ἐνώσει ἀφομοιοῖ· οὕτω καὶ Θεὸς τὰ διὰ πίστεως ἐνωθέντα ἀφομοιοῖ κατὰ τὴν ἐκάστου πρὸς Θεῷ ἐπιτηδεύουσα, καθὼς ὁ ἐπιστήσιος καὶ ἡγαπημένος ἐν τοῖς θεοῖς Εὐαγγέλιος διέξεισι· καὶ ὁ μὲν ἱεράρχης ὁσημέραι ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα κηρύττει.

§ II. Ὁ δὲ τὴν ὑπερκοσμίων μετουσίαν ἀγαπήσας αὐτεξουσίως, καὶ μὴ ἐξ ἀνάγκης τινὸς βιασθεὶς, ζητήσας ἀνάδοχον, καὶ εὐρῶν, πείθει αὐτὸν ἡγήσασθαι τούτῳ τῆς πρὸς τὸν ἱεράρχην ὁδοῦ· ἐπαγγέλλεται δὲ κατακολουθήσειν αὐτὸς, καθὼς καὶ ἐν τῷ νόμῳ εἴρηται· *Κατὰ πάντα ἀκουσόμεθα φωνῆς Κυρίου*. Ὁ δὲ, πρῶτον μὲν ἀκούσας τὴν ἀναδοχὴν, καὶ ἀποβλέψας ἔνθεν μὲν τὸ τοῦ πράγματος ὕψος, ἐκεῖθεν δὲ τὸ εὐπερίτρεπτον τῶν ἀνθρώπων, φρίττει καὶ ἀμηχανεῖ, λογιζόμενος τὸ τοῦ πράγματος δυσχερὲς, (ὄρα δὲ, ὅτι καὶ οὗτος, ἐπεὶ πιστὸς ἐστίν, ἐρᾷ τῆς τοῦ πλησίον σωτηρίας, καθὼς καὶ ὁ ἱεράρχης, κατὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἀφομοίωσιν,) ὁμῶς δὲ κατὰ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ ἀφομοίωσιν τοῦ πάντας ἀναδεχομένου, ὁμολογεῖ ποιήσειν τὸ αἰτηθὲν, καὶ σὺν αὐτῷ καταλαμβάνει τὸν ἱεράρχην.

§ III. Ὁ δὲ, μετ' εὐφροσύνης ὡς ἐπ' ὤμων τὸ ἀπολωλὸς πρόβατον εἰσδεξάμενος ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν, τοῦ τε ἀναδόχου λέγω καὶ τοῦ προσελθόντος, ἠὲ χαρίστησε τῷ Θεῷ νοερῶς καὶ σωματικῶς διὰ προσκυνήσεως. Πῶς δὲ καὶ ἀπὸ τῶν δύο τὸν προσελθόντα ἀναδέχεται; ὅτι ὁ μὲν ἀνάδοχος προσφέρει τοῦτον, αὐτὸς δὲ προσάγει καὶ ἐγγειρίζει ἑαυτὸν, ὥστε ἡ μὲν προσένεξις καὶ ἀμφοτέρων.

§ IV. Εἶτα πάντας τοὺς τοῦ κλήρου (τούτους γὰρ λέγει ἱερὰν διακόνειαν) ἐφ' ᾧ καὶ συνεργήσωσι καὶ συνεργάσωσι, συγκαλεῖται, καὶ ὕμνον τινὰ ἱερολογεῖ ἐκ τῶν θεῶν λογίων. Σημειῶσαι γὰρ, ὅτι ἐκ πάσης τῆς ἱερᾶς Γραφῆς δυνατὸν ὕμνον προσφέρειν τῷ Θεῷ, οὐ μὴν ἐκ μόνου τοῦ Ψαλτήρος· ἢ τὴν ᾠδὴν Ἰσως Μαρίας τῆς ἀδελφῆς Μωϋσέως, Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ· ἢ τὸν λγ' ψαλμὸν, ἢ καὶ μέρος τούτου, *Προσελθετε πρὸς αὐτὸν, καὶ φωτίσθητε*. Καὶ μετὰ ταῦτα, τὴν ἱερὰν ἀσπαζόμενος τράπεζαν, ἔξεισι, καὶ πυνθάνεται εἰς τὸ μαθεῖν παρ' αὐτοῦ, τί βουλόμενος ἦχοι.

§ V. Τοῦ δὲ, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ ἀναδόχου, μετακλαυσάμενος τὸν πρότερον ἐκεῖνον καὶ ἄθεον βίον αὐτοῦ, ἀξιοῦντός τε τυχεῖν τοῦ Θεοῦ δι' αὐτοῦ, μαρτυρεται μὲν αὐτῷ, ὅποια ὀφείλει εἶναι ἡ προσέλευσις, ὅτι ὀλικῶς καὶ ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ παντελῆς, ἐπεὶ καὶ ὁ πρὸς ὃν ἡ προσέλευσις, παντέλειός ἐστι καὶ ἁμωμός·

A terra absorptus est sacris ipsi non convenientibus se ingerens; et Nadab et Abiud, peregrino igne incensum adolentes, eodem quoque combusti sunt.

II. *Mysterium.*

§ I. Hierarcha Deo similis effectus volens quoque salvari omnes, et ad agnitionem venire veritatis, clara voce prædicat Evangelia: quomodo nimirum Deus, ex propria motus bonitate, nobis semper propitius existens, eousque etiam, ut ad nos venire ac carnem assumere dignatus sit. Et sicut ignis frigidum nigrumque ferrum unione sua sibi simile reddit; sic etiam Deus per fidem unita sibi similia efficit, secundum cuiusque ad deificationem aptitudinem, prout dilectus ille qui in peccatore recubuit in divinis Evangeliiis declaravit: et quidem sacerdos hæc et similia quotidie prædicat.

§ II. Porro qui supermundalium participationem libere amat, et non ex necessitate aliqua coactus, susceptorem quærit, et invenit, persuadet illi ut ad hierarcham se manudecat: ipse autem recipit se illum secuturum, quemadmodum in lege dictum est: *Secundum omnia audiemus vocem Domini**. Hic primum quidem audiens fidejussionem, et expendens hinc quidem rei celsitudinem, inde **180** vero hominum mutabilitatem, horret ac refugit, considerans rei difficultatem (observa autem, quomodo etiam hic cum fidelis sit, proximi salutem amet, uti et sacerdos, ad Dei similitudinem) nihilominus secundum boni Dei cunctos suscipientis similitudinem, promittit se petitioni satisfacturum, atque una cum illo hierarcham adit.

§ III. Hic vero cum lætitia viros istos, susceptorem inquam et accedentem, quasi ovem perditam in humeros accipiens, gratias agit Deo spirituali simul et corporali adoratione. Sed quomodo e duobus cum qui accedit suscipit? quia nimirum fidejussor quidem ipsum offert, ipse vero semetipsum sistit ac tradit; ita ut conciliatio etiam sit utrorumque.

§ IV. Universum exinde clerum (hos enim sacram appellat dispositionem) cum ut cooperentur, tum ut congratulentur, convocat, et e divinis Scripturis hymnum aliquem canit. Nota autem, ex omni sacra Scriptura posse hymnum seu laudem offerri Deo, et non ex solo Psalterio; vel canticum forte Mariæ sororis Moÿsis: *Cantemus Domino*; vel psalmum tricesimum tertium, aut ejus partem: *Accedite ad eum, et illuminamini*. Et post hæc sacrum altare osculatus egreditur, et sciscitatur, ut ab eo intelligat, ecquid petatum veniat.

§ V. Ipso autem, juxta præceptum susceptoris, priorem illam ac Dei consortem vitam deplorante, ac per eum Dei consortem fieri postulante, testatur ipsi qualis esse habeat accessio, nempe totalis, et ex tota anima, et omnino perfecta, cum is ad quem acceditur, prorsus quoque perfectus sit et immia-

* Exod. xix, 8; xxiv, 3, 7.

culatus : tunc enim forte non totius esset dilectio, sicubi secundum quid is, ad quem accessio fit, perfectus esset et immaculatus, quod non vacaret reprehensione. Ad hæc vero, postquam ipsum instruxit quomodo vitam agere ac instituere debeat, et interrogavit, post astipulationem ejus capiti manum imponit subditisque sibi sacerdotibus diaconisque mandat, ut in sacras tabulas nomina referant tam accedentis quam susceptoris. Hunc autem existimo esse librum viventium.

§ VI. Completa deinde super ipso una cum aliis oratione, ipsum exiit, unica nimirum, et non omni veste; exinde statuens eum ad occidentem, ter jubet insufflare Satanæ, et abrenuntiationem profiteri, ter et ipse **181** contestatus; quoniam hoc facis. Deinde transfert ad orientem, Deoque jubet consentire, protestatus et hic triplici professione fidem.

§ VII. Hac itaque prece facta, ministri plane ipsum exiunt, ut sacro oleo inungatur. Dum autem sacerdotes eum inungunt, Pontifex ad adoptionis matrem sive baptisterium accedit, ibidemque cum aquam benedixit, atque recitavit sacrum hymnum sancti Spiritus (qui sanctus Spiritus est divinorum prophetarum inspiratio) virum accipit. Non autem dixit sacrum hymnum divinorum prophetarum, neque enim prophetæ omnes unum atque idem canticum recitarunt. Est autem psalmus vicesimus octavus: *Vox Domini super aquas, et Alleluia*. Quibus omnibus super ipso rite peractis, sacro oleo inunctum, participem illum facit immortalium mysteriorum. Non oportet autem mirari, si sanctus hic Pater quædam ab ordine jam in ecclesiis recepto diversa commemoret: verisimile enim est, hæc pro isto temporis statu congruisse, nunc autem accuratius fieri.

§ VIII. His absolutis, hierarcha denuo ad primam contemplationem, sive mysticam precationem, id est, missæ sacrificium convertitur: neque enim decet, ut quidquam a suis institutis tractet alienum. Declarat autem hic sermo, quod episcopus, qui Dei omnium personam sustinet, quemadmodum Deus in suo illo uno eodemque statu semper manens, et in ipso fixus nunquam se deserens, salutis omnium causa, providentiæ suæ progressionibus ad omnia bonitatis illustrationes extendit, omnibusque præsens est, a stabilitate sua minime discedens, sic etiam episcopus, ad imitationem Dei symbolice, et prout potest, in sua statione, id est, in ecclesiastico principatu permanens, ad inferiora humanitatis providentia procedit: et inferiorum gubernatione impleta rursus ad altare redit, symbolice declarans, se inferiorum providentia motum, rebus divinis ibidem peractis, a divinis sacramentis recens baptizato collatis, ad divinum institutum reverti, ut appareat, ipsum a sancto Spiritu duci et reduci.

182 III. Contemplatio.

§ I. Hoc itaque est sacramentum nostræ regenera-

A τότε γὰρ τυχὸν οὐχ ὀλικὴ ἐγένετο ἂν ἡ ἀγάπησις, εἰ-
που κατὰ τι ἔπρὸς ὅν ἡ προσέλευσις παντέλειός ἐστι
καὶ ἄμωμος, τὸ ἐπίμορφον εἶχεν. Ἔτι δὲ καὶ ὅπως
διάγειν καὶ πολιτεύεσθαι ὑψηγησάμενος, καὶ προσε-
ρωτήσας, μετὰ τὴν ὁμολογίαν ἐκεῖνου, τότε τὴν χεῖρα
τῆ κεφαλῇ ἐπιτίθειαι, καὶ κελεύει τοῖς ὑπ' αὐτὸν
πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις ἐν δέλτοις ἱεραῖς ἀπο-
γράψασθαι τὰ ὀνόματα, τοῦ τε προσελθόντος καὶ
τοῦ ἀναδόχου. Ταῦτα δὲ, οἶμαι, εἰσι τὰ τῶν ζώντων
δίπτυχα.

§ VI. Εἶτα, συμπληρώσας τοῖς ἄλλοις ἐπ' αὐτῷ τὴν
εὐχὴν, ἀπαμφιέννυσιν, ἐν ἱμάτιον δηλονότι, καὶ οὐ
πᾶσαν τὴν ἐσθῆτα· εἶτα ἐπιστρέψας πρὸς δυσμὰς,
τρὶς ἐμφυσῆσαι τῷ Σατανᾷ διακελεύεται, καὶ ὁμολο-
γῆσαι τὰ τῆς ἀποταγῆς, τρὶς καὶ αὐτὸς μαρτυρόμενος,
ὅτι ποιεῖς τοῦτο. Εἶτα μετὰγει πρὸς ἑω, καὶ τῷ Θεῷ
κελεύει συντάξασθαι, μαρτυρόμενος κἀνταῦθα ἐπὶ τῇ
τρισηθῇ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως.

§ VII. Τότε γοῦν εὐξαμένου, τελείως ἀπεκδύουσι
τοῦτον οἱ λειτουργοί, ἐφ' ᾧ χρισθῆναι τὸ ἅγιον ελαιον.
Τῶν γοῦν ἱερέων χριόντων, αὐτὸς ἐπὶ τὴν μητέρα τῆς
υιοθεσίας τὴν κολυμβήθραν ἔρχεται, καὶ τὸ ἐκεῖσε
ἀγιάσας ὕδωρ, καὶ εἰπὼν τὸ ἱερὸν μελώδημα τοῦ
ἀγίου Πνεύματος, (ὅπερ ἅγιον Πνεῦμα ἡ ἐπίπνοιά
ἐστὶ τῶν θείων προφητῶν,) δέχεται τὸν ἄνδρα. Οὐ
γὰρ τὸ ἱερὸν μελώδημα τῶν θείων προφητῶν φησιν,
οὐ γὰρ πάντες οἱ προφῆται εἶπον αὐτὸ τὸ ἐν ἄσμα·
ἔστι δὲ ὁ κη' ψαλμός· *Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδά-
των*, καὶ τὸ *Ἀλληλουῖα*. Καὶ πάντα ἐπ' αὐτῷ ἱερῶς
διαπραξάμενος, τῷ ἁγίῳ ἐγχρίσας μύρω, μέτοχον
αὐτὸν καὶ τῶν ἀθανάτων μυστηρίων ἀποδείκνυσιν.
Οὐ χρὴ δὲ θαυμάζειν, εἰ παρὰ τὴν νῦν κρατοῦσαν ἐν
ταῖς ἐκκλησίαις τάξιν, παρηλλαγμένα λέγει τινὰ ὁ
Πατὴρ· εἰκὸς γὰρ ταῦτα ἐκεῖνη μὲν τῆ τῶν χρόνων
καταστάσει ἀρμόζειν, νῦν δὲ ἀκριβέστερον γίνε-
σθαι.

§ VIII. Ταῦτα τελέσας ὁ ἱεράρχης, ἐπὶ τὴν πρώτην
καὶ πάλιν ἀνατείνεται θεωρίαν, ἢ εὐχὴν μυστικὴν, ἢ
τὴν ἱερὰν λειτουργίαν· οὐ γὰρ δεῖ ἐπ' ἄλλοτρίῳ τινὶ
παρὰ τὰ οικεῖα τρέπεσθαι. Δηλοῖ δὲ ὁ λόγος, ὅτι ὁ
ἐπίσκοπος, εἰκόνα ἐπέχων τοῦ πάντων Θεοῦ, ὡςπερ
ὁ Θεὸς ἐπὶ τῆς οικείας ἐνόητος καὶ ταυτότητος ἀεὶ
μένων, καὶ ἀνεκφοιτήτως εἰς ἑαυτὸν ἰδρυμένος, σω-
τηρίας ἕνεκα πάντων ταῖς προνοητικαῖς προόδοις,
D ἐπὶ πάντα τὰς τῆς ἀγαθότητος ἐλλάμψεις ἐκτείνει,
καὶ πᾶσι πάρεστι, τῆς ἰδρύσεως οὐκ ἀποστάς· οὕτω
καὶ ὁ ἐπίσκοπος κατὰ μίμησιν τοῦ Θεοῦ συμβολικῶς,
καὶ ὡς αὐτῷ δυνατὸν, ἐπὶ τῆς οικείας στάσεως μέ-
νων, τουτέστι τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀρχῆς, πρόεισι
προνοία φιλανθρωπίας ἐπὶ τὰ δευτέρα· καὶ πληρώ-
σας τὴν τῶν δευτέρων οἰκονομίαν, πάλιν ἐπάνεισιν
ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον· παριστῶν συμβολικῶς, ὅτι
προνοητικῶς ἐπὶ τὰ δευτέρα κινηθεῖς, καὶ τὰ θεῖα
ἐκεῖσε διαπραξάμενος, ἀπὸ τῶν θείων ἐπὶ τῷ νεοφω-
τίστῳ τελεσθέντων πρὸς θεῖον ἐπιτήδευμα ἐπιστρέ-
φει, πρὸς τὸ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δοκοῦν ἀγόμενος καὶ
μεταγόμενος.

III. Θεωρία.

§ I. Αὕτη μὲν οὖν ἐστὶν ἡ τελετὴ τῆς ἡμετέρας ἀνα

Α καθ' ἡμᾶς λογικῆς καὶ νοερᾶς δυνάμειος καὶ ἐνεργείας ἔνωσιν. Καθόλου τοιγαροῦν οὐ τολμητέον εἰπεῖν, οὔτε μὴν ἐννοῆσαι τι περὶ τῆς ὑπερουσίου καὶ κρυφίας θεότητος, παρὰ τὰ θειωδῶς ἡμῖν ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων ἐκπεφασμένα. Τῆς γὰρ ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν καὶ οὐσίαν αὐτῆς ὑπερουσιότητος ἀγνωσία², αὐτῆ τὴν ὑπερουσίον ἐπιστήμην ἀναθετέον, τοσοῦτον ἐπὶ τὸ ἀναντες ἀνανεύοντας, ὅσον ἑαυτὴν ἐνδίδωσιν ἡ τῶν θεαρχικῶν λογίων³ ἀκίς, πρὸς τὰς⁴ ὑπερτέρας αὐγὰς τῆ περὶ τὰ θεῖα σωφροσύνη καὶ ὁσιότητι συστελλομένους. Καὶ γὰρ εἴ τι δεῖ τῆ πανσόφου καὶ ἀληθεστάτη θεολογία πείθεσθαι, κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἐκάστου τῶν νοῶν ἀνακαλύπτεται⁵ τὰ θεῖα, καὶ ἐποπεύεται, τῆς θεαρχικῆς ἀγαθότητος ἐν σωστικῆ δεικαιοσύνη τῶν ἐν μέτρῳ τὴν ἀμετρίαν θεοπρεπῶς, ὡς ἀχώρητον, ἀποδιαστελλούσης. Ὡσπερ γὰρ ἀληπετα καὶ ἀθεώρητα τοῖς αἰσθητοῖς ἐστὶ τὰ νοητὰ, καὶ τοῖς ἐν πλάσει καὶ τύπῳ τὰ ἀπλᾶ καὶ ἀτύπωτα, τοῖς τε κατὰ σωμάτων σχήματα μεμορφωμένοις, ἢ τῶν ἀσωμάτων ἀναφῆς καὶ ἀτρημάτιστος ἀμορφία· κατὰ τὸν αὐτὸν τῆς ἀληθείας λόγον ὑπέρχεται τῶν οὐσιῶν ἡ ὑπερουσίος ἀοριστία⁶· καὶ τῶν νοῶν, ἡ ὑπὲρ νοῦν ἐνότης· καὶ πάσαις διανοίαις ἀδιανόητόν ἐστὶ ἐδ ὑπὲρ διάνοιαν ἐν, ἄρρητόν τε λόγῳ παντὶ τὸ ὑπὲρ λόγον ἀγαθὸν, ἐνὰς ἐνοποῖδς ἀπάσης ἐνάδος, καὶ ὑπερουσίος οὐσία, καὶ νοῦς ἀνόητος καὶ λόγος ἄρρητος· ἀλογία καὶ ἀνοησία καὶ ἀνωνομία, κατὰ μηδὲν τῶν ὄντων οὔσα· καὶ αἴτιον μὲν τοῦ εἶναι πᾶσιν, αὐτὸ δὲ μὴ ὄν, ὡς πάσης οὐσίας ἐπέκεινα, καὶ ὡς ἂν αὐτῆ⁷ περὶ ἑαυτῆς κυρίως καὶ ἐπιστητῶς ἀποφαίνουτο⁸.

§ II.

De hac igitur, ut dictum est, supersubstantiali ac recondita divinitate non est præsumendum dicere, sed neque cogitare quidpiam, præter ea quæ nobis divinitus sacris sunt eloquiis enuntiata, nam ut ipsa de se **285** in sacris litteris benigne tradidit, ejus quid sit scientia et contemplatio, est omnibus inaccessa substantiis tanquam ab omnibus superessentialiter excepta. Multos quoque theologos invenias, non modo illam, quod visum nostrum captumque fugiat laudasse; verum etiam quod indagari nequeat et investigari, nullo scilicet existente vestigio quod ducat ad ejus secretissimam infinitatem. Sed neque tamen eorum quæ sunt quidquam ejus omnino boni exsors exsistit, quia radium illum supersubstantialem sibi perseveranter insitum cuilibet rei congruis illuminationibus elementer attemperat, necnon ad quantum fas est contemplationem ac communionem similitudinemque

С Περὶ ταύτης οὖν, ὡς εἴρηται, τῆς ὑπερουσίου καὶ κρυφίας θεότητος οὐ τολμητέον εἰπεῖν, οὔτε μὴν ἐννοῆσαι τι, παρὰ τὰ θεοειδῶς⁹ ἡμῖν ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων ἐκπεφασμένα· καὶ γὰρ ὡς αὐτῆ περὶ ἑαυτῆς ἐν τοῖς λόγοις ἀγαθοπρεπῶς παραδέδωκεν, ἡ μὲν αὐτῆς ὁ τι ποτέ ἐστὶν ἐπιστήμη καὶ θεωρία, πᾶσιν ἄβητός ἐστὶ τοῖς οὔσιν, ὡς πάντων ὑπερουσίως ἐξηρημένη. Καὶ πολλοὺς τῶν θεολόγων εὐρήσεις οὐ μόνον ὡς ἀόρατον αὐτὴν καὶ ἀπερίληπτον ὑμνηκότας, ἀλλὰ καὶ ἀνεξερεῦνητον ἅμα καὶ ἀνεξιχνίαστον, ὡς οὐκ ὄντος ἴχνους οὐδενός, τῶν ἐπὶ τὴν κρυφίαν αὐτῆς ἀπειρίαν διελθλυθότων. Οὐ μὴν ἀκοινώνητόν ἐστὶ καθόλου τὰγαθὸν οὐδενὶ τῶν ὄντων, ἀλλ' ἐφ' ἑαυτοῦ μονίμως τὴν ὑπερουσίον ἰδρῶσαν ἀκτίνα ταῖς ἐκάστου τῶν ὄντων ἀναλόγοις ἐλλάμψεσιν ἀγαθοπρεπῶς ἐπιφαίνεται, καὶ πρὸς τὴν ἐφικτὴν αὐτοῦ θεωρίαν καὶ κοινωνίαν καὶ ὁμοίωσιν ἀνατείνει τοὺς ἱεροῦς νόας, τοὺς ὡς θεμιτὸν αὐτῷ καὶ ἱεροπρεπῶς ἐπιβάλλ-

VARIÆ LECTIONES.

¹ γρ. ἀγνωσίας. ² λόγων, Cl. ³ πρὸς δὲ τὰς, D. ⁴ ἀνακλύπτεται, M. S. ⁵ ἀπειρία, M. S. ἀοριστία καὶ ἀπειρία, P. ⁶ αὐτό, S. P. εἰ μὴ περὶ ἑαυτοῦ. ⁷ αἰσθητῶς ἀποφῆσαιτο, S. ἀποφροτῆσαιτο, P. ⁸ θεοειδῶς, D.

λοντας, καὶ μήτε πρὸς τὸ ὑπέριον τῆς ἑναρμονίως ἁ
ἐνδομένης θεοφανείας, ἀδυνάτως ἀπαυθαδιζομέ-
νους ¹⁰, μήτε πρὸς τὸ κάταντες ἐκ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον
ὑφέσεως ἀπολισθαίνοντας, ἀλλ' εὐσταθῶς τε καὶ
ἀκλινῶς ἐπὶ τὴν ἀκτίνα τὴν αὐτοῖς ἐπιλάμπουσαν
ἀνατεινομένους, καὶ τῷ συμμέτρῳ τῶν θεμιτῶν ἐλ-
λάμψεων ἔρωτι μετ' εὐλαθείας ἱερᾶς, σωφρόνως τε
καὶ ὁσίως ἀναπτρουμένους.

sanctas mentes evehit, quæ ad ipsum, quoad pos-
sunt, connituntur, dummodo non sublimius, quam
pro eorum captu divina fert illustratio, insolenter
aliquid præsumant, nec in præceps perversa pro-
pensione labantur, at constanter et irreflexis oculis
illucenti radio obtineantur, nec non amore indultis
sibi collustrationibus commenso, cum sacra qua-
dam reverentia modeste sancteque sursum evo-
lent.

§ III.

Τούτοις ἐπόμενοι τοῖς θεαρχικοῖς ζυγοῖς, οἳ καὶ τὰς
ὄλας διακυβερνῶσι τῶν ὑπερουρανίων τάξεων ¹¹ ἁγίας
διακοσμήσεις, τὸ μὲν ὑπὲρ νοῦν καὶ οὐσίαν, τῆς θεαρ-
χίας κρύφιον ἀνεξερσυνήτοις καὶ ἱεραῖς νοδῶς εὐλα-
θείαις, τὰ δὲ ἄφῆρα σώφρονι σιγῇ τιμῶντες, ἐπὶ τὰς
ἐλλαμπούσας ἡμῖν ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις αὐγάς ἀνα-
τεινόμεθα, καὶ πρὸς αὐτῶν φωταγωγοῦμεθα πρὸς
τοὺς θεαρχικούς ὕμνους, ὑπ' αὐτῶν ὑπερκοσμίως φω-
τιζόμενοι, καὶ πρὸς τὰς ἱερὰς ὑμνολογίας τυπούμε-
νοι, πρὸς τὸ καὶ ἄρᾶν ¹² τὰ συμμέτρως ἡμῖν δι' αὐτῶν
δωρούμενα θεαρχικά φῶτα, καὶ τὴν ἀγαθοδοτὴν ἀρ-
χὴν ἀπάσης ἱερᾶς φωτοφανείας ὑμνεῖν, ὡς αὐτὴ περὶ
ἑαυτῆς ¹³ ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις παραδέδωκεν. Οἶον, ὅτι
πάντων ἐστὶν αἰτία, καὶ ἀρχή, καὶ οὐσία, καὶ ζωὴ· καὶ
τῶν μὲν ἀποτιπτόντων αὐτῆς ἀνάκλησίς τε καὶ ἀνά-
στασις, τῶν δὲ πρὸς τὸ τοῦ θεοειδοῦς παραφθαρτικῶν
ἀπολισθησάντων ¹⁴ ἀνακαινισμὸς καὶ ἀναμόρφωσις,
τῶν δὲ κατὰ τινα σάλον ἀνίερων παρακινουμένων
ἴδρυσις ἱερᾶ, καὶ τῶν ἐστηκότων ἀσφάλεια, καὶ τῶν
ἐπ' αὐτὴν ἀναγομένων ἀνατακτικῆ χειραγωγία, καὶ τῶν
φωτιζομένων ἐλλάμψις, καὶ τῶν τελουμένων ¹⁵ τελε-
ταρχία, καὶ τῶν θεουμένων θεαρχία, καὶ τῶν ἀπλου-
μένων ἀπλότης, καὶ τῶν ἐνιζομένων ἐνότης ἀρχῆς
ἀπάσης ὑπερουσιῶς ὑπεράρχιος ¹⁶ ἀρχή, καὶ τοῦ κρυ-
φίου κατὰ τὸ θεμιτὸν ἀγαθὴ μεταδότις, καὶ ἀπλῶς
εἰπεῖν, ἡ τῶν ζώντων ζωὴ, καὶ τῶν ὄντων οὐσία, πάσης
ζωῆς καὶ οὐσίας ἀρχὴ καὶ αἰτία, διὰ τὴν αὐτῆς εἰς τὸ
εἶναι τὰ ὄντα παρακτικὴν ¹⁷ καὶ συνοχικὴν ἀγα-
θότητα.

Eas ergo divinas lances, quæ sanctas omnes or-
dinum cœlestium distinctiones moderantur, imitan-
tes, summæ quidem divinitatis arcanum illud,
quod omnem intelligentiam substantiamque tran-
scendit, a scrutatione vacuis, sacrisque mentis ve-
nerationibus, ineffabilia verò modesto quodam si-
lentio prosequentes, fulgoribus, qui nobis e sanctia
eloquiis affulgent, attendamus, quorum deinde
luce ad divinos hymnos excitemur, quibus super-
mundialiter illuminamur, sacrisque laudum can-
ticis formamur ad divina lumina, quæ in iis ad ca-
ptum nostrum conceduntur, contuenda, beneficium-
que principium omnis illustrationis, prout ipsum
de se in eloquiis expressit collaudandum. Ut quod
omnium sit causa et origo, essentiaque ac vita, et
a se dilapsorum revocatio ac resurrectio, divinam
vero in semetipsis imaginem obliterantium reno-
vatio ac reformatio, nec non impuro motu nutan-
tium firmamentum, ac stantium securitas; ad so-
tendentium manductio, illuminatorum illustratio,
perfectorum principium perficiens, deificatorum
summa divinitas, simpliciatorum simplicitas, uni-
torum unitas, omnis principii superessentialiter
superoriginale principium, atque abditii illius se-
creti, quoad fas est, benefica communicatio, et
simpliciter **286** dicendo, vita viventium, essentia
entium, omnis vitæ et essentiæ principium ac causa
propter suam bonitatem, qua et universa producit
ut sint, et continet ne pereant.

§ IV.

Ταῦτα πρὸς τῶν θείων λόγιων μεμυήμεθα, καὶ πᾶ-
σαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν ἱερὰν τῶν θεολόγων ὑμνολογίαν
εὐρήσεις πρὸς τὰς ἀγαθοεργούς τῆς θεαρχίας προ-
όδους, ἐκφαντορικῶς καὶ ὑμνητικῶς τὰς θεωνυμίας
διασκευάζουσαν ¹⁸. Ὅθεν ἐν πάσῃ σχεδὸν τῇ θεολο-
γικῇ πραγματείᾳ τὴν θεαρχίαν ὀρῶμεν ἱερῶς ὑμνου-
μένην, ὡς μονάδα μὲν καὶ ἐνάδα, διὰ τὴν ἀπλότητα
καὶ ἐνότητα τῆς ὑπερφουδῶς ἀμερίας, ἐξ ἧς, ὡς ἐνο-
ποιῶ δυνάμει, ἐνιζόμεθα, καὶ τῶν μεριστῶν ἡμῶν
ἑτεροτήτων ὑπερκοσμίως συμπτυσσομένων, εἰς θεοει-
δῆ μονάδα συναγόμεθα, καὶ θεομίμητον ἔνωσιν· ὡς

Hæc ex Scripturis divinis didicimus; et, ut ita
dicam, omnem fere sacram Scripturam reperies, ad
declarandum nobis Deum, et ad laudandum eum,
divina nomina formare secundum divinæ bonitatis
emanationes. Hinc in omni ferme theologica tra-
ctatione divinitatem ipsam sancte collaudatam cer-
nimus, ut monadem quidem ac unitatem propter
supernaturalis individui sui simplicitatem, ex qua,
ceu unifica virtute, quid unum existimus, atque
dividuis nostris diversitatibus superinundane co-
agumentatis, ad monadem quamdam deiformem, ac

VARIE LECTIONES.

¹⁰ ἀπαυθαδιζομένους, P. D. Ch. ¹¹ ἐπουρανίων, P. οὐρανίων τάξεων καὶ οὐσιῶν, D. οὐρανίων οὐσιῶν, M.
¹² πρὸς τῷ, P. καὶ non habet Ch. ¹³ περὶ αὐτῆς, P. ¹⁴ παρλισησάντων, S. P. ¹⁵ ἐνθεουμένων; Ch.
¹⁶ ὑπεράρχος, M. ¹⁷ γρ. παρακτικὴν. ¹⁸ κατασκευάζουσαν, Ch

Deum imitantem unionem religimur : ut Trinitatem vero, propter superessentialis fecunditatis in tribus personis manifestationem, ex qua paternitas omnis in cœlo et in terra est, et nominatur : ut rerum vero causam, quod omnia per bonitatem ejus, rerum effectricem, sint producta, ut sapientem quoque ac pulchram, quod res omnes, dum naturam suam servant incorruptam, divinæ omnis harmoniæ sacræque pulchritudinis sint plenæ : singulari autem amore humanum genus complectentem, quod se nobis vere integre in una persona sua communicarit, revocans ad se sibi que jungens humanam humilitatem; ex qua simplex Jesus ineffabili modo consistit, ac qui æternus est, temporalem sumpsit accessionem, necnon ad intima naturæ nostræ descendit; qui universum totius naturæ ordinem superessentialiter transcendit; servatis tamen proprietatibus suis prorsus integris et inconfusis. Hæc aliaque quælibet deifica lumina, quæ Scripturis consona sancti nostri præceptores arcana nobis interpretatione tradiderunt, nos quoque hausimus : nunc quidem pro captu nostro, dum velaminibus quibusdam sacris eloquiorum et hierarchicarum traditionum benignitas, signis sensibus res spirituales, substantiisque res supersubstantiales addit, formasque figurasque rebus forma figuraque carentibus circumdat, nec non supernaturalem, et quæ figuras respuit, simplicitatem dividorum signorum varietate multiplicat et effingit. At quando incorruptibiles et immortales evaserimus, Christi formam beatissimamque sortem adepti, tum semper (uti scriptum est) cum Domino erimus † 287 visibilis quidem ipsiusmet Dei apparitionis castissimis contemplationibus pleni, cujus lucidissimis splendoribus, non secus ac discipuli in divinissima transfiguratione, irradiabimur, intelligibilis vero ejus illustrationis participes secundum mentem passionibus materiaque carentem, radiorum lucidissimorum incognitis beatissimisque coruscationibus, ad diviniorum supercœlestium intelligentiarum imitationem, unione quadam intelligentiam superante ipsi conjungemur, nam, ut eloquiorum veritas habet : *Æquales angelis erimus et filii Dei, quando erimus filii resurrectionis* *. Modo autem, ut valeamus, ad divina capienda signis utimur, quibus scilicet ad simplicem et unicam illam intelligibilium spectaculorum veritatem pro captu nostro adducimur, et post omnem nostram rerum deiformium intelligentiam, sedantes nostras intellectiles operationes, in superessentiali istum radium, quantum fas est, intendimus, in quo cuncti fines omnium cognitionum ineffabili modo præexistenterunt

Α Τριάδα δὲ, διὰ τὴν τρισυπόστατον τῆς ὑπερουσίου γονιμότητος ἔκφασιν, ἐξ ἧς πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ἐστὶ καὶ ὀνομάζεται ¹⁹· ὡς αἰτίαν δὲ τῶν ὄντων, ἐπειδὴ πάντα πρὸς τὸ εἶναι παρήχθη διὰ τὴν αὐτῆς οὐσιοποιὸν ²⁰ ἀγαθότητα· σοφὴν δὲ καὶ καλὴν, ὅτι τὰ ὄντα πάντα τὰ τῆς οἰκειᾶς φύσεως ἀπαράφθαρτα ²¹ διασώζονται, πάσης ἀρμονίας ἐνθέου καὶ ἱερᾶς εὐπρεπείας ἐστὶν ἀνάπλεα· φιλόνητον δὲ διαφερόντως, ὅτι τοῖς καθ' ἡμᾶς πρὸς ἀλήθειαν ὀλικῶς ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων ἐκοινωνήσεν, ἀνακαλουμένη πρὸς ἑαυτὴν καὶ ἀνατιθεῖσα ²² τὴν ἀνθρωπίνην ἐσχάτην, ἐξ ἧς ἀβρόχως ²³ ὁ ἀπλοῦς Ἰησοῦς συνετέθη, καὶ παράτασιν εἴληφε χρονικὴν ὁ αἰδιος, καὶ εἰσω τῆς καθ' ἡμᾶς ἐγεγόνει φύσεως ²⁴, ὁ πάσης τῆς κατὰ πᾶσαν φύσιν τάξεως ὑπερουσίως ἐκβεθηκῶς μετὰ τῆς ἀμεταβόλου ²⁵ καὶ ἀσυγχύτου τῶν οἰκειῶν ἰδρύσεως. Καὶ ὅσα ἄλλα θεουργικὰ φῶτα τοῖς λογίοις ἀκολούθως ἢ τῶν ἐνθέων ἡμῶν καθηγεμόνων κρυφία παράδοσις ἐκφαντορικῶς ἡμῖν ἐδώρησατο, ταῦτα καὶ ἡμεῖς μεμυήμεθα· νῦν μὲν ἀναλόγως ἡμῖν, διὰ τῶν ἱερῶν παραπετασμάτων τῆς τῶν λογίων καὶ τῶν ἱεραρχικῶν παραδόσεων φιλονηρωπίας, αἰσθητοῖς τὰ νοητὰ, καὶ τοῖς οὖσι τὰ ὑπερούσια περικαλυπτούσης ²⁶ καὶ μορφᾶς καὶ τύπους τοῖς ἀμορφύτοις τε καὶ ἀτυπῶτοις περιτιθείσης, καὶ τὴν ὑπερφύη ²⁷ καὶ ἀσχημάτιστον ἀπλότητα τῇ ποικιλίᾳ τῶν μεριστῶν συμβόλων πληθυνούσης τε καὶ διαπλαττούσης. Τότε δὲ, ὅταν ἄφθαρτοι καὶ ἀθάνατοι γενώμεθα, καὶ τῆς χριστοειδοῦς ²⁸ καὶ μακαριωτάτης ἐφικώμεθα λέξεως, πάντοτε σὺν Κυρίῳ, κατὰ τὸ λόγιον, ἐσόμεθα, τῆς μὲν ὄρατῆς αὐτοῦ θεοφανείας ἐν πανάγνοις θεωρίαις ἀποπληρούμενοι ²⁹, φανοτάταις μαρμαρυγαῖς ἡμᾶς περιαιουαζούσης, ἃς ³⁰ τοὺς μαθητὰς ἐν ἐκείνῃ τῇ θειοτάτῃ ³¹ μεταμορφώσει· τῆς δὲ νοητῆς αὐτοῦ φωτοδοσίας ἐν ἀπαθεί καὶ ἀύλῳ τῷ νῷ μετέχοντες, καὶ τῆς ὑπὲρ νοῦν ἐνώσεως ἐν ταῖς τῶν ὑπερφανῶν ἀκτίνων ἀγνώστοις καὶ μακαρίαις ἐπιβολαῖς, ἐν θειοτέρᾳ μιμήσει τῶν ὑπερουρανίων νοῶν· Ἰσάγγελοι γάρ, ὡς ἡ τῶν λογίων ἀλήθειά φησιν, ἐσόμεθα, καὶ υἱοὶ Θεοῦ, τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ ὄντες. Νῦν δὲ, ὡς ἡμῖν ἐφικτὸν, οἰκειοῖς μὲν ³² εἰς τὰ θεῖα συμβόλοις χρώμεθα, καὶ τούτων αὐθις ἐπὶ τὴν ἀπλήν καὶ ἠνωμένην τῶν νοητῶν θεαμάτων ἀλήθειαν ἀναλόγως ἀνατεινόμεθα, καὶ μετὰ πᾶσαν τὴν καθ' ἡμᾶς τῶν θεοειδῶν νόησιν, ἀποπαύοντες ἡμῶν τὰς νοερὰς ἐνεργείας, εἰς τὴν ὑπερούσιον ἀκτίνα κατὰ τὸ θεμιτὸν ἐπιβάλλομεν, ἐν ἧ πάντα τὰ πέρατα πασῶν τῶν γνώσεων ὑπεραβρόχως προϋφέστηκεν, ἣν οὔτε ἐννοῆσαι δυνατόν, οὔτε εἰπεῖν, οὔτε ὅλως πως θεωρῆσαι, διὰ τὸ πάντων αὐτὴν ἐξηρημένην εἶναι, καὶ ὑπεράγνωστον, καὶ πασῶν μὲν τῶν οὐσιωδῶν γνώσεων καὶ δυνάμεων τὰς ἀποπερατώσεις ἅμα καὶ πάσας ὑπερουσίως ἐν

† I Thess. iv, 16, in textu vero Græco, 17. * Luc. xx, 56.

VARIÆ LECTIONES.

¹⁹ ἔστι τε καὶ ὀνομάζεται, D. ²⁰ οὐσιοποιῶν, S. ²¹ γρ. ἀπαράφθαρτα. ²² ἀνω τιθεῖσα, D. Ch. ²³ ἀφρόχως, S. P. ²⁴ ἕως τῆς S. ἐληλύθει φύσεως, P. ²⁵ ἀμεταβλήτου, Ch. ²⁶ γρ. παρακαλυπτούσης. ²⁷ καὶ τὴν ὑπερούσιον καὶ ὑπερφύη, D. ²⁸ χρηστῆς, Ch. ²⁹ ἀναπληρούμενοι, P. ³⁰ γρ. ὡς. ³¹ θεῖα, Ch. ³² οἰκειοῖς

ἐαυτῇ προειληρυζῆν, πάντων δὲ ἀπεριλήπτω δυνά-
μει, καὶ τῶν ὑπερουρανίων νοῶν ὑπεριδρυμένην. Εἰ
γὰρ αἱ γνώσεις πᾶσαι τῶν ὄντων εἰσὶ, καὶ εἰς τὰ ὄντα
τὸ πέρασ ἔχουσιν, ἡ πάσης οὐσίας ἐπέκεινα καὶ πά-
σης γνώσεως ἐστὶν ἐξηρημένη.

in semetipso anticiparit, cunctis cœlestibus intelligentiis eminentior incomprehensa virtute collocatus. Etenim cum notiones omnes sint entitatum, et ad entitates terminentur, is qui omni entitate sublimior est, omnem quoque effugit cognitionem.

§ V.

Καὶ μὴν, εἰ κρείττων ἐστὶ ³³ παντὸς λόγου καὶ
πάσης γνώσεως, καὶ ὑπὲρ νοῦν καθόλου καὶ οὐσίαν
ἴδρυται, πάντων μὲν οὐσα περιληπτική, καὶ συνα-
πτική ³⁴, καὶ συλληπτική, καὶ προληπτική, πᾶσι δὲ
αὐτῆς καθόλου ἄληπτος, καὶ οὔτε αἰσθησις αὐτῆς
ἐστὶν, οὔτε φαντασία, οὔτε δόξα, οὔτε ὄνομα, οὔτε
λόγος, οὔτε ἐπαφή, οὔτε ἐπιστήμη, πῶς ὁ περὶ θεῶν
ὀνομάτων ἡμῖν διαπραγματευθήσεται λόγος, ἀκλήτου
καὶ ὑπερωνόμου τῆς ὑπερουσίας θεότητος ἀποδει-
κνυμένης; Ἄλλ' ὅπερ ἔφημεν, ἡνίκα τὰς θεολογι-
κὰς ὑποτυπώσεις ἐξετιθέμεθα, τὸ ἐν, τὸ ἀγνωστὸν ³⁵,
τὸ ὑπερούσιον, αὐτοτάγαθον, ὅπερ ἐστὶ, τὴν τριαδικὴν
ἐνάδα φημί, τὴν ὁμόθεον, καὶ ὁμοάγαθον, οὔτε εἰπεῖν,
οὔτε ἐνοῆσαι δυνατόν· ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν ἁγίων δυνά-
μειων ἀγγελοπρεπεῖς ἐνώσεις, ἃς εἴτε ἐπιβολὰς, εἴτε
παραδοχὰς χρῆ φάναι τῆς ὑπεραγνώστου καὶ ὑπερ-
φανοῦς ἀγαθότητος, ἄρῆστοί τε εἰσὶ καὶ ἀγνωστοί,
καὶ μόνοις αὐτοῖς ἐνυπάρχουσι τοῖς ὑπὲρ γνῶσιν ἀγ-
γελικὴν ἔξιωμένοις αὐτῶν ἀγγέλοις. Ταύταις οἱ θεο-
εἰδεῖς ἀγγελομιμήτως, ὡς ἐφικτόν, ἐνούμενοι νόες
(ἐπειδὴ κατὰ πάσης νοερᾶς ἐνεργείας ³⁶ ἀπόπαυσιν ἡ
τοιᾶδε γίγνεται τῶν ἐκθεσουμένων νοῶν πρὸς τὸ ὑπέρ-
θεον ³⁷ φῶς ἕνωσις) ὑμνοῦσιν αὐτὸ κυριώτατα διὰ
τῆς πάντων τῶν ὄντων ἀφαιρέσεως, τοῦτο ἀληθῶς
καὶ ὑπερφυῶς ἐλλαμφθέντες ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸ μακα-
ριωτάτης ἐνώσεως, ὅτε πάντων μὲν ἐστὶ τῶν ὄντων
αἴτιον, αὐτὸ δὲ οὐδὲν, ὡς πάντων ³⁸ ὑπερουσίως ἐξη-
ρημένον. Τὴν μὲν οὖν ὑπερουσιότητα τὴν θεαρχικὴν,
ὅ τι ποτέ ἐστὶν ἡ τῆς ὑπεραγαθότητος ὑπερύπαρ-
ξις ³⁹, οὔτε ὡς λόγον, ἢ δύναμιν, οὔτε ὡς νοῦν, ἢ
ζωὴν, ἢ οὐσίαν ὑμῆσαι θεμιτὸν οὐδὲν τῶν ὅσοι τῆς
ὑπὲρ πᾶσαν ἀλήθειαν ἀληθείας εἰσὶν ἐρασταί· ἀλλ'
ὡς πάσης ἕξεως, κινήσεως, ζωῆς, φαντασίας, δόξης,
ὀνόματος, λόγου, διανοίας, νοήσεως, οὐσίας, στάσεως,
ἰδρύσεως, ἐνώσεως, πέρατος, ἀπειρίας, ἀπάντων ὅσα
ὄντα ἐστὶν, ὑπεροχικῶς ἀφηρημένην. Ἐπειδὴ δὲ ὡς
ἀγαθότητος ὑπαρξίς, αὐτῷ τῷ εἶναι, πάντων ἐστὶ
τῶν ὄντων αἰτία, τὴν ἀγαθαρχικὴν τῆς θεαρχίας πρό-
νοϊαν, ἐκ πάντων τῶν αἰτιατῶν ὑμνητέον· ἐπεὶ ⁴⁰
καὶ περὶ αὐτὴν πάντα, καὶ αὐτῆς ἐνεκα, καὶ αὐτὴ
ἐστὶ πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῇ συνέστηκε
καὶ τῷ εἶναι ταύτην, ἢ τῶν ὅλων παραγωγὴ καὶ
ὑπόστασις, καὶ αὐτῆς πάντα ἐφίεται· τὰ μὲν νοερά ⁴¹
καὶ λογικά, γνωστικῶς· τὰ δὲ ὑφειμένα τούτων, αἰ-
σθητικῶς ⁴²· καὶ τὰ ἄλλα κατὰ ζωτικὴν κίνησιν, ἢ
οὐσιώδη καὶ ἐκτικὴν ἐπιτηδεϊότητα.

A quemque nec mente concipere, nec oratione prolo-
qui valemus, neque visu quomodolibet intueri, eo
quod sit omnibus exemptus, et eminenter ignotus,
ut qui simul omnes omnium cognitionum essentia-
lium, virtutumque terminaciones superessentialiter

Cæterum si sermonem omnem cognitionemque
transcendat, supraque mentem sit et essentiam, ut
qui omnia suo ambitu contineat ac complectatur,
et anticipet, quin et omnem captum superet, cum
neque sub sensum cadat, neque ejus sit imagina-
tio, nec opinatio, neque nomen, neque sermo, ne-
que tactus, neque notitia, quomodo de divinis no-
minibus a nobis sermo concinnabitur, cum divini-
tatem illam uti essentia, sic et nomine quovis atque
appellatione potiore esse declaraverim? Utique,
ut diximus quando theologicas descriptiones expo-
suimus, unum illud, ignotum, supra substantiam,
seipso bonum, quod est, trinam, inquam, unitatem,
simul Deum, simul bonum, neque verbis eloqui,
neque cogitando assequi valemus; quin et sacra-
rum quoque virtutum cum plusquam ignota illa
288 præcludaque bonitate conjunctiones, quæ
angelis conveniunt, sive immisiones, sive susce-
ptiones appellandæ sint, et ineffabiles sunt, et igno-
tæ, solisque illis insunt, qui præter angelicam
cognitionem, una cum angelis eas acceperunt. Men-
tes itaque deiformes ad angelorum, quantum fas
est, imitationem hæc ratione Deo unitæ (siquidem
per omnem mentalis operationis vacationem ejus-
cemodi deificatarum mentium ad supremum Dei
lumen unio existit) laudant ipsum propriissime ex
rerum omnium ablatione, hoc ex beatissima illa
cum Deo unione supra naturam vere per illumina-
tionem eruditæ, ut Deus omnium quidem rerum
causa sit, ipse vero nihil earum existat, sed ab
omnibus sit superessentialiter exemptus. Illam igitur
divinam supraquam substantiam, quodcumque
est illa supraquam essentia bonitatis, quæ supra
bonitatem est, neque tanquam rationem aut poten-
tiam, neque tanquam mentem, aut substantiam,
aut vitam laudibus celebrare fas est ulli qui veri-
tatis, quæ supra omnem veritatem est, sit studio-
sus: quinimo laudare eam oportet, tanquam ab
omni habitu, motu, vita, imaginatione, opinione,
nomine, sermone, cogitatione, intelligentia, sub-
stantia, statu, fundatione, unione, fine, immensi-
tate, denique ab omnibus quæcumque sunt, super-
late abstractam. Quoniam vero ut ipsa bonitas, eo
ipso quod est, omnium causa est, providentia Dei,
eorum qui dii dicuntur principis, quæ omnium
bonorum principium est, ab omnibus effectis lau-

VARIE LECTIONES.

³³ εἰ καὶ κοεῖτόν ἐστι. P. ³⁴ hæc desunt in S. P. ³⁵ γρ. ὑπεράγνωστον. ³⁶ ἐερᾶς ἐνεργείας, Ch. ³⁷ ὑπερ-
θεον, M. ³⁸ additur in M. τῶν ὄντων. ³⁹ ὑπαρξίς, P. ⁴⁰ ἐπειδὴ, P. ⁴¹ τὰ μὴν οὖν νοερά, P. ⁴² αἰσθητικῶς, S.

dauda est; quia et circum ipsam sunt omnia, et propter ipsam, et ipsa est ante omnia, et in ipsa omnia consistunt, et esse eam producit omnia, et facit ut existant, eamque omnia appetunt; spiritualia quidem ac rationalia scienter, hisce inferiora, sensiliter; cætera vero vel per motum vitalem, vel substantialem, vel habitudinalem aptitudinem.

§ VI.

Hoc igitur cum scirent theologi, Deum laudant et tanquam nomine carentem, et ab omni nomine. Tanquam nomine carentem, ut cum aiunt, Deum ipsum in una ex mysticis visionibus symbolice apparitionis Dei inrepassa eum qui dixerat: *Quod est nomen tuum* ¹? et tanquam ab omni divino nomine abducentem, dixisse: *Quare interrogas de meo nomine? et hoc est admirabile* ². Annon est hoc vere nomen admirabile, quod est supra omne **289** nomen, quod caret nomine, quod est collocatum super omne nomen, quod nominatur, sive in hoc sæculo, sive in futuro ³? Multorum vero nominum faciunt, ut cum ipsum Deum introducunt dicentem: *Ego sum qui sum* ⁴, vita, lux, Deus, veritas; et cum sapientes ipsum Deum omnium effectorem ab omnibus effectis laudant, ut bonum, ut pulchrum, ut sapientem, ut dilectum, ut Deum deorum, ut Dominum dominorum, ut Sanctum sanctorum, ut æternum, ut eum qui est, ut auctorem sæculorum, ut largitorem vitæ, ut sapientiam, ut mentem, ut Verbum, ut cognitorem, ut superlate habentem omnes thesauros omnis scientiæ, ut potentiam, ut potentem, ut Regem regum, ut antiquum dierum, ut non senescentem et immutabilem, ut salutem, ut iustitiam, ut sanctificationem, ut redemptionem, ut magnitudine omnia superantem, et ut in aura tenui. Atqui et in mentibus eum esse dicunt, et in animis et corporibus, et in cælo et in terra, et simul in eodem eundem, in mundo circa mundum, super mundum, supracælestem, suprasubstantiam, solem, stellam, ignem, aquam, spiritum, rorem, nubem, per se lapidem, petram, omnia quæ sunt, et nihil eorum quæ sunt.

Α Τοῦτο γοῦν εἰδότες εἰ θεολόγοι, καὶ ὡς ἀνόνημον αὐτὴν ὑμνοῦσι, καὶ ἐκ παντὸς ὀνόματος. Ἄνόνημον μὲν ὡς ὅταν φασὶ ¹, τὴν θεαρχίαν αὐτὴν ἐν μιᾷ τῶν μυστικῶν τῆς συμβολικῆς ² θεοφανείας ὁράσειον ἐπιπλήξαι τῷ φήσαντι ³. Τί τὸ ὄνομά σου; καὶ ὡς περ ἀπὸ πάσης αὐτὸν θεωνυμικῆς γνώσεως ἀπάγουσαν, φάναι τό· Καὶ ἰσαί ἐρωτῆς τὸ ⁴ ὄνομά μου; καὶ τοῦτ' ἔστι θαυμαστόν. Ἡ οὐχὶ τοῦτο ὄντως ἐστὶ τὸ θαυμαστόν ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, τὸ ἀνόνημον, τὸ παντὸς ὑπεριδρυμένον ὀνόματος ὀνομαζόμενον, εἴτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, εἴτε ἐν τῷ μέλλοντι; Πολυῶνημον δὲ, ὡς ὅταν αὐτὴν εἰσαγάωσι φάσκουσιν· Ἐγὼ εἰμι ὁ ὢν· ἡ ζωὴ, τὸ φῶς, ὁ Θεὸς, ἡ ἀλήθεια, καὶ ὅταν αὐτοὶ τῶν πάντων αἰτίων ⁵ οἱ θεόσοφοι πολυῶνημως ἐκ πάντων τῶν αἰτιατῶν ὑμῶσιν, ὡς ἀγαθόν, ὡς καλόν, ὡς σοφόν, ὡς ἀγαπητόν, ὡς Θεὸν θεῶν, ὡς Κύριον κυρίων; ὡς Ἄγιον ἁγίων, ὡς αἰώνιον, ὡς ὄντα, καὶ ὡς αἰώνων αἰτίων· ὡς ζωῆς χορηγόν, ὡς σοφίαν, ὡς νοῦν, ὡς Λόγον, ὡς γνώστην, ὡς ὑπερέχοντα ⁶ πάντας τοὺς θησαυροὺς ἀπάσης ⁷ γνώσεως, ὡς δύναμιν, ὡς δυνάστην, ὡς Βασιλέα τῶν βασιλευόντων, ὡς παλαιὸν ἡμερῶν, ὡς καὶ ἀγήρω καὶ ἀναλλοίωτον, ὡς σωτηρίαν, ὡς δικαιοσύνην, ὡς ἁγιασμόν, ὡς ἀπολύτρωσιν, ὡς ἐν μεγέθει πάντων ὑπερέχοντα, καὶ ὡς ἐν αἴρα λεπτῇ. Καί γε καὶ ἐν νόοις ⁸ αὐτὸν εἶναι φασί, καὶ ἐν ψυχαῖς καὶ ἐν σώμασι, καὶ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν γῆ, καὶ ἅμα ἐν ταύτῳ τὸν αὐτὸν, ἐγκόσμιον, περικόσμιον, ὑπερκόσμιον, ὑπερουράνιον, ὑπερούσιον, ἥλιον, ἀστέρα, πῦρ, ὕδωρ, πνεῦμα, δρόσον, νεφέλην, αὐτὸλιθον, καὶ πέτραν, πάντα τὰ ὄντα, καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων.

§ VII.

Sic igitur ei qui omnium rerum causa est, et supra omnia, congruit carere nomine, et congruit rursus omnia rerum omnium nomina, ut sit perfecte regnum universitatis rerum, et circa ipsum sint omnia, ex ipso, tanquam ex causa, principio et fine cuncta pendeant, et ipse sit, ut ait Scriptura, *omnia in omnibus* ⁹, vereque laudetur, ut omnia procreans, inchoans, perficiens, continensque, custodia ac domicilium, eademque ad se convertens, atque hæc conjuncte, invicte, excellenter; non enim solum est causa continendi omnia, vitæque ac perfectionis, ita ut ab hac sola, aut ab alia providen-

Οὕτως οὖν, τῇ πάντων αἰτία καὶ ὑπὲρ πάντα οὐσίῃ, καὶ τὸ ἀνόνημον ἐφαρμόσει, καὶ πάντα τὰ τῶν ὄντων ὀνόματα, ἵνα ἀκριβῶς ἦ τῶν ὄλων βασιλεία ¹, καὶ περὶ αὐτὴν ἡ τὰ πάντα, καὶ αὐτῆς ὡς αἰτίας, ὡς ἀρχῆς, ὡς πέρας, ἐξηρητημένα, καὶ αὐτῆ, κατὰ τὸ λόγιον, ἢ τὰ πάντα ἐν πᾶσι, καὶ ἀληθῶς ὑμνηται πάντων ὑποστάτις, ἀρχηγικὴ ², καὶ τελειωτικὴ, καὶ συνεκτικὴ, φρουρὰ καὶ ἐστία, καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρεπτικὴ, καὶ ταῦτα ἠνωμένως, ἀσκέτως, ἐξηρημένως· οὐ γὰρ συνοχῆς, ἢ ζωῆς, ἢ τελειώσεως αἰτία μόνον ἐστίν, ἵνα ἀπὸ μόνης ταύτης, ἢ τῆς ἐτέρας προνοίας, ἢ ὑπερώνυμος ἀγαθότης ὀνομασθεῖη· πάν-

¹ Gen. xxxii, 29. ² Jud. xiii, 18. ³ Ephes. i, 21. ⁴ Exod. iii, 14. ⁵ I Cor. xv, 28.

VARIE LECTIONES.

¹ φῶσι, D. ² γρ. συμβολικῶν τῆς μυστικῆς. ³ φωνήσαντι, S. ⁴ γρ. αὐτό. ⁵ τῶν πάντων, M. ⁶ ὡς πρέχοντα, M. S. D. ⁷ ἀπὸ πάσης, M. ⁸ νόοις. ⁹ βασιλεία, D. ¹⁰ ἀρχική, D.

τα δὲ ἀπλῶς καὶ ἀπεριορίστως ἐν ἑαυτῇ τὰ ὄντα A
προεῖληφε, ταῖς παντελέσι τῆς μιᾶς αὐτῆς καὶ παν-
αιτίου προνοίας ἀγαθότησι, καὶ ἐκ τῶν ὄντων ἀπάν-
των ἐναρμονίως ὑμνεῖται, καὶ ὀνομάζεται.

lia, bonitas, quæ omne nomen sperat, nominetur;
sed universa simpliciter et incircumscripte in se
anticipavit perfectis bonitatis ipsius unicæ et om-
nium effectricis providentiæ, et ab omnibus rebus
apte laudatur, et nominatur.

§ VIII.

Καὶ γοῦν οὐ ταύτας μόνας οἱ θεολόγοι τὰς θεωνο-
μίας προσθεύουσι, τὰς ἀπὸ τῶν παντελῶν ἢ τῶν
μερικῶν προνοιῶν, ἢ τῶν προνοουμένων, ἀλλὰ καὶ
ἀπὸ τινῶν ἔσθ' ὅτε θείων φασμάτων ἐν τοῖς ἱεροῖς
ἀνακτόροις ἢ ἀλλοθὶ που τοὺς μύστας, ἢ τοὺς προ-
φήτας καταλαμφάντων, κατ' ἄλλας καὶ ἄλλας αἰτίας
τε καὶ δυνάμεις ὀνομάζουσι τὴν ὑπερφανῆ καὶ ὑπερώ-
νυμον ἀγαθότητα, καὶ μορφὰς αὐτῆς, καὶ τύπους ἀν-
θρωπικούς, ἢ πυρινούς, ἢ ἤλεκτρινούς ⁵⁵ περιτιθέασι,
καὶ ὀφθαλμοὺς αὐτῆς, καὶ ὦτα, καὶ πλοκάμους, καὶ B
πρόσωπα, καὶ χεῖρας, καὶ μετάφρενα, καὶ πτερὰ, καὶ
βραχίονας, καὶ ἐπίθια, καὶ πόδας ὑμνοῦσι· στεφά-
νους τε καὶ θώκους, καὶ ποτήρια, καὶ κρατῆρας αὐ-
τῆς, καὶ ἄλλα ἅττα μυστικὰ περιπλάττουσι, περὶ ὧν
ἐν τῇ Συμβολικῇ θεολογίᾳ κατὰ δύναμιν ἐροῦμεν· γοῦν
δὲ, ὅσα τῆς παρουσίας ἐστὶ πραγματείας, ἐκ τῶν λο-
γίων συναγαγόντες, καὶ ὡς περ τινὶ κανόνι τοῖς εἰρη-
μένους χρώμενοι, καὶ πρὸς αὐτὰ σκοποῦντες, ἐπὶ τὴν
ἀνάπτυξιν τῶν νοητῶν θεωνυμιῶν προῖωμεν· καὶ
ὅπερ ἀεὶ κατὰ πᾶσαν ἡμῖν θεολογίαν ὁ ἱεραρχικὸς θε-
σμός ὑφηγεῖται, θεοπτικῆ διανοίᾳ τὰς θεοειδεῖς ⁵⁶
ἐποπτεύσωμεν (κυρίως εἰπεῖν) θεωρίας· καὶ ὦτα
ἱερὰ ταῖς τῶν ἱερῶν θεωνυμιῶν ἀναπτύξεσι παραθώ-
μεθα, τοῖς ἁγίοις τὰ ἅγια, κατὰ τὴν θείαν παράδοσιν,
ἐνδύοντες, καὶ τῶν ἀμύητων ⁵⁷ αὐτὰ γελώτων καὶ C
ἐμπαιγμῶν ἐξαιρούμενοι, μᾶλλον δὲ αὐτοὺς ἐκείνους,
εἴπερ ὅλως εἰσὶ τοιοῦδε τινὲς ἄνθρωποι, τῆς ἐπὶ τού-
τω θεομαχίας ἀπολυτρούμενοι. Σοὶ μὲν οὖν ταῦτα
φυλάξαι χρῆζόν, ὦ καλὲ Τιμόθεε, κατὰ τὴν ἱερωτάτην
ὑφήγησιν, καὶ μήτε ῥητὰ, μήτε ἔκφορα τὰ θεία ποιεῖν
εἰς τοὺς ἀμύητους. Ἐμοὶ δὲ δοίη ⁵⁸ ὁ Θεὸς θεοπρο-
πῶς ὑμῆσαι τὰς τῆς ἀκλήτου καὶ ἀκατονομάστου
θεότητος ἀγαθουργικὰς πολυωνυμίας ⁵⁹, καὶ μὴ πε-
ριέλοι λόγον ἀληθείας ἀπὸ τοῦ ⁶⁰ στόματός μου.

Siquidem theologi non hæc solum divina nomina
celebrant, quæ a providentiis universalibus aut
particularibus, aut ab iis quæ providentiam capiunt,
ducuntur, sed etiam a quibusdam divinis visis, quæ
aliquando **290** in sacris templis, aut forte alibi,
magistros mysteriorum vel prophetas illi minarunt,
ob multiplicem causam et viam nominant bonitatem
divinam, quæ omne nomen omnemque splendorem
sperat, formasque ei figurasque humanas, aut
igneas, aut electri inducunt; et oculos ejus, atque
aures, capillos, facies, manus, scapulas, alas, bra-
chia, posteriora, et pedes laudant; tum coronas,
sedes, pocula, et crateras, et quædam alia ei affi-
gunt, de quibus in Symbolica theologia pro virili
parte dicemus; modo autem omnibus quæ hujus
instituti sunt ex eloquiis divinis collectis, iis quæ
dicta sunt quasi regula quam intueamur utentes,
ad spiritalia Dei nomina reseranda veniamus; et,
quod in omni theologia lex semper præcipit, dei-
formes (ut proprie dicam) contemplationes divina
mente intueamur; et sacras aures sacris divinatorum
nominum interpretationibus adhibeamus, sanctis
sancta, ut divina scripta tradunt, proponentes, a
profanorum irrisionibus illusionibusque illa vindic-
cemus, quinimo illos ipsos, si qui sint homines
istiusmodi, a bello, quod hæc ex parte cum Deo
gerunt, revocemus. Hæc tibi servanda sunt, opti-
me Timothee, juxta sacratissimam sanctionem, ne
res divinas coram profanis efferas, aut evulges.
Mihî autem det Deus, ut divinitatis, quæ vocari
nominarique non potest, multa variaque nomina
pro Dei dignitate celebrem et non auferat sermo-
nem verum ab ore meo.

ADNOTATIONES CORDERII.

Modo, vir beate, post theologicas informationes. Hinc patet, sanctum Dionysium quemdam alium tractatum edidisse de divinis informationibus, qui magno sane Ecclesie damno, et theologorum luctu vel intercedit, vel certe alibi inter Turcas vel schismaticos in tenebris delitescit. Optimo autem ordine, post divinas informationes, scribit de divinis nominibus: quoniam mens nostra prius debet divinitus illustrari atque informari, antequam de Deo congrue loqui possit. Hinc etiam hic, ut in prima generali observatione notavimus, proficitur se nihil nisi ex Scripturis sacris allaturum.

Ibidem: Sicut ea quæ sub intelligentiam cadunt, etc. Hinc divus Thomas prima parte, q. 12, a. 2, concludit, divinam essentiam non per aliquam speciem ex parte divine essentiae ab intellectu creato conspici, sed ex parte intellectus creati, aliqua similitudine confortati (lumine videlicet gloriæ) apprehendi et videri; ut ibidem fusius probat, et scholastici disputant. Item q. 88, art. 2, occasione hujus loci quaerit utrum intellectus noster per cognitionem rerum materialium possit pervenire ad intelligendum substantias immateriales; et resolvit, cum quidditas rei materialis, quam abstrahit intellectus noster a materia, sit omnino alterius rationis a substantiis immaterialibus, non posse nos per substantias materiales perfecte **291** substantias immateriales intelligere: et simul conciliat cum hac resolutione locum capitis primi *De caelesti hierarchia*, ubi § 3, dicitur, fieri non posse, ut mens nostra ad immaterialem illam caelestium hierarchiarum contemplationem excitetur, nisi materiali usa fuerit manuactione.

VARIAE LECTIONES.

⁵⁵ ἢ πυρίους, D. M. S. ἤλεκτρικούς, S. P. ⁵⁶ θεοφανεῖς, M. D. P. ⁵⁷ ἀμύστων, S. P. ⁵⁸ γρ. δόξη. ⁵⁹ γρ. θεοπροπῶς. ⁶⁰ ἐκ τοῦ, M. Sc.

Licet enim, inquit, ex materialibus ascendere possimus ad aliqualem cognitionem rerum immaterialium, non tamen perfectam: quia non est sufficiens comparatio rerum materialium ad immateriales. Nam similitudines, si quæ a materialibus ad immaterialia intelligenda accipiuntur, sunt multum dissimiles, ut Dionysius hoc loco docet.

Notandum hic, quomodo Deus non possit intelligentia comprehendi. Etenim, inquit S. Maximus ad hunc locum, si quæ incorporeæ substantiæ sunt, et simplices, et intellectuales, et unitæ, non solum non subiunguntur sensibus, ut angeli et animæ, ut per eos cognosci possint, sed neque per sensilia, quæ inferioris ordinis sunt, cognitione eas comprehendere, nec earum essentiam spectare possumus, quanto magis excellit Deus, sensus, et sensilia, qui non est substantia, sed supra substantia; neque simplex, sed supra quam simplex; neque intellectus, sed supra intellectum; neque unitas, sed supra unitatem; nec ullo termino circumscriptus, sed infinitate sua omnibus solutus: qui ut in se est, neque ratione investigari, nec intelligi, neque nominari potest. Cum igitur audis in Scriptura formam Dei, et speciem, et faciem, intellige per anagogen, id est elevate et supra corpora, ut Deo dignum est: cum vero unitatem audis, ne intelligas quasi varia quædam ad unionem concurrant: non enim de his nunc sermo fit, sed de Deo, qui nec est principium numerorum, neque compositus, sed supra simplices substantias unitus. Unitas effectrix unitatis. Postquam autem Dionysius ea quæ de Deo sunt, ex omnibus quæ in rerum natura sunt exemit, deinceps sequens linguæ nostræ modum (non enim supra hunc ferri possumus) ex illis ipsis Deum laudat, e quibus eum exemit: et unitatem vocat sed effectricem unitatum, id est simplicium substantiarum, ut angelorum, et animarum: et mentem non intellectualem, id est quæ a nulla mente intelligitur. Si enim simile a simili cognoscitur, si mens esset, oporteret ut a mentibus cognosceretur: *At quis novit mentem Domini?* Est igitur mens supra mentem, et nomen supra omne nomen. *Et nomen, inquit, meum non manifestavi eis* ^a. Quamobrem omnibus est sine nomine. Imo nec ens est. Etenim si ea quæ sunt ex nihilo creat, non est igitur ex iis quæ sunt, sed supra ea quæ sunt. Quod si dicit: *Ego sum qui sum* ^b, intellige ut decet, esse scilicet sine principio et sine fine, quin etiam inscrutabilem, et similiter in aliis quæ Deo natura conveniunt. Dicit etiam Deum vacare ratione et intelligentia, sicut infra cap. 7, Paulum imitatus, sapientiam Dei ratione vacantem et stultam vocat, ut excellentiam ejus significaret, quod ita antecellat rationem nostram, ut a ratione aliena habeatur, ita mentem, ut amentia et stultitia putetur; sic hoc loco, quia cognitio Dei infinito intervallo rationem creaturæ, et intellectum, et nomina quæ de Deo dicuntur superat; cum alioqui Deus ex omnibus creaturis per rationem investigari possit, et intelligi ac nominari; dicit tamen esse cum ἀλογίαν, et ἀνοησίαν, et ἀνοσιώπιαν, id est ἀλογον, ἄνοον, et ἀνώνοτον, hoc est, ratione, mente et nomine vacantem, scilicet propter superationem substantiæ et intelligentiæ. Sicut lumen excellens aciem oculorum efficitur nobis tenebræ; et sonus item excellens sensum auditus, surditas. Vide quæ dicta sunt in observationibus generalibus septima, octava, nona. Joannes Cyparissiota in præmeditatione *Expositionis materialis* primum hoc ponit axioma. Unum esse Deum, impartibilem, infinitum, expertem coloris, inaspectabilem, ex nulla naturali repræsentatione cognitum, qui notionem, quando aut quomodo sit, omnino repellit; quem nullo modo quamvis parte mens capere potest, nisi tantum per fidem ex creaturis ejus quod sit, non autem quid sit. Ad quem locum P. Turrianus in Scholiis: Ex nulla, inquit, naturali repræsentatione cognoscitur Deus, sicut lapis cognoscitur per speciem et similitudinem quæ est in oculo, quia ἀνελέθεος est, ut Dionysius ait, id est omni specie caret, et similitudine; ipse enim nullius creaturæ similitudinem habet, nec habere potest. Deum itaque non cognoscimus videntes, quod est cognoscere ἐπιπτικῶς, sed ἐπιστητικῶς ex creaturis per rationem, id est ex similitudinibus Dei quæ in creaturis cernuntur, cognoscitur Deus, non quid sit, sed quod sit. Cum autem ait, quod nullo modo quamvis parte potest mens Deum capere nisi per fidem, tantum quod sit, non quid sit; non negat, quin ratione naturali cognosci possit Deus, quod sit, siquidem demonstrari hoc potest ex effectibus ejus, illud Sap. xii: *A magnitudine enim speciei et creaturæ poterit cognoscibiliter creator horum videri*; sed loquitur de cognitione altiore necessaria, cujusmodi est fides, juxta illud Sap. ix: *Et si quis fuerit consummatus inter filios hominum, si ab eo abfuerit sapientia tua, Domine, in nihilum computabitur. Nam sine fide impossibile est placere Deo* ^c. Hanc cognitionem Dei vocat beatus Basilus **292** comprehensionem intellectualem per fidem. Sic enim ait, edisserens, illud, *Attende tibi*: Ne in Deo quæras cognitionem per oculos, sed menti fidem committe, et intellectualem de Deo comprehensionem habe. Græce dixit κατάληψιν. Similiter locutus est sanctus Maximus in prima centuria theologica cap. 8, sic enim ait: Quæcumque sunt intellecta nominantur, et habent in seipsis demonstrabilia principia cognitionis. Deus autem non nominatur intellectus a nobis; sed ex creaturis, inquit, intellectus a nobis solum esse creditur. Cum dicit, *solum esse creditur*, non negat quin naturali etiam ratione ex creaturis esse cognoscatur; sed loquitur de cognitione per fidem, quam in nobis requirit Deus tanquam necessariam, quam quidem ipse dat omni demonstratione firmiterem, de qua Apostolus ait: *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, et quia remunerator est* ^d. Non dixit, oportet scire quia est, tametsi demonstrari hoc et sciri potest, quia demonstrationes non omnes capere possunt; credere autem omnes possunt, adjuvante Deo, et debent. Principia autem hujus cognitionis per fidem non sunt demonstrabilia, ut ait idem sanctus Maximus: *Quia, inquit, fides est eorum quæ sunt supra mentem et rationem.* Idem c. 11 primæ centuriæ: *Res, inquit, omnes quæcumque sunt intelligentia prius perceptis nominamus, quæ in seipsis habent principia notitiarum demonstrabilia; at Deus non cognitus nominatur, quin potius ex iis tantum quæ intelligentia percipiuntur, creditur esse; quamobrem nihil eorum quæ intelliguntur cum eo quacumque ex parte confertur. Omnia enim quæ intelliguntur habent in se principium cognitionis, quia vel sunt in sensibilibus; quorum sunt phantasmata, a quibus abstrahuntur species intelligibiles, quibus intellectus informatus intelligit; aut sunt incorporea, quæ in se habent unde comparentur cum sensibilibus, ad quorum phantasmata, quæ sunt imagines et similitudines eorum ad animos pervenientes, se convertit intellectus, ut aliquid de incorporatis intelligat. Sunt autem similitudines principia sentiendi et intelligendi, ut ait sanctus Thomas, p. 1, quæst. 84 art. 3. Deus autem non potest sic cum creatura sensibili comparari; unde non sic intelligitur, sed tanquam causa et per excessum, ut ait S. Thomas eadem q. 84, art. 7.*

Quibus autem modis Deus incomprehensibilis existat, vide apud Lessium, lib. 1 *De perfectionibus divinis*, cap. 2.

§ II. *De hac igitur*, etc. Denuo hic inculcat Dionysius, nihil de rebus divinis asseverandum esse, nisi quantum de qua Scriptura confirmat. Sic etiam Plato in *Timæo*, *De rebus divinis credendum*, inquit,

^a Rom. xi, 34. ^b Exod. vi, 3. ^c Exod. iii, 14. ^d Hebr. xi, 6. ^e Ibid.

Dei filiis, etiamsi nullas afferant rationes. » In legibus quoque theologiæ inventa jubet oraculis confirmari.

Ibidem : *Ejus quid sit scientia et contemplatio est omnibus inaccessa.* Nobis enim, quandiu sumus extra patriam, summa Dei cognitio est intelligentia, quæ divinam naturam nondum attingit. Tantum vero de divina cognitione consequimur, quantum divinæ revelationis radius per serenas sanctorum mentes transmissus ostenderit; in quibus sane, tanquam in corporibus diaphanis, divinum illum solem percipimus, quem capere in seipso non possumus. Quamobrem recte docet sanctus Dionysius, nos circa divinarum rerum contemplationem certis quibusdam limitibus coerceri. Primo quidem, quia nihil ultra pertingere possumus, quam radius ille offerat. Secundo, quia radius ille in nos sub mensura descendit; non quidem ostensurus nobis naturam ipsam divinam, vel quæcunque Deus conspicit in seipso, vel omnia saltem quæ penes Deum angeli continentur; sed pauciora et inferiora quædam, quamvis pretiosissima procul dubio, si cum cæteris conferantur. Tertio, quoniam radius ille unicuique se pro subjecti duntaxat capacitæ demonstrat, iusta quadam ubique pro meritis distributione servata. In quo certe Sol divinus peripide se habet, ac si sol cælestis lumen suum singulis passim oculis attemperaret. Deus ergo se quasi finitum mentibus finitis offert, infinitatem interea suam occultans in seipso. Denique docet, unumquemque circa divinum istum radium ita sibi moderari debere; ut nec per ignaviam ab illius excellentia decidat in deterius, neque temere per superbiam quidquam supra vires attentet.

§ III. *Eas ergo divinas lances, etc.* Docet, id quod in Deo supra essentiæ et intelligentiæ limites reluctet, non tam perscrutandum quam venerandum esse, et mentis oculos, immensam hanc lucem minime sustententes, ad sacras litteras, tanquam ad cælos quosdam, flectendos esse, in quibus nomina divina lucent quasi stellæ oculis nostris accommodatæ: ex quibus sane stellis nobis emicant propriæ Dei virtutes, et appellationes, laudesque divinæ, non secus ac solis virtutes in stellis. Unde duo potissimum consequimur. Primum quidem, quod divinos radios hinc haurimus nostro ingenio congruentes; secundum, quod divinum solem, radiorum ejusmodi fontem, rite laudemus. In nominibus autem appellationibusque divinis mirabiles latere virtutes, tum ad divina mysteria declaranda, tum ad mirabilia 293 perpetranda, Hebræi omnes existimant, et Zoroaster Jamblicusque confirmant. Male tamen et superstitiose multi in amuletis et præstigiis sacrosanctis nominibus abutuntur, de quibus hic nihil attinet dicere.

Ibidem : *Ut quod omnium sit causa et origo, etc.* Gregorius Nyssenus in *Explanatine Cantici canticorum*: « Omnia, inquit, mira quæ in universo contemplamur, materiam divinarum nominum præbent, quibus Deum sapientem, potentem, bonum, sanctum, beatum, æternum, judicem, salvatorem, et alius hujusmodi nominamus. » Et Damascenus libro primo *De fide orthodoxa*: « Deus, inquit, propter ineffabilem bonitatem voluit de nostris rebus et nostro more nominari, ne simus funditus notiitiæ ejus expertes. » Magnus Basilius libro primo *contra Eunomium*: « Unus, inquit, Dominus cum sit, et una substantia simplex et expers compositionis, alias aliter se nominat; aptans sibi nominationes quæ nostris cogitationibus inter se differunt. Diversa enim nomina sibi imponit, ut sunt diversæ operationes subjectæ, et diversæ earum ad ea quæ fiunt habitudo; nos vero ex operationibus Deum nostrum cognosci dicimus, ad essentiam tamen ejus appropinquare non promittimus. Operationes enim Dei descendunt ad nos; at essentia ejus manet inaccessa. » Gregorius item Nyssenus disputans contra Eunomium: « Ego, inquit, quod ex Scriptura sancta didici fidenter pronuntio, eum qui est supra omne nomen fieri nobis multorum nominum cum pro varietate beneficiorum varie nominatur. Lumen enim dicitur, cum caliginem ignorantia depellit; vita, cum immortalitatem largitur; via, cum ab errore ad veritatem deducit. Sic turris fortitudinis, et civitas munita, et fons, et petra, et vitis, et medicus, et resurrectio, et omnibus hujusmodi nominibus appellatur. » Rursus idem: « Deus quidem est secundum se id quod demum esse creditur; nominatur autem ab iis qui eum appellant non id ipsum quod est, (non enim explicari potest natura ejus) quin potius ex iis quæ ad vitam nostram pertinentiam operari creditur, homonymias seu nomina quædam æquivoca habet. » Et Basilius Magnus: « Naturam inquit, divinam quatenus est, nihil eorum quæ excogitantur declarat. Ex his igitur liquet, fieri nobis Deum multorum nominum, quoniam multis beneficiis ejus ad custodiendam vitam indigemus, nosque sumus qui difficultatibus circumspicamur, et in eis Deum excogitatis et adinventis nominibus imploramus. Quare hoc etiam efficitur manifestum, quod licet Deus ex infinitis operationibus multis nominibus afficiatur, quam tamen naturam habeat, lauditus intelligentia nostra non assequatur. Cum enim duplex sit quæstio, quod sit Deus, et quid sit; illud quidem, id est esse, omnino inter omnes convenit, quid vero sit, et qua natura, solis beatis notum est.

§ IV. *Hæc ex Scripturis didicimus, etc., divina nomina formare secundum divinæ bonitatis emanationes, etc.* Sanctus Thomas prima parte, q. 13, art. 6: « Hæc, inquit, nomina Dei, bonus, sapiens, et similia, quantum ad rem significatam per prius dicuntur de Deo quam de creaturis, quia a Deo hujusmodi perfectiones in creaturas manant, sed quantum ad impositionem, inquit, nominis imposita sunt creaturis quas prius cognoscimus, significant enim bonitatem creatam, bonum, et sapientiam creatam, sapiens, etc., quæ de Deo per essentiam conveniunt ἐξῆρημένως, id est elate et eminenter. »

Ibid, art. 2, sic interpretatur Dionysius ut voluerit significare, nomina Dei, bonus, sapiens, et alia ejusmodi, imposita quidem esse a processuibus sive providentiis Dei in creaturas manantibus, sed significare ipsum rerum principium, quatenus in eo est prius bonitas, et vita, et sapientia, et quidem excellentius quam a nobis intelligatur et significetur. Aliud enim est a qua re imponitur nomen, et aliud in qua re imponitur. Sic nomina Dei imposita sunt a providentiis, quas alii vocant processus, ad significandam substantiam Dei, licet non perfecte eam significant: sicut perfecte hoc nomen homo significat substantiam sive essentiam hominis, quia quid sit Deus comprehendi intelligentia non potest, ut potest comprehendere quid sit homo; est enim animal rationale, quæ est perfecta essentia hominis quam homo significat. Imo illud etiam est advertendum, vocabulum ipsum eminentia et eminenter, quibus sanctus Thomas uti solet cum de nominibus Dei loquitur, et quid in Deo significant explicat, ex Dion. sumpsisse qui ἐξῆρημένως, ut paulo ante notavi, dicere solet, quod varie licet interpretari, elate, exsuperanter, eminenter, eximie, excellenter, separate.

§ V. *Neque nomen, neque sermo.* Quia nimirum nec uno nomine, nec sermone, qui pluribus vocibus constat, explicari Deus potest. Et quavis appellatione potiorum dicit; quia nullo nomine totum quod in ipso est, exponi potest. Intelligit autem respectu cujuscunque intellectus creati natura sua considerati, quia non videt Deum sicuti est, et ita neque nomine aliquo potest Deus ei integre significari.

Ad eundem modum Justinus in *Apologia secunda pro Christianis* non longe a 294 sine, a. t. Deo nomen imponi non posse, quod si quis id contendat, summa dementia esse. Nazianzenus similiter oratione tricesima quarta quæ est secunda de Theologia, refert sententiam Platonis in *Timæo* dicentis, difficile esse Deum intellectu percipere, eloqui vero impossibile. Ipse vero Nazianzenus suam nobis sententiam ex-

ponit, dicens, Deum nullis verbis explicari posse, mente autem comprehendi multo minus. Quæ loca recte concordat Vasquez, tom. I, in prim. part., disput. 57, q. 13, artic. 1, cap. 3: « Nec contradicit, inquit, ullo modo Platoni, qui docuit difficilius esse eloqui Deum, quam percipere; quia hoc dicit esse difficile, illud vero impossibile. Nazianzenus vero utrumque esse impossibile, et multo magis Deum comprehendere. Nam Plato loquebatur de cognitione Dei, qualis viatoribus conceditur, obscura, et hac vere dicit difficile esse percipere absque falsitate Deum, et quæ de ipso dicuntur, eloqui vero ipsum et explicare exacte sicuti est (id enim significare voluit, cum dixit *eloqui*) impossibile. » Nazianzenus autem dicit, impossibile esse Deum explicare non solum quidditative et sicut est, sed etiam omnia quæ sub velamine de ipso dici possent; semper enim superest aliquid addendum: at ipsum videre sicuti est, quod vocat *comprehendere*, certe magis est impossibile; id enim magis adhuc remotum est a cognitione viatorum, quam Deum exacte explicare sub velamine et obscuritate fidei. Contra vero Augustinus de alio modo cognitionis ait: « Verius cogitatur Deus quam dicitur; sed verius est quam cogitatur (30). » Id autem intelligitur in viatoribus, qui aliquando plura de Deo contemplatione concipiunt quam explicare queant; cum tamen adhuc melius et verius in se sit Deus, quam a nobis cogitatur. Hæc tamen non obstant, quo minus, si loquamur ex parte ejus qui nomina aut sermonem de Deo audit, æqua sit illi nomini aut sermonis significatio atque cognitio, quam ipse de Deo habet; nam cognitio audientis metitur significationem nominis. Unde sicut beati proprium de Deo verbum et conceptum formant, ita puri viatores nullo ipsum verbo proprie quid sit significare, neque conceptum mentis assequi possunt; uti eleganter Nazianzenus *Oratione de fide*, quæ est quadragesima nona, sic ait: « Certe hoc est Deus, quod cum dicitur, non potest dici; cum æstimatur, non potest æstimari; cum definitur, ipsa definitione crescit. » Dixit autem Deum ipsa definitione crescere; quia licet definitio dicatur terminus rei, quia ea veluti termino et fine res clauditur, tamen cum Deum definire et determinare contendimus, ita se habet, ut semper aliquid illius extra maneat; eo quod natura ejus ab intellectu creato propria virtute cognosci nequeat, nec viatori satis explicari, et definitione describi. Vide hæc fusius apud Vasquez, tom. I, in 1 part., disput. 57, q. 13, art. 1, cap. 3, unde hæc compendio desumpta sunt.

Ibidem: *Illam igitur*, etc. Negat hic Dionysius de Deo, quæcunque formali aliqua ratione pertinent ad proprietates rerum naturalium, animarumque et mentium, vel etiam entis illius universi, in quo Platonici essentiam, vitam, intellectum, collocant; item motum, statum, identitatem, diversitatem, tanquam genera rerum; rursus infinitatem atque terminum, veluti prima omnium elementa. Utitur etiam epistola Platonis quæ dicit: « Circa Regem omnium cuncta sunt, ipsius gratia omnia, ipse causa est honorum omnium. » Nota autem, ad excellentiam causæ duo pertinere; primum quidem, ut quo præstantior causa est, eo sit a subditorum conditionibus segregatior; secundum vero, ut pro excellentiæ suæ gradibus vires suas actionesque longius latiusque diffundat. Quamobrem prima omnium causa separatissima est ab omnibus, et interim præsentissima; inde *unum*, hinc *bonum* a Platonici nominatur. Inde quidem nihil habet simile cum effectibus atque commune; hinc rursus agit omnia, agit in omnia, conservat assidue. Deus enim, uti supra docet, omnia amplectitur, complectitur et anticipat. Amplectitur quidem per excellentiam potestatis, velut extrinsecè circumfusius; complectitur autem, penes se natura sua unice colligens singula, quantumlibet inter se diversa, anticipat denique, quoniam et antequam sint possidet ipse, et gradu longe præstantiore quam sint. Hinc etiam probat Dionysius *bonum* esse Deo accommodatissimum nomen, tum ratione principii, quoniam ad ipsum bonum amplissima diffusio pertinet; tum ratione finis, quia omnia bonum appetunt.

§ VI. *Hoc igitur cum scirent theologi, Deum laudant*, etc. Docet qua ratione negari omnia de Deo ac pariter affirmari possint. Confirmatur hic sententia Mercurii Trismegisti dicentis, Deum nihil esse omnium et Deum esse omnia; item Deum nullum habere nomen, habere omne nomen. Ita enim res omnes in Deo fere pariter sunt, atque non sunt, sicut domus in architecto, formæ membrorum in vegetali seminariaque natura, igneus calor in sole, in unitate numeri, longitudo lineæ in puncto unde Pythagorica ratione producitur, lineæ in centro circulari, radii omnes in centro solis, in lumine vero calores. Merito igitur Parmenides 295 etiam Pythagoricus apud Platonem, omnia de ipso uno rerum principio negat pariter et affirmat.

omnino possit aliquid permissione boni? quod enim boni prorsus expers est, neque est quidquam, neque quidquam potest. Etenim si bonum est id quod est, et appetendum, et validum, et efficax, quomodo quidquam possit id quod bono contrarium est, cum et essentia careat, et voluntate, et potentia, et actione? Non omnibus omnia et omnino eadem secundum idem mala sunt. Dæmoni malum est, quod a bona mente deflexerit; animo, quod a ratione; corpori, quod a natura.

§ XXXIII.

Πῶς ἄλλως τὰ κακὰ Προνοίας οὐσης; Οὐκ ἔστι τὸ κακὸν, ἢ κακὸν, οὔτε ἂν, οὔτε ἐν τοῖς οὔσι. Καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων ἐστὶν ἀπρονόητον· οὐδὲ γὰρ ἐστὶ τὸ κακὸν ἂν, ἀμιγῆς ὑπάρχον τοῦ ἀγαθοῦ. Καὶ εἰ μηδὲν τῶν ὄντων ἀμέτοχον τοῦ ἀγαθοῦ, κακὸν δὲ ἢ ἔλλειψις τοῦ ἀγαθοῦ, οὐδὲν δὲ τῶν ὄντων ἐστέρηται καθόλου τοῦ ἀγαθοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς οὔσιν ἢ θεία Πρόνοια, καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων ἀπρονόητον· ἀλλὰ καὶ τοῖς γινόμενοις κακῶς ἀγαθοπρεπῶς ἢ Πρόνοια κέχρηται, πρὸς τὴν αὐτῶν, ἢ ἄλλων, ἢ ἰδικὴν ἢ ³⁹ κοινὴν ὠφέλειαν, καὶ οἰκείως ἐκάστου τῶν ὄντων προνοεῖ. Διὸ καὶ τὸν εἰκατὸν ⁴⁰ τῶν πολλῶν οὐκ ἀποδεξόμεθα λόγον, ὃ γρηναί φασὶ τὴν Πρόνοιαν καὶ ἄκοντας ἡμᾶς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἀγειν· τὸ γὰρ φθεῖραι φύσιν οὐκ ἔστι Προνοίας. Ὅθεν ὡς Πρόνοια τῆς ἐκάστου φύσεως σωστικῆ, τῶν αὐτοκινήτων ὡς αὐτοκινήτων προνοεῖ, καὶ τῶν ὄλων καὶ τῶν καθ' ἕκαστον οἰκείως ⁴¹ ὄλω καὶ ἐκάστῳ, καθ' ὅσον ἢ τῶν προνοουμένων φύσις ἐπιδέχεται τὰς τῆς ὄλης καὶ παντοδαπῆς προνοίας ἐκδιδομένας ἀναλόγως ⁴² ἐκάστῳ προνοητικὰς ἀγαθότητας.

Quomodo exstante Providentia mala sunt omnino? Malum, qua malum, neque res, neque in rebus est. Nulla etiam res Providentiam effugit; neque enim est malum quod non sit admistum bono. Quod si nulla res sit expers boni, malum autem sit defectus boni, cum nulla res omnino privata sit bono, in rebus omnibus divina quoque Providentia est, nec res ulla Providentiam divinam effugit; quin etiam iis qui mali evaserunt, ad ipsorum aut aliorum privatam vel communem utilitatem, Providentia benigne utitur, proprieque singulis rebus consulit. Quamobrem vanum sermonem plurimorum nequaquam approbamus, qui aiunt, divinam Providentiam nos vel invitos ad virtutem debere impellere; nam non est Providentiæ naturam violare. Quapropter tanquam Providentia, quæ naturæ cujusque conservatrix sit, libero motu præditis, ut libere se moventibus, et universis ac singulis, modo quodam universo ac cuilibet proprio prospicit, in quantum eorum, quibus providetur, natura capit universæ atque omnigenæ providentiæ beneficia, quæ cuique pro captu suo dantur.

§ XXXIV.

Οὐκ ἄρα ἂν τὸ κακὸν, οὐδὲ ἐν τοῖς οὔσι τὸ κακόν. Οὐδαμοῦ γὰρ τὸ κακόν, ἢ κακόν· καὶ τὸ γίνεσθαι τὸ κακόν οὐ κατὰ δύναμιν, ἀλλὰ δι' ἀσθένειαν. Καὶ τοῖς δαίμοσιν, ἢ μὲν εἰσι, καὶ ἐκ τὰγαθοῦ, καὶ ἀγαθόν· τὸ δὲ κακὸν αὐτοῖς ἐκ τῆς τῶν οἰκείων ἀγαθῶν ἀποπτώσεως, καὶ ἀλλοίωσις ἢ περὶ τὴν ταυτότητα καὶ τὴν ἕξιν ἀσθένεια τῆς προσηκούσης αὐτοῖς ἀγγελοπρεποῦς τελειότητος. Καὶ ἐφίενται τοῦ ἀγαθοῦ, καθ' ὃ τοῦ εἶναι, καὶ ζῆν, καὶ νοεῖν ἐφίενται· καὶ καθὸ οὐκ ἐφίενται ⁴² τοῦ ἀγαθοῦ, τοῦ μὴ ὄντος ἐφίενται· καὶ οὐκ ἔστι τοῦτο ἕρεσις, ἀλλὰ τῆς ὄντως ἐφέσεως ἁμαρτία.

374 Non igitur malum est res aliqua, neque in rebus malum existit. Nusquam enim malum est, qua malum; nec quod malum fit, hoc a potestate proficiscitur, sed ab imbecillitate. Ac dæmonibus, id quidem quod sunt, et ex bono est, et bonum; malum, quod illis ex lapsu a propriis bonis accidit, est ejusdem status habitusque mutatio, et accomodatæ eis angelis dignæ perfectionis imbecillitas. Expetunt etiam bonum, in quantum et esse, et vivere, et intelligere desiderant; et in quantum non expetunt bonum, id quod non est expetunt; atqui non est hoc appetitus, sed veræ appetitionis defectio.

§ XXXV.

Ἐν γνώσει δὲ ἁμαρτάνοντας καλεῖ τὰ Λόγια τοὺς περὶ τὴν ἄληστον τοῦ ἀγαθοῦ γνώσιν ἢ τὴν ποίησιν

In scientia vero peccantes Scriptura vocat eos qui circa eam, quæ latere non potest, boni cogit-

VARIÆ LECTIONES.

³⁴ ἐνδύναμον. ³⁵ καὶ οὐσίης, M ³⁶ παντάπασι. ³⁷ καὶ κατὰ τὸ αὐτό, P. ³⁸ τὸ κακόν, P. ³⁹ ἢ non est in P. ⁴⁰ καὶ τὸν μάταιον, M. ⁴¹ ὁμοίως, M. ⁴² καὶ εἰ οὐκ ἐφίενται, S. P. D.

tionem aut actionem imbecilles sunt, quique sciunt voluntatem, et non faciunt; qui audiverunt quidem, sed infirmi sunt in fide vel operatione boni; quin etiam aliqui nolunt intelligere ut bene faciant, ex perversione vel debilitate voluntatis. Atque universim malum, ut saepe diximus, infirmitas est et imbecillitas, et defectus sive scientiæ, sive liquidæ cognitionis, sive fidei, sive naturæ, sive desiderii, sive operationis boni. Atqui dixerit nonnemo, infirmitatem minime supplicium mereri, sed e diverso venia dignam esse. Si quidem facultas non suppetet, recte utique id diceretur; sin autem ex bono sit posse, quod, juxta Scripturam, omnibus omnino convenientia largitur, ex bona honorum propriorum habitudine defectio, et perversio, et fuga, prolapsioque, laudanda non sunt. Verum hæc in tractatu *De justo divinoque judicio* satis a nobis pro virili sunt exposita; in quo sacro tractatu veritas Eloquiorum sophisticas rationes, quæ injustitiam mendaciumque Deo impingunt, tanquam plane impias et stolidas elisit. Jam vero pro modulo nostro satis laudatum est bonum, in quantum vere admirandum, ut principium et finis omnium, ut rerum omnium complexus, ut informans res non existentes, ut causa bonorum omnium, ut nullius mali causa, ut providentia et bonitas absoluta, quæque omnia, tam quæ sunt quam quæ non sunt, superat, et mala, sui que privationem, bona efficit, ut omnibus expetendum, amandum et diligendum, et quæcunque alia in superioribus verax, uti reor, oratio demonstravit.

Ἀξασθενούντας, καὶ τοὺς εἰδότας τὸ θέλημα, καὶ μὴ ποιούντας· τοὺς ἀκηκόοντας μὲν, ἀσθενούντας δὲ περὶ τὴν πίστιν, ἢ τὴν ἐνέργειαν τοῦ ἀγαθοῦ· καὶ ἀβούλητόν τισι τὸ συνιέναι τοῦ ἀγαθοῦ, κατὰ τὴν παρατροπὴν, ἢ τὴν ἀσθένειαν τῆς βουλήσεως. Καὶ ὅμως⁴³ τὸ κακὸν, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν, ἀσθένεια, καὶ ἀδυναμία, καὶ ἔλλειψις ἐστὶν ἢ τῆς γνώσεως, ἢ τῆς ἀλήστου γνώσεως, ἢ τῆς πίστεως⁴⁴, ἢ τῆς ἐφέσεως, ἢ τῆς ἐνεργείας τοῦ ἀγαθοῦ. Καίτοι φαίη τις· Οὐ τιμωρητὸν ἢ ἀσθένεια, τοῦναντίον δὲ συγγνωστόν· εἰ μὲν οὐκ⁴⁵ ἐξῆν τὸ δύνασθαι, καλῶς ἂν εἶχεν ὁ λόγος· εἰ δὲ ἐκ τἀγαθοῦ⁴⁶ τὸ δύνασθαι, τοῦ διδότος, κατὰ τὰ Λόγια, τὰ προσήκοντα πᾶσιν ἀπλῶς, οὐκ ἐπαινετὸν⁴⁷ ἢ τῆς ἐκ τἀγαθοῦ τῶν οικειῶν ἀγαθῶν ἕξεως ἀμαρτία, καὶ παρατροπή, καὶ ἀποφυγή, καὶ ἀπόπτωσις. Ἄλλὰ ταῦτα μὲν ἡμῖν ἐν τοῖς *Περὶ δικαίου*⁴⁸ καὶ *θεοῦ δικαιοτηρίου* κατὰ δύναμιν ἱκανῶς εἰρήσθω, καθ' ἣν ἱερὰν πραγματείαν ἢ τῶν λογίων ἀλήθεια, τοὺς σοφιστικὰ καὶ ἀδικίαν καὶ ψεῦδος κατὰ τοῦ θεοῦ λαλοῦντας ἀπεβράβησεν⁴⁹ ὡς παράφρονας λόγους. Νῦν δὲ, ὡς καθ' ἡμᾶς ἀρκοῦντως ὑμνηται τἀγαθόν, ὡς ὄντως ἀγαστὸν, ὡς ἀρχὴ καὶ πέρασ πάντων, ὡς περιοχὴ τῶν ὄντων, ὡς εἰδοποιὸν⁵⁰ τῶν οὐκ ὄντων, ὡς πάντων ἀγαθῶν αἴτιον, ὡς τῶν κακῶν ἀναίτιον, ὡς πρόνοια καὶ ἀγαθότης παντελής, καὶ ὑπερβάλλουσα τὰ ὄντα καὶ τὰ οὐκ ὄντα, καὶ τὰ κακὰ, καὶ τὴν ἐαυτῆς στέρησιν ἀγαθύνουσα, πᾶσιν ἐφετὸν, καὶ ἐραστὸν, καὶ ἀγαπητὸν, καὶ ὅσα ἄλλα ἐν τοῖς ἐμπροσθεν ὁ ἀληθὴς ἀπέδειξεν, ὡς οἶμαι, λόγος.

375 ANNOTATIONES CORDERII.

§ I. Nota, quod bonitatem vocet *essentiam divinam, divinitatis originem*, in creaturis scilicet; quia Deus est auctor divinitatis in cunctis hominibus et angelis qui Deum imitantur, et ei similes fiunt, de quibus scriptum est, *Ego dixi, dii estis* γ. Unde divinitatem deificam et Deum deificum frequenter vertimus, quod Dionysius *θεαρχίαν* et *ὑπαρξίαν θεαρχικήν* dicit. Hunc locum adnotans S. Maximus, « Substantiale, inquit, bonum vocat ipsum Deum. » Et paulo post, « Deus, inquit, bonum habet non ex accidenti tanquam qualitatem quamdam, sicut nos habemus virtutes; quinimo substantia boni Deus est, sicut lumen est substantia solis. » Ubi adverte, quod non significet lumen esse formam substantialem solis (non enim substantia, sed qualitas est lumen), sed quia natura solis, qui est corpus luminosum, non consistit sine lumine, dicit substantiam ejus esse, id est consequi naturaliter formam substantialem solis; sicut calor est substantialis igni, id est naturaliter consequens formam substantialem ignis. Hunc igitur locum interpretans S. Maximus, « Nemo, inquit, suspicetur, judicare Dionysium de Deo omnino ad exemplum solis; quin potius sic intelligendum est: sicut sol, cum non sit aliud præterquam lumen, non habet lumen adventitium et conjunctum, quod vocatur accidens; neque tanquam sit animal, velut præditus anima, voluntate benefaciendi intus lumen accipit, et in omnia dispertit (potius enim contra, neque animalus est, neque voluntatem benefaciendi habet, caret enim ratione, nec aliunde lumen accipit; est enim hoc ipsum lumen, et illuminat), sic in Deo intelligere oportet, quod Deus scilicet non habet bonum conjunctum tanquam qualitatem quamdam, sicut nos habemus virtutes; quin potius substantia ipsius boni ipse Deus est, sicut lumen substantia solis; et tanquam qui est id ipsum bonum fulgorem bonitatis in omnia porrigit. » Hactenus Maximus; qui cum ait, lumen, quod alioqui qualitas est, substantiam solis esse, more philosophorum loquitur, qui proprietatem naturæ alicujus ad eam categoriam referunt, ad quam natura illa pertinet. Porro sicut sol per septem rerum gradus lumen usquequaque diffundit, nempe per stellas fixas, per planetas sex eodem semper tenore fulgentes, per lunam lumine variam, per ignem, per aerem, per aquam et per terram; similiter sol ille solis summus Deus ipsum bonum per septem gradus beneficos radios ubique distribuit, scilicet per angelos, per animas ratione præditas, per animas sensu viventes, per animas vegetales, per cælestia corpora, per corpora elementaria, perque materiam.

Dicendum quoque cum S. Thoma in parte 1, quæst. 19, artic. 4, per illa verba: « Quemadmodum sol

γ Psal. LXXXI, 6.

VARIE LECTIONES.

⁴³ Καλῶς ὅμως, M. ⁴⁴ addendum, imo restituendum, ἢ τῆς φύσεως, ex versione Corderii. Ed. PATROL. ⁴⁵ εἰ μὲν οὐκ, M. ⁴⁶ κατ' ἀγαθοῦ, S. ⁴⁷ ἐπαινετέον, S.P. ⁴⁸ δικαιοσύνης. ⁴⁹ ἀπεβράβησεν, M. ⁵⁰ ἰδιοποιόν, M.

ille nôster non cogitatione aut voluntate, etc. S. Dionysium non voluisse excludere a Deo electionem simpliciter, ac si Deus non libere sed necessario res creatas produxisset, sed electionem secundum quid, in quantum scilicet non tantum quibusdam creaturis bonitatem suam communicat, sed omnibus, prout scilicet electio discretionem quamdam importat: nam alioquin, ut ibidem bene probat D. Thomas, Deus, cum sit primum agens, per intellectum et voluntatem cuncta causare dicendus est.

§ II. Docet, ex Deo, tanquam fonte bonitatis, omnium rerum bonitatem derivari. Unde S. Thomas, parte 1, quæst. 6, art. 4, concludit, quod quælibet res dicatur bona bonitate divina sicut primo principio efficiente, exemplari, et finali totius bonitatis; formaliter vero dicatur bona similitudine bonitatis sibi inhærente, quæ est formalis uniuscujusque bonitas, id est: nulla res dicitur bona a bonitate divina tanquam a forma dominante, sicut paries dicitur dexter a dextera parte animalis; sed quælibet res dicitur bona a bonitate sibi inhærente, quæ est participatio quædam divinæ bonitatis, per quam ei quodammodo assimilatur. Hanc autem sententiam S. doctor sic probat: Quamvis ea quæ relata dicuntur, possint ab extrinseco aliquo, veluti a forma, denominari (ut in exemplo proxime allato), ea tamen quæ absolute talia dicuntur, nequeunt ab aliquo extrinseco, veluti a forma, denominationem accipere. In quo S. doctor reprehendit Platonis opinionem, qui, teste Aristotele, 1 *Metaph.*, text. 6, posuit ideas rerum quasi species communes separatas, a quibus individua denominarentur. Reprehendit autem eum, non quod poneret principium ad aliquid primum, quod per suam essentiam esset ens et bonum, qualis est Deus, sed quod diceret, rem omnem individuum talis aut talis naturæ ab eo primo ente, veluti a forma, denominari. Concedit vero, denominationem absolute ab aliquo posse provenire, tanquam a principio efficiente, aut exemplari; quod perinde est ac si diceret, posse esse principium efficiens et exemplare alicujus formæ, quæ inhærens subjecto ipsam denominat. Ideo asserit, res omnes bonas appellari a bonitate sibi inhærente, sicut a forma; a bonitate autem **376** Dei, sicut ab efficiente, exemplari et fine; vide hæc fusius apud Vasquez tom. I, in partem 1, q. 6, a. 4.

§ III. Quod si autem supra omnes res sit bonum ipsum, etc. Docet hic bonum latius patere quam ens, cum ad ipsa non entia se extendat; quod D. Thomas parte 1, quæst. 5, art. 2, secundum Platonicos dictum interpretatur, qui, materiam a privatione non distinguentes, dicebant materiam esse non ens, et consequenter volebant participationem boni ad plura se extendere quam participationem entis, cum materia prima bonum participet, quia ipsum appetit; nihil enim appetit nisi sibi simile, non autem participat ens, cum ponatur non ens. Vel dicendum, inquit, quod bonum extenditur ad existentia et non existentia non secundum prædicationem, sed secundum causalitatem, ut per non existentia intelligamus non ea simpliciter quæ penitus non sunt, sed ea quæ sunt in potentia et non in actu; quia bonum habet rationem finis, in quo non solum quiescunt ea quæ sunt in actu, sed ad ipsum etiam ea moventur quæ in actu non sunt, sed in potentia tantum; ens autem non importat habitudinem causæ nisi formalis tantum vel inhærentis, vel exemplaris, cujus causalitas non se extendit nisi ad ea quæ sunt in actu. Porro, ut aliquid sit bonum, non est necesse existat. Nam sicut in quibusdam rerum essentis abstractis per intellectum ab existentia consideramus alias proprietates, et de ipsis eas prædicamus; sic etiam intelligere possumus rationem bonitatis, et de ipsis eam enuntiare. In enuntiatione enim, qua res aliqua dicitur esse bona, verbum *est* non significat existentiam, sed extremorum connexionem; sicut cum dicimus: « Homo est animal. » Cæterum quando dicitur, eo differre verum a bono, quod verum solum sit in intellectu, bonum autem in rebus, non est ita accipiendum, quasi bonum solum conveniat rebus existentibus; sed ideo dicitur, quia verum, quod etiam est passio entis, non convenit rebus nisi per ordinem ad intellectum, rebus autem convenit bonum ex seipsis, tametsi solo intellectu ratio entis et boni distinguatur. Aliud enim est, aliqua distingui per intellectum solum; aliud est, per solum intellectum aliquid ipsis convenire, ut fusius explicat Vasquez, in partem 1, q. 77.

§ IV. Nota, dum dicit: *Cælestium principiorum et subterminationum causam esse bonum*, non significare hoc loco Dionysium, ut quidam interpretati sunt, corpora cælestia esse principia agentia eorum quæ ortum et interitum capiunt, et discerni res secundum eadem corpora. Non loquitur hic de hujusmodi principis, sed de principis et terminationibus orbium cælestium, quos fecit Deus bonitate quasi globosos, in qua figura idem est principium et terminus sive finis. Non dixit ἀποτερατώσεις, id est *terminationes*, sed ὑποτερατώσεις, id est *subterminationes*, ut S. Maximus observavit; quia motus corporis globosi non habet proprie terminum, sed veluti terminum habet moveri ab aliquo principio ad idem tanquam ad terminum, verbi gratia, ab oriente ad eundem orientem.

Ibidem paulo post ait: *Solem esse imaginem divinæ bonitatis, quatenus tenuissimum quid illius boni in eo præcui resonat.* Græce est πολλοστόν, quod Lucretius poeta romanus, lib. vi, vertit *multesimum*, ea forma qua dicitur centesimum, millesimum. Significat hic tenuissimum extremi soni. « Ut si quis, inquit S. Maximus, magna vociferatione aliquid dicat, qui astant, et bene clamorem; et quod dictum est, percipiunt; qui autem distant, minus audiunt; qui vero longe sunt, tenuissimum sonum audiunt sine significatione vocis: sic cogitandum est, inquit, de lumine solis, si cum divino conferatur, esse scilicet divinum lumen infinitum; et conferri cum illo non posse, adinstar acutissimi clamoris et clarisonæ vocis cum tenuissimo et obscurissimo sono collatæ. »

Ibidem: *Hoc enim est illud lumen, tametsi tunc non erat figuratum.* S. Thomas in quæst. disputatis, tom. VIII, quæst. 4, artic. 2, ad 6, ait, lucem illam, quæ legitur primo die facta, secundum Gregorium (57) et Dionysium esse lucem solis, quæ simul cum substantia luminarium, quæ est subjectum ejus, fuit prima die producta secundum communem lucis naturam; quarta autem die attributam esse luminaribus determinatam virtutem, ad determinatos effectus, secundum quod videmus alios effectus habere radium solis, et alios radium lunæ, et sic de aliis. « Et propter hoc, inquit, dicit Dionysius lucem illam fuisse lucem solis, sed adhuc informem, quantum ad hoc quod jam erat substantia solis, et habebat virtutem illuminativam in communi; sed postmodum quarta die formata fuit, non quidem forma substantiali, quam prima die habuit, sed secundum aliquas conditiones accidentales per collationem determinatæ virtutis, secundum quod postmodum data est ei specialis et determinata virtus ad effectus particulares. Et secundum hoc in productione hujus lucis distincta est lux a tenebris quantum ad tria. Primo quidem quantum ad causam, secundum quod causa luminis erat in substantia solis, causa vero tenebrarum in opacitate terræ. Secundo distincta est quantum ad locum, quia in uno hemisphærio erat lumen, et in alio tenebræ. Tertio, quantum ad tempus, quia **377** in eodem hemisphærio secundum unam partem temporis erat lumen, et secundum aliam partem erant tenebræ. Et hoc est quod dicitur: *Lucem vocavit diem, et tenebras*

noctem *. Sic nec lux illa undique terram complectebatur, quia in uno hemisphærio erat lumen, et in alio tenebræ; nec semper ex una parte erat dies, et ex alia nox, sed in eodem hemisphærio secundum unam partem temporis erat dies et secundum aliam erat nox.

Ex iis itaque, quæ a Dionysio § IV dicta sunt, patet omne lumen quod cernitur a Deo factum esse; et solem esse multis modis et rationibus imaginem bonitatis Dei. Simul etiam demonstratum est, quemadmodum, cum Deus dixit primo die, *Fiat lux* *, lucem illius tridui sine figura et diffusam coegit, et in figuram globi solis contulit, præstans ei circuitus et orbis annuos. Idem ostendit Basilus in *Hexaemero*, et Philoponus libro IV, *De mundi opificio*, cap. 16 et 17. Nota vero, rem nullam magis quam lumen referre naturam boni. Primo quidem, quia lumen in genere sensibili purissimum eminentissimumque apparet. Secundo, facillime omnium, et amplissime momentoque dilatatur. Tertio, innoxium occurrit omnibus, atque penetrat, et lenissimum atque blandissimum est. Quarto, calorem secum fert alium, omnia foventem et generantem atque moventem. Quinto, dum adest inestque cunctis, a nullo inficitur, nulli miscetur. Similiter ipsum bonum totum rerum ordinem supereminet, amplissime dilatatur, mulcet et allicit omnia, nihil cogit; amorem quasi calorem habet ubique comitem, quo singula passim inescantur, bonumque libenter asciscunt; ubique rerum penetralibus præsentissimum, commercium cum rebus nullum habet. Denique, sicut ipsum bonum inæstimabile est atque ineffabile, ita ferme lumen, hoc enim nullus adhuc philosophorum definiuit: ita ut cum nihil lumine clarius sit, nihil tamen videatur obscurius; sicut et bonum et notissimum est omnium, et pariter ignotissimum. Quamobrem Jamblicus hoc postremo confugit, ut lumen actum quendam et imaginem perspicuam divinæ Intelligentiæ nominaret; quemadmodum emicans e visu radius, est ipsius visus imago. Quemadmodum autem, juxta Platonem, sol et oculos generat et colores, oculisque vim præbet qua videant, et coloribus qua videantur, et utrosque in unum lumine conciliante conjungit; ita Deus ad intellectus omnes resque intelligibiles se habere putatur. Atque ita demum excedit hæc omnia, quemadmodum sol oculos et colores. Denique, sicut nihil alienius est a luce divina quam materia prorsus informis, ita nihil a luce solis remotius est quam terra; quocirca corpora, in quibus terræ conditio prævalet, tanquam luci ineptissima, lumen nullum intus accipiunt; non quia sit impotens lumen ad penetrandum; hoc enim dum non illuminat intus lanam aut folium, interim penetrat momento crystallum, alioquin difficiliter penetratu; ita divinum lumen etiam in tenebris animæ lucet, sed tenebræ ipsum non comprehendunt.

§ V. *Summum enim bonum dicitur lumen intellectuale*. Disputat D. Thomas parte I, qu. 67, a. 1, utrum lux proprie in spiritualibus dicatur; et in corpore respondet, quod de aliquo nomine dupliciter convenit loqui, scilicet uno modo secundum primam ejus impositionem, alio modo secundum usum nominis; sicut patet in nomine visionis, quod primo impositum est ad significandum actum sensus visus, sed propter dignitatem et certitudinem hujus sensus, extensum est hoc nomen, secundum usum loquentium, ad omnem cognitionem aliorum sensuum; et ulterius etiam ad cognitionem intellectus, juxta illud: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* ^b. Et similiter dicendum est de nomine lucis; nam primo quidem est institutum ad significandum id quod facit manifestationem in sensu visus; postmodum autem extensum, ad significandum omne illud quod facit manifestationem secundum quamcunque cognitionem. Si ergo accipiatur nomen luminis secundum suam primam impositionem, metaphorice in spiritualibus dicitur, ut Ambrosius ait; si autem accipiatur, secundum quod est in usu loquentium ad omnem manifestationem extensum, sic proprie in spiritualibus dicitur. Vide plura de luce apud D. Thomam in *Sentent.* II, distinct. 13, quæst. 1, art. 3.

§ VII. *Hoc item bonum laudatur ut pulchrum, etc.* Nota hic cum D. Thoma, parte I, quæst. 5, artic. 4, ad 1, quod pulchrum et bonum in subjecto quidem sint idem, quia super eandem rem fundantur, scilicet super formam, et propter hoc bonum laudatur ut pulchrum, sed ratione differunt; nam bonum proprie respicit appetitum (est enim bonum quod omnia appetunt), et ideo habet rationem finis (nam appetitus est quasi quidam motus ad rem), pulchrum autem respicit vim cognoscitivam (pulchra enim dicuntur, quæ visa placent), unde pulchrum in debita proportionem consistit, quia sensus delectatur in rebus debite proportionatis, sicut in sibi similibus; nam et sensus ratio quædam est, et omnis virtus cognoscitiva. Et quia cognitio fit per assimilationem, similitudo autem respicit formam, pulchrum proprie pertinet ad rationem causæ formalis.

Ibidem: *Dicuntur omnia secundum omnem causam pulchrum et bonum appetere*; quia **378** Deus est causa omnium effectrix, qui cum omnibus bonitatem et pulchritudinem suam communicat; et quia finis omnium; omnia enim facta sunt, ut divinam bonitatem et pulchritudinem, prout quælibet possunt, imitentur. Est præterea causa exemplaris Deus; quia omnia priusquam herent, et inter se distinguerentur, in ipso erant, et secundum rationes et exemplaria omnium quæ in se habebat, omnia facta et discreta sunt.

Ibidem paulo post: *Tunc, inquit, est ipsum pulchrum et bonum, quando in Deo laudatur supra substantiam, auferendo univèra*. Exponit, quando quod non est participat pulchrum et bonum, quando scilicet aliquis dicit: « Hoc non est Deus, nec illud, sed est supra hæc; » hoc igitur non esse, ablatio, inquam, omnium, sive negatio, participat pulchrum et bonum, quatenus Deus dicitur non esse. Potest etiam dici, hic non esse materia, ut dici solet a Dionysio, quatenus expers est pulchræ formæ. Potest item dici, non esse malum, ut etiam alias dicitur, et hoc etiam participat bonum, quia fit propter aliquid quod pulchrum et bonum videtur. Ita Maximus et Pachymeres.

§ VIII et IX. Nota S. Dionysium in angelis aliter assignare tres motus quam in anima; dicit enim motum circularem angeli esse secundum illuminationes pulchri et boni, motum autem circularem animæ secundum plura determinat. Quorum primum est, introitus animæ ab exterioribus ad seipsam. Secundum est quædam convolutio virtutum ipsius, per quam anima liberatur ab errore et externa occupatione. Tertium est unio ad ea quæ supra se sunt. Similiter etiam differenter describit motum rectum utriusque; nam rectum motum angeli dicit esse, quando ad inferioribus providendum procedit; motum autem rectum animæ ponit in duobus. Primo quidem in hoc quod ad seipsam ingreditur, secundo autem in hoc quod ab exterioribus ad simplices contemplationes revocatur. Sed et motum obliquum diversimode in utrisque determinat; nam obliquum motum in angelis assignat ex hoc, quod inferioribus consulentes, in eodem statu perpetuo manent circa Deum; obliquum vero motum animæ assignat ex eo, quod anima illuminetur cognitionibus divinis modo rationali et discursivo. Unde divus Thomas, parte I, quæst. 80, artic. 6, ad 2, respondet, hominem cum angelis quidem in intellectu genericè convenire, sed ipsam

* Gen. 1, 5. a Gen. 1, 3. b Matth. v, 8.

vim intelligendi esse multo sublimiorem in angelo quam in homine; et ideo alio modo oportere hos motus in hominibus et in angelis assignare, secundum quod diversimode se habent ad uniformitatem. Intellectus enim angeli habet uniformitatem quoad duo. Primo quidem, quia non acquirit intelligibilem veritatem ex varietate rerum compositarum. Secundo, quia non intelligit veritatem intelligibilem discursive, sed simplici intuitu. Intellectus vero animæ a sensilibus rebus accipit intelligibilem veritatem, et cum quodam discursu rationis eam intelligit. Et ideo Dionysius motum circulare in angelis assignat, in quantum uniformiter et indesinenter absque principio et fine intuentur Deum, sicut motus circularis carens principio et fine uniformiter est circa idem centrum. In anima vero, antequam ad istam uniformitatem perveniat, requiritur, ut duplex ejus difformitas amoveatur. Primo quidem, illa quæ ex diversitate rerum externarum existit, prout scilicet exteriora relinquit; et hoc est quod primum ponit in motu circulari animæ, introitum ipsius ab exterioribus ad seipsam. Secundo debet etiam removeri altera difformitas, quæ est per discursum rationis; et hoc contingit, secundum quod omnes animæ operationes reducuntur ad simplicem contemplationem intelligibilis veritatis. Et hoc est quod S. Dionysius ait, necessariam esse uniformem convolutionem intellectualium ipsius virtutum, ut scilicet, cessante discursu, figatur ejus intuitus in contemplatione unius simplicis veritatis. Et in hac operatione animæ non est error, sicut circa intellectum primorum principiorum simplici intuitu cognitorum non erratur. Istis præmissis, tertio loco ponitur uniformitas angeliformis, quatenus nimirum, omnibus prætermisissis, in sola Dei contemplatione persistitur, et hoc est quod Dionysius dicit. Deinde jam quodammodo uniformem factum unitis unimode virtutibus unit, atque ita demum ad pulchrum ac bonum manuducit. Motus autem rectus in angelis non potest accipi secundum id quod in considerando procedat ab uno ad aliud, sed solum secundum ordinem suæ providentiæ, secundum scilicet quod angelus superior inferiores illuminat per medios. Et hoc est quod dicit directe moveri angelos, quando ad inferiorum providentiam procedunt, recte omnia dirigendo. Rectum vero motum ponit in anima, quatenus ab exterioribus rebus sensilibus procedit ad intelligibilem cognitionem. Obliquum porro motum ponit in angelo, compositum ex recto et circulari, quatenus secundum contemplationem Dei providet inferioribus; in anima vero ponit motum obliquum similiter ex recto et circulari compositum, prout scilicet illuminationibus divinis ratiocinando utitur.

§ X. Nota, hic a Dionysio perfectiones totorum intelligi, quando ex copulatione partium existit forma, quæ est perfectio totius. *Quantum, quam magnum, vel 379 parvum* hoc, quod Græce *πῆλκον* dicitur, refertur ad certam magnitudinem vel parvitatem, ut bicubitum, tripedale, bipedale; illud vero *quantum*, sive *τὸ ποσόν* ad incertam. Infinitum, scilicet potentia, est id quod convenit quantitati continuæ secundum divisionem, et quantitati discretæ secundum appositionem. Comparationes spectant ad relationem convenientiæ, ut idem, æquale, simile; separationes ad relationem differentie, ut diversum, inæquale, dissimile. Omnis infinitas dicitur, quia est multiplex infinitudo, alia quantitatis, alia materiæ primæ, quæ non est determinata ad unam formam, sed in potentia ad infinitas. Omnis finis, ut substantiæ, motus ad operationem, et operationis ac perfectionis. Definitiones etiam sunt quidam fines et terminationes rerum: itaque ubi est aliquis finis ex istis, ibi non est infinitas. *Omnis intelligentia*, S. Thomas legit in suo textu, omnis actio, ut si Græce fuisset *πᾶσα νοησις* ut nunc est *πᾶσα νόησις*.

Ibidem paulo post: *Ipsè enim amor divinus, qui bonitatem in iis quæ sunt operatur, quia prius existit in bono superlatè, non sinit ipsum in se sine fœtu manere.* Græce, *ὁ ἀγαθοεργὸς τῶν ὄντων ἔρωσ*, ad verbum, *bonificus rerum amor.* Hoc in loco S. Maximus mirifice dicit, quod bonus amor, qui ante omnia in bono existit, non remansit sine fœtu, sed potius bonum amorem nobis peperit, per quem pulchrum et bonum expetimus. Observa hinc divinum motum: amor enim bonorum effector movit Deum ad providendum nobis, et ut nos constitueret; ut, cum moveretur, produceret, et non remaneret expers fetus.

§ XI. Docet nomen amoris etiam in Scripturis usurpari. Ubi nota ex D. Thoma 1, II, quæst. 26, artic. 3, quatuor nomina inveniri ad idem quodammodo pertinentia, scilicet amor, dilectio, charitas et amicitia. Differunt tamen in hoc, quod amicitia secundum Philosophum (38), est quasi habitus; amor autem et dilectio significantur per modum actus vel passionis; charitas autem utroque modo accipi potest, differenter tamen significatur actus per ista tria; nam amor quid communius est inter ea. Omnis enim dilectio vel charitas, est amor, sed non e converso. Addit enim dilectio supra amorem electionem præcedentem, ut ipsum nomen sonat; unde dilectio non est in concupiscibili, sed in voluntate tantum, et est in sola natura rationali; charitas autem addit supra amorem perfectionem quamdam amoris, in quantum id quod amatur, magni pretii æstimatur, ut ipsum nomen indicat. Quando autem Dionysius hoc loco ait, quod eo modo se habeat amor et dilectio, sicut quatuor et bis duo, intelligendus est, prout amor et dilectio sunt in appetitu intellectivo, sic enim amor idem est quod dilectio.

§ XII. Nota, quod per ista verba: *Et in iis quæ aditum ad Scripturas præparant*, divinam Scripturam, ut ait sanctus Maximus, intelligat; unde sumptum est illud Sap. VIII, 2: *Factus sum amator pulchritudinis illius.* Ex quo patet, falsum esse quod quidam scripserunt, Philonem esse auctorem libri Sapientiæ, qui tunc, cum Dionysius hæc scripsit, nondum haberetur inter canonicas Scripturas: cum plane hoc loco Dionysius in Scripturis divinis numerare videatur, quas *προεισαγωγὰς*, id est, ut verbum de verbo exprimamus, *antegredientes introductiones Scripturarum* vocat. Et rursus paulo post *Scripturas sacras* Græce *τὰ Λόγια* vocat, in quibus nomen amoris reperitur; reperitur autem etiam in Sapientia, unde idem Dionysius auctoritatem produxerat: Sap. VIII. Explicandum vero, quare Dionysius libros Salomonis vocavit *προεισαγωγὰς*, quod quidem ex ipso intelligere licet, cum libros Scripturæ sanctæ Veteris et Novi Testamenti ex significatione ac notatione argumentorum cujusque libri designat in *Ecclesiastica hierarchia*, capite tertio, de communionem, ubi ait inter cætera: *Scripturam exponere, Sapientes rerum gerendarum præceptiones*, sive præcepta de actionibus vitæ, libros morales Salomonis, Proverbiorum, Ecclesiastes et Sapientiæ, et librum Sapientiæ Sirach, qui Ecclesiasticus vocatur, intelligens; his adjunxit: *vel amorum cantica divinatorum imaginesque divinas*, Cantica canticorum intelligens, quæ sunt symbola et imagines scripta ab eodem Salomone. Quia igitur disciplina sancta bene et ex virtute vivendi, quæ in Proverbiis, Ecclesiaste, Sapientia Salomonis, et in Ecclesiastico traditur, necessaria est ad intelligendas Scripturas sanctas, quæ sine fide non intelliguntur, et fides neglecto studio virtutis amittitur solet (sicut Apostolus 1 Tim.

1, 19, scripsit): *Quam quidem repentes* (bonam scilicet conscientiam, quam dixerat) *circa fidem naufragaverunt*; et Sapient. 1, 4: *In maledolam, inquit, animam non introibit sapientia, neque habitabit in corpore subdito peccatis*; unde Paulus Timotheum, I Tim. iv, 16, admonens, *Attende, inquit, tibi et doctrinæ* (prius enim dixit tibi, quod virtus docentis et proba vita in viam recte docendi tanquam dux introducat); ideo, ut mihi quidem videtur, libros Scripturæ morales, quos dixi, tanquam duces percipiendi sapientiam Scripturarum, προεισαγωγὰς, id est (ut totam vim verbi exprimamus) *antegredientes introductiones* vocavi divinus Dionysius. Præclare 380 autem scripsit magnus Athanasius in extrema pagina libri *De Incarnatione Verbi*: « Qui theologorum intelligentiam consequi cupit, debet prius animam abluere atque detergere, et per vitæ morumque similitudinem ipsos adire. »

Ibidem. Nota verba ista quæ sequuntur ex II Reg. 1: *Cecidit dilectio tua in me, sicut dilectio mulierum*, esse verba David in morte Jonathæ deplorantis. Quæ stulti, inquit Theodoretus, reprehendunt, cum hic David, ad significandam amoris et charitatis suæ erga Jonatham vehementiam, similitudinem et exemplum sumpserit ex amore arctissimo uxoris et viri, qui tantus est, ut lex conjugalis dicat: *Propter hanc relinquet homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ* ^c; id quod Elcana etiam significavit, cum, uxorem consolans, *Nonne, inquit, ego bonus sum tibi supra decem filios* ^d? Itaque ut connubialis conjunctio unum efficit conjuges, sic eorum qui vere inter se amant, animos charitas in unum copulat. Ita Theodoretus.

§ XIII. Tradit, quod sit etiam extaticus amor divinus qui non sinit amantes esse suos, sed eorum quos amant, idque exemplo Pauli probat, qui, inquit, excessit e se Deo. Ubi observavit sanctus Maximus, quomodo ex hoc loco intelligatur, quod Apostolus II Cor. v, 13, ait, *sive excedimus Deo, scilicet intelligitur, sicut Dionysius accepit, de amore extatico Pauli, quem descripsit in Epistola ad Galatas, inquit cap. ii, 20: Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Christus*; sic etiam intellexit locum Pauli S. Diadochus in libro *De perfectione spirituali*, cap. 14. De eodem amore extatico notavit in eodem loco sanctus Maximus, intelligi illud in Psal. cxv: *Ego dixi in excessu meo*, id est in amore Dei extatico.

§ XIV. Ubi ait, Deum vocari *amorem et dilectionem*, interpretatur Dionysius id quod ait S. Joannes in Epist. I, cap. iv: *Deus charitas, sive dilectio, est*. Est enim ipse amoris et charitatis auctor et generator, qui hæc quæ in ipso erant produxit foras, id est creaturas, motus scilicet charitate. Sic dictum est (ait sanctus Maximus) *Deus charitas est*, propter creaturas scilicet quas produxit. Est alioqui Deus, ne quis hoc tolli putet, absolute ipsa per se charitas superlata, non creata, sed omnium creatrix.

Nota ibidem, Deum vocari *dilectionem tanquam vim motricem, et sursum trahentem ad se*. Ubi observavit S. Thomas, triplicem effectum amoris sive charitatis. Primus est, quod amor sive charitas movet amantem ad operationem. Unde (ut hoc obiter observetur in hæreticos, qui hominem per solam fidem justificari tradunt) sicut aqua operationem ab igne, scilicet calefactionem, recipit, et calefit (operatio enim ignis aquam movet), sic fides operationem recipit a charitate, qua operatione veluti vivificatur et calefit, et sine ea friget, et, ut ait B. Jacobus ^e, *mortua est*; ex quo fit ut hujusmodi *fides sit quæ in Christo valet*, sicut Apostolus ad Galatas scripsit ^f, quæ, inquam, per charitatem movetur, scilicet erga Deum. Secundus enim effectus est, quod movet ad operationem erga amatum; unde sic intelligendum est quod idem Apostolus dixit: Quæ per operationem scilicet charitatis operatur, id est movetur. Passive enim accipiendum est vocabulum ενεργουμένη, ut alias a nobis probatum est. Tertius effectus, quod amor seipsum ostendit erga eum quem est. Unde B. Jacobus, contra eum qui de fide sine operibus gloriatur, *Ostende tu, inquit, fidem tuam sine operibus, et ego ostendam tibi fidem meam ex operibus* ^g. Deinde observavit etiam idem S. Thomas quinque proprietates amoris sive charitatis in his quæ hic ex Dionysio recitantur. Prima est, progredi ad uniuersum eum qui diligit cum eo quem diligit, et quanto excellentior est amor, tanto excellentius unit; unde, quia amor in Deum est excellens, excellenter cum Deo conjungit, et erga magis conjuncta major est. Secunda proprietas est charitatis, quod facit, ut is qui amorem sive charitatem habeat, ad eum tendat erga quem habet charitatem; contra atque facit cognitio, quæ rem cognitam trahit ad cognoscentem, amor vero trahit amantem ad eum quem amat. Tertia proprietas est, esse simplicem motum charitatis, quia est primus motus appetitus; et primum in unoquoque genere oportet ut sit simplex, quia ex eo cætera in eo genere composita existunt. Quarta proprietas est, esse per se mobilem, quia in unoquoque genere prius est quod est per se, quam quod est per aliud; unde in genere motus, appetentis oportet ut primus motus qui est amor, sit per se mobilis. Unde timor, quia est sicut motus violentus extrinsecus accedens, non est in charitate, sicut ait B. Joannes, sed *perfecta charitas foras expellit timorem* ^h; quia charitas, motus est ab intimo, ut ait sanctus Thomas, procedens. Quinta proprietas est, operari per se, quod proprium est charitatis, in quo a spe differt. Qui enim propter spem alterius operatur, propter aliud operatur; qui autem (inquit S. Thomas) ex amore operatur, per seipsum operatur illud, tanquam hoc sibi placeat. Præstat scire quæ efficiat charitas, et quæ sint ejus propria, ad cognoscendam excellentiam et præstantiam ejus supra fidem solam, quam hæretici vane jactant, non intelligentes quæ dicunt.

381 Vocat autem *amatoriam motionem*, quia quatenus amor et charitas ex ipso Deo manant ad creaturas, ipse amoris et charitatis auctor moveri dicitur; quatenus vero ipse est amabilis et diligendus, movet et ciet ad amorem omnia, quibus vis amandi convenienter ipsis insita est.

Pulchre hunc locum S. Dionysii explicat P. Lessius lib. ix *De perfectionibus divinis*, cap. 2: « Primo, inquit, dicit *amorem esse vim motricem*, tum quia Deum movet ut descendat ad creaturas, eisque sua bona communicet, tum quia ipsas res creatas sursum trahit in Deum. Unde amor dicitur *ἐκστατικός*, id est *efficiens extasim*; quia amantem transfert a seipso in amatum, nempe Deum in creaturam, et creaturam in Deum. Verum, etsi amor Deum moveat ad creaturas, non tamen ipsum sinit in creatis rebus quiescere, sed ab illis retrahit eum una cum creatis in seipsum, ut creatura simul cum ipso quiescat in ipso; nam totum bonum quod confert rebus creatis, statim reflectit et refert ad seipsum, qui est ipsum per se bonum et pulchrum, quod omnia ad se allicit, et potentissime trahit.

Secundo dicit, esse *ἐκφανστικόν*, seu *manifestationem Dei per seipsum*, quia cum Deus lucem habet inaccessibilem, ita ut nulli creaturæ per se possit esse manifestus, per amorem egreditur extra se, et

^c Gen. ii, 24. ^d I Reg. i, 8. ^e Jac. ii, 17. ^f Galat. v, 6. ^g Jac. ii, 18. ^h I Joan. iv, 18.

sic manifestatur creaturis : primo, per creationem : secundo, per gubernationem ; tertio, per mysterium Incarnationis ; quarto, per doctrinam, illuminationem et justificationem ; quinto, per lumen gloriæ seu glorificationem.

Tertio dicit, esse *processum benignum eximitæ illius unionis*, quia amor Dei erga creaturas est processus quidam, et veluti germen amoris Dei quo amat seipsum ; sicut amor mediorum est quædam extensio et veluti surculus amoris ipsius finis ; et cognitio effectuum est quidam processus cognitionis principiorum. Eximiam illam unionem, intelligit amorem illum, quo Deus seipsum ut summum bonum et pulchrum amat ; hic enim est unio quædam vitalis Dei ad seipsum.

Quarto dicit, amorem Dei esse *motionem amatoriam*, quia amor est motio quædam vitalis per seipsam faciens amare, et amantem transire a seipso in dilectum. *Simplicem*, quia amor Dei in se unicus et simplicissimus est, etsi infinita sint ea ad quæ procedit. *Per se mobilem*, quia amor proposito bono et pulchro per se excitatur. *Per se innatam*, ἀπενεργητον, quia amor divinus non est ab alio productus in Deo aut aliunde excitatus, sed ex ipsa Dei bonitate sponte exortus. Præexistit hæc motio in bono, quia ante omnem creaturam hic amor est in Deo : et ex bono in ea quæ sunt exundat, et rursus in bonum revertitur, etc.

Idem sequenti capite ex dictis colligit octo divini amoris proprietates. Prima, quod eminenter et originaliter præexistat in pulchro et bono. Secunda, quod ex pulchro et bono tanquam fonte prodeat, ut existat jam in Deo formaliter. Tertia, quod immediate in pulchrum et bonum se reflectat. Quarta, quod propter pulchrum et bonum extendat se et descendat ad creaturas. Quinta, quod creaturas sursum rapiat, et ad pulchrum bonumque convertat. Sexta, quod divinus amor sit exstaticus, quia amantem extra se trahit in amatum. Septima, quod amor divinus sit vis unitiva. Octava, quod motus amoris sit orbicularis. Vide hæc ipsa fusius apud Lessium lib. ix citato, cap. 2 et 5.

§ XVIII et sequentibus usque ad finem fise disputat, quid et unde malum sit : pro cuius intelligentia notandum hic ex Lessio *De perfectionibus divinis* lib. xii, cap. 16, sanctos Patres malitiam peccati interdum explicare per privationem boni, non quod debeat inesse ipsi actui peccati, sed quod debeat inesse homini operanti, quodque per ipsum peccatum destruitur ; unde declarant malitiam peccati ab effectu, quem causat in anima, spoliando eam bonis quæ possidebat, vel habere debebat, nempe bonis habitibus et functionibus, quibus Deo conjungebatur ; hic enim effectus est nobis notior quam intrinseca peccati malitia. Quod enim peccatum privet hominem gratia divina ; charitate, et conjunctione cum Deo, aliisque virtutibus et vita æterna, et reddat ineptum ad bonas operationes, facile intelligitur et inde optime æstimatur, quantum malitiæ sit in peccato. Et hoc modo intelligendus est hic Dionysius cum ait : *Malum in demonibus et hominibus esse privationem divinatorum donorum, defectum habituum et operationum, prolapsionem a naturalibus bonis*, id est a bonis naturæ consentaneis ; quamvis ipse non tam loquatur de malitia actus transeuntis, quam de malo, quod post actum remanet in subjecto, quod manifeste in privationibus situm est. Eodem modo Vasq. exponit multos alios Patres, sed multi ex illis exponi possunt de privatione, quæ consistit in **382** recessu a virtute, vel lege divina, vel ab ipso Deo et statu gratiæ. Vide plura de natura mali apud Lessium, capite citato per totum.

§ XIX. *Malum non esse ex bono*, etc. Nota sanctum Dionysium intelligere quod malum non sit ex bono sicut ex causa per se ; nam § 52 dicit, malum esse ex bono per accidens. Quod autem malum causam per se habere nequeat, ex S. Dionysio divus Thomas in *Questionibus disputatis*, quæstione de malo, art. 3, triplici ratione ostendit. Primo quidem, quia illud quod per se causam habet, est intentum a sua causa (quod enim provenit præter intentionem agentis, non est effectus per se, sed per accidens), malum autem, in quantum hujusmodi, non potest esse intentum, nec aliquo modo volitum vel desideratum, quia omne appetibile habet rationem boni, cui opponitur malum, in quantum hujusmodi. Unde videmus quod nullus faciat aliquid malum, nisi intendens aliquid bonum, ut sibi videtur ; unde relinquitur, quod malum non habeat causam per se. Secundo idem apparet, quia omnis effectus per se habet aliquam similitudinem suæ causæ, vel secundum eandem rationem, sicut in agentibus univocis ; vel secundum deficientem rationem, sicut in agentibus æquivocis, omnis enim causa agens agit secundum quod actu est quod pertinet ad rationem boni. Unde malum, quatenus tale, non assimilatur causæ agenti secundum id quod est agens ; relinquitur ergo, quod malum non habeat causam per se. Tertio idem apparet ex hoc quod omnis causa per se habeat certum et determinatum ordinem ad suum effectum : quod autem sit secundum ordinem non est malum, nam malum accidit prætermittendo ordinem, unde malum qua tale non habet causam per se ; oportet tamen ut malum aliquo modo causam habeat. Manifestum est enim, quod cum malum non sit aliquid per se existens, sed sit aliquid inhærens ut privatio (quæ quidem est defectus ejus quod est natum inesse, et non inest), quod esse malum non naturaliter insit ei cui inest. Si enim aliquis defectus sit alicui rei naturalis, non potest dici malum ejus ; sicut non est malum homini non habere alas, nec lapidi non habere visum, quia est secundum naturam. Omne autem eus, quod non naturaliter inest alicui, debet habere aliquam causam (non enim aqua, v. g. esset calida, nisi ab aliqua causa) ; unde relinquitur, quod omne malum habeat aliquam causam, sed per accidens, cum per se causam habere non possit ; omne autem quod est per accidens reducitur ad id quod est per se. Cum autem malum non habeat causam per se, ut ostensum est, restat, ut solum bonum habeat causam per se. Nec potest per se causa boni esse nisi bonum, cum causa per se causet sibi simile ; relinquitur ergo, quod cujuslibet mali bonum sit causa per accidens. Contingit quidem etiam malum, quod est defectivum bonum, esse causam mali ; attamen eo deveniendum est, quod prima causa mali non sit malum, sed bonum. Est ergo duplex modus quo malum causatur ex bono, scilicet uno modo bonum est causa mali, in quantum est deficient ; alio modo, in quantum est per accidens agens. Patet in monstruositate partus, cujus causa est virtus deficient in semine, hujus autem defectus causa ulterior est aliquid principium alterans, quod inducit qualitatem contrariam qualitati requisitæ ad bonam seminis dispositionem : cujus alterantis virtus quanto fuerit perfectior, tanto hanc qualitatem contrariam magis inducit, et per consequens defectum seminis consequentem. Et sic malum seminis non causatur ex bono in quantum est deficient, sed causatur ex bono, in quantum est perfectum, sed per accidens. Sic etiam causa corruptionis aquæ est virtus activa ignis ; quæ quidem per se non intendit destructionem aquæ, sed introductionem formæ ignis in materiam cui conjungitur, et sic per accidens facit ignis aquam desinere. Vide hæc fusius apud D. Thomam loco supra citato, ubi disputat de malo in communi.

§ XXIII. *Sed neque demones natura sua mali sunt*. Quia, secundum D. Thomam, arte 1, quæst. 63, art. 4, cujus natura ordinatur in aliquid bonum secundum communem boni rationem, hoc se-

cundam suam naturam non potest tendere in aliquod malum. Manifestum est autem, quod quælibet natura intellectualis habeat ordinem in bonum universale, quod potest apprehendere, et est objectum voluntatis; unde cum dæmones sint substantiæ intellectuales, nullo modo possunt habere inclinationem naturalem in aliquod quocunque malum, et ideo non possunt esse naturaliter mali. Vide hæc ipsa fusius a D. Thoma disputata in *Questionibus disputatis*, quæstione decima sexta de dæmonibus artic. 2.

383 PARAPHRASIS PACHYMERÆ (39).

§ I. Ad illud *ergo* perfecta distinctio est apponenda; siquidem illud *age*, juxta usum antiquum, remotio quædam est eorum quæ dicta sunt, et exordium dicendorum, ac si dicat: Quæ prædicta sunt ita se habeant; modo autem orationem convertamus ad ipsum nomen boni, quod theologi per excellentiam attribuunt divinitati, tanquam a qua cuncta procedunt, quoniam omnia ex ipsa producta sunt propter bonitatem, ipsam Dei superexistentiam appellantes bonitatem, et per se bonitatem. Non enim Deus ascititium habet bonum aut per accidens, quasi essentia ejus sit quid aliud, et accidentariam habeat bonitatem; sed ipse, cum existat ipsius boni substantia naturaliter, ad omnes extendit bonitatis suæ fulgorem, hoc ipso quo bonus est. Quemadmodum enim sol non est a lumine distinctus, neque aliunde lumen mutuando illuminat (siquidem ipse lux est, et hoc ipso quo lux est, naturaliter illuminat omnia quæcunque lumen ejus valent excipere, neque ratiocinans, neque præligens; nam si non illuminaret, neque etiam sol esset; ecquid aliud concipi possit illuminare, nisi lux sit? hoc enim vult hic sanctus, et non simpliciter solem esse irrationalem et exsortem libertatis, hoc enim manifestum est, et nihil ad propositum); sic etiam illud supra solem bonum Deus, qui primævum est exemplar respectu istiusmodi obscuræ et absimilis imaginis, ipsa sua substantia qua bonus est, rebus ipsis pro cujusque captu bonitatis suæ radios affundit. Hæc omnes intelligibiles ac intelligentes substantiæ consistent. Aliud autem est intelligibile et aliud intelligens, nam id quod intelligibile est, est velut alimentum ejus quod intelligit; quoniam id quod intelligitur, seu intelligibile, nobilius est, et antea intelligitur, quam id quod intelligit, id est intelligens. Superiores igitur et Deo vicini ordines proprie dicendi sunt intellectuales; inferiores vero intelligentes, ut qui intelligant superiores; non ideo tamen quod intellectuales dicantur, qui intelliguntur, censendum est ipsos non intelligere; ipsi enim intelligunt, quoniam mentes sunt et substantiæ. Ideo intelliguntur quidem, ut materiæ expertes; intelligunt vero res, ut incorporei et supermundiales, rationibus rerum superne illustrati, ipsasque mystice **384** ad inferiores angelos trajicientes. Hos autem vocat virtutes et operationes, non quod non subsistant, sed subsistentes sint ac viventes, et potentes, et efficaces motuum propriorum; a Davide enim di-

Dicimus igitur, Deum esse potentiam, ut qui præhabet in se et supra quam habet omnem potentiam; **474** et ut omnis potentiae auctor, et ut omnia inflexibili et incircumscrip̄ta potentia produciens, et ut auctor ipsius esse potentiae, tam universalis quam cujusque particularis; et ut infiniti-potens, non solum omnem potentiam producendo, sed etiam supra omnem potentiam, et supra ipsam per se potentiam existendo; et quod desuper possit innumerabiliter infinitas alias potentias producere; et

^a II Petr. II. ^b Psal. xxiii.

VARIE LECTIONES.

^α παραδέδοικε, S. P. ^β ἐκλάβοιμεν, S. P. ^γ λέγομεν τοίνυν, S. P.

quod infinitæ infinito numero productæ potentia nunquam queant supraquam infinitam potentia ejus potentia effectioem hebetare; quodque ineffabilis et incognoscibilis et inexcogitabilis sit omnia transcendens ejus potentia, quæ exuberantia potestatis potentem reddit infirmitatem, cujus extremos quoque terminos continet penetratque, sicut in iis quæ sensum valde feriunt videmus, præ lucida lumina hebetes quoque videndi facultates perstringere; et ingentes aiunt strepitus audiendi quoque sensus, suo capiendo parum idoneos, penetrare. Quod enim penitus non audit, jam non est auditus; neque visus, quod non cernit omnino.

A ἄπειρον παραγομένης δυνάμεις τὴν ὑπεράπειρον αὐτοῦ τῆς δυναμοποιῶ δυνάμειος ἀμβλῦναι ποιήσιν· καὶ τῷ ἀφθέγκτῳ καὶ ἀγνώστῳ καὶ ἀνεπινοήτῳ τῆς πάντα ὑπερεχούσης αὐτοῦ δυνάμειος, ἢ διὰ παρουσίαν τοῦ δυνατοῦ καὶ τὴν ἀσθένειαν δυναμοῖ, καὶ τὰ ἔσχατα τῶν ἀπηχημάτων ³⁷ αὐτῆς συνέχει καὶ διακρατεῖ, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν κατ' αἴσθησιν δυνατῶν ὀρώμεν, ὅτι τὰ ὑπέρλαμπρα φῶτα καὶ μέχρι τῶν ἀμβλειῶν ὀράσεων φθάνει· καὶ τοὺς μεγάλους φασὶ τῶν ψόφων καὶ εἰς τὰς μὴ λίαν εὐκόλως τῶν ἤχων ἀντιλαμβανόμενας ἀκοῆς εἰσδύεσθαι. Τὸ γὰρ πάντα ἀνήκουον οὐδὲ ἀκοῆ· καὶ τὸ καθόλου μὴ βλέπον οὐδὲ ὄρασις ³⁸.

§ III.

Hæc igitur potentia Dei infiniti-potens in omnia B quæ sunt meat et progreditur, nihilque eorum quæ sunt sic omnino nudatum est, quin aliquam potestatem habeat: quin potius potestatem habet vel intelligentem vel ratiocinantem, vel sentientem vel viventem, vel propriam substantiæ; et ipsum esse, si fas est dicere, potentiam, habet ut sit ab ipsa supraessentiali potentia.

B Αὕτη δ' οὖν ἡ ἀπειροδύναμος τοῦ θεοῦ διάδοσις εἰς πάντα τὰ ὄντα χωρεῖ, καὶ οὐδὲν ἐστὶ τῶν ὄντων ἢ παντελῶς ἀφῆρηται· τὸ ἔχειν τινὰ δύναμιν· ἀλλ' ἢ νοερὰν, ἢ λογικὴν, ἢ αἰσθητικὴν, ἢ ζωτικὴν, ἢ οὐσιώδη δύναμιν ἔχει· καὶ αὐτὸ δὲ, εἰ θέμις εἰπεῖν, τὸ εἶναι δύναμιν, εἰς τὸ εἶναι ἔχει παρὰ τῆς ὑπερουσίου δυνάμειος.

§ IV.

Ex ipsa sunt deiformes angelicorum ordinum potentia; ex ipsa quoque habent statum immutabilem, nec non omnes suas spirituales et immortales ac perpetuas motiones, ipsamque constan- C tiam bonique appetitum, qui minui non possit, ab immensæ bonitatis potentia receperunt, cujus munere habent, ut et possint et sint hæc ipsa, semperque esse desiderant, et id ipsum posse desiderare æmper possint.

C Ἐξ αὐτῆς εἰσὶν αἱ θεοειδεῖς τῶν ἀγγελικῶν διακόσμων δυνάμεις· ἐξ αὐτῆς καὶ τὸ εἶναι ἀμεταπτώτως ἔχουσι, καὶ πάσας αὐτῶν τὰς νοερὰς καὶ ἀθανάτους ἀεικινήσας, καὶ τὸ ἀβρέπεῖς αὐτὸ, καὶ τὴν ἀνελάττωτον ἔφεσιν τοῦ ἀγαθοῦ, πρὸς τῆς ἀπειραγάθου ³⁹ δυνάμειος εἰλήφασιν, αὐτῆς ἐφείσεως αὐτοῖς τὸ δύνασθαι καὶ τὸ εἶναι ταῦτα, καὶ ἐφείσθαι ἀεὶ εἶναι, καὶ αὐτὸ τὸ δύνασθαι· ἐφείσθαι τοῦ ἀεὶ δύνασθαι.

§ V.

Porro indeficientis istius potentia munera in homines quoque dimanant, et in animalia et plantas, totamque naturam universi; corroborat enim illa, quæ unita sunt, ad mutuam amicitiam ac communionem, et quæ distincta sunt, ut secundum suam quæque rationem ac definitionem impermixta quoque et inconfusa consistant; nec non universi hujus ordines ac directiones in bono proprio conservat, atque immortales angelicarum unitatum vitas inviolabiles, et cælestium luminum **475** siderumque substantias atque ordines servat immutabiles, sæculaque ut esse possint indulget; temporum quoque circumvolutiones progressibus quidem distinguit, reditibus vero colligit; et ignis vires inextinctas facit, nec non aquæ fluentia perennia; aeriam quoque fusionem terminat, atque terram supra nihilum firmat, ejusque vivificos partus incorruptibiles custodit; quin et elementorum

D Πρόσεισι δὲ τὰ τῆς ἀνεκλείπτου δυνάμειος καὶ εἰς ἀνθρώπους, καὶ ζῶα, καὶ φυτὰ, καὶ τὴν ὅλην τοῦ παντός φύσιν· καὶ δυναμοῖ τὰ ἡνωμένα πρὸς τὴν ἀλλήλων φιλίαν καὶ κοινωνίαν, καὶ τὰ διακεκριμένα πρὸς τὸ εἶναι κατὰ τὸν οἰκεῖον ἕκαστα λόγον καὶ ὄρον ἀσύγχυτα καὶ ἀσύμφυρτα· καὶ τὰς τοῦ παντός τάξεις καὶ εὐθυμοσύνας ⁴⁰ εἰς τὸ οἰκεῖον ἀγαθὸν διασώζει, καὶ τὰς ἀθανάτους τῶν ἀγγελικῶν ἐνάδων ζωῶν ἀλωθήτους διαφυλάττει, καὶ τὰς οὐρανίας, καὶ φωστηρικὰς, καὶ ἀστρώτους οὐσίας, καὶ τάξεις ἀναλλοιώτους, καὶ τὸν αἰῶνα δύνασθαι εἶναι ποιεῖ· καὶ τὰς τοῦ χρόνου περιελίξεις διακρίνει μὲν ταῖς προόδους, συναγεί δὲ ταῖς ἀποκαταστάσεις· καὶ τὰς τοῦ πυρὸς δυνάμεις ἀσθέστους ποιεῖ, καὶ τὰς τοῦ ὕδατος ἐπιβροχὰς ἀνεκλείπτους, καὶ τὴν ἀερίαν χύσιν ὀρίζει, καὶ τὴν γῆν ἐπ' οὐδενὸς ἰδρύει, καὶ τὰς ζωογόνους αὐτῆς ὠδῆνας ἀδιαφθόρους φυλάττει ⁴¹· καὶ τὴν ἐν ἀλλήλοις τῶν στοιχείων ἀρμονίαν καὶ κρᾶσιν ἀσύγχυτον καὶ

VARIE LECTIONES.

³⁷ ἀπηχήματα, P. ³⁸ οὕτως ὄρασις, P. ³⁹ ἀπειροδύναμος. ⁴⁰ εὐθυμοσύνας, P. ⁴¹ διαφυλάττει, S. P.

ἀδιαίρετον ἀποσώζει, καὶ τὴν ψυχῆς καὶ σώματος Ἀ
 σύνδεσιν συνέχει, καὶ τὰς τῶν φυτῶν θεραπευτικὰς καὶ
 αὐξητικὰς δυνάμεις ἀνακινεῖ· καὶ διακρατεῖ τὰς οὐ-
 σιώδεις τῶν ὄλων δυνάμεις, καὶ τὴν τοῦ παντὸς ἀδιά-
 λυτον μονήν ⁴² ἀσφαλίζεται, καὶ τὴν θέωσιν αὐτὴν
 διωρεῖται, δύνανται εἰς τοῦτο τοῖς ἐκθεομένοις ⁴³ παρ-
 ἔγουσα· καὶ ὅλως οὐδὲν ἐστὶ καθόλου τῶν ὄντων,
 τὴν παγκρατορικὴν ⁴⁴ ἀσφάλειαν καὶ περιοχὴν τῆς
 θείας δυνάμεως ἀφηρημένον. Τὸ γὰρ καθόλου μηδε-
 μίαν δύνανται ἔχον οὔτε ἐστίν, οὔτε τί ἐστίν, οὔτε ἐστὶ
 τις αὐτοῦ παντελῶς θέσις.

§ VI.

Καίτοι φησὶν Ἐλύμας ὁ μάγος· Εἰ παντοδύναμός Β
 ἐστὶν ὁ Θεὸς, πῶς λέγεται τι μὴ δύνασθαι πρὸς τοῦ
 καθ' ὑμᾶς θεολόγου; Λοιδωρεῖται δὲ τῷ θεῷ Παῦλῳ
 φησάντι, μὴ δύνασθαι τὸν Θεὸν ἑαυτὸν ἀρνήσασθαι.
 Προθεῖς ⁴⁵ δὲ τοῦτο, λίαν ὀρθῶδῶ μὴ καὶ ἀνοίας ὀφ-
 λήσω γέλωτα, παίδων ἀθυρόντων οἰκοδομήματα καὶ
 ἐπὶ ψάμμου καὶ ἀσθενῆ καταλύειν ⁴⁶ ἐπιχειρῶν, καὶ
 ὡσπερ τινὸς ἀνεφίκτου σκοποῦ καταστοχάζεσθαι
 σπεύδων τῆς περὶ τοῦτου θεολογικῆς διανοίας· ἡ γὰρ
 ἑαυτοῦ ἀρνησις ἐκπτώσις ἀληθείας ἐστίν· ἡ δὲ ἀλή-
 θεια ὄν ἐστὶ, καὶ ἡ τῆς ἀληθείας ἐκπτώσις τοῦ ὄντος
 ἐκπτώσις. Εἰ τοίνυν ἡ ἀλήθεια ὄν ἐστίν, ἡ δὲ ἀρνησις
 τῆς ἀληθείας τοῦ ὄντος ἐκπτώσις, ἐκ τοῦ ὄντος ἐκ-
 πεσεῖν ὁ Θεὸς οὐ δύναται, καὶ τὸ μὴ εἶναι οὐκ ἐστίν,
 ὡς ἂν τις φαίη, τὸ μὴ δύνασθαι οὐ δύναται, καὶ τὸ
 μὴ εἶδέναι κατὰ στέρησιν οὐκ εἶδεν. Ὅπερ ὁ σοφὸς C
 οὐκ ἐνόησας, μιμεῖται τοὺς τῶν ἀθλητῶν ἀπειρονί-
 κας, οἱ, πολλάκις ἀσθενεῖς εἶναι τοὺς ἀνταγωνιστὰς
 ὑποθέμενοι, κατὰ τὸ δοκοῦν ἑαυτοῖς, καὶ πρὸς ἀπόν-
 τας ⁴⁷⁻⁴⁸ αὐτοὺς ἀνδρείως σκιαμαχοῦντες, καὶ τὸν ἀέρα
 διακένους πληγαῖς εὐθαρσῶς καταπαίοντες, οἴονται
 τῶν ἀντιπάλων αὐτῶν κερρατηκεῖναι, καὶ ἀνακηρύτ-
 τουσιν ἑαυτοὺς, οὔτε εἰδότες τὴν ἐκείνων δύνανται.
 Ἡμεῖς δὲ τοῦ θεολόγου κατὰ τὸ ἐφικτὸν στοχαζόμενοι,
 τὸν ὑπερδύναμον ⁴⁹ Θεὸν ὑμνοῦμεν, ὡς παντοδύνα-
 μον, ὡς μακάριον καὶ μόνον δυνάστην, ὡς δεσπόζοντα
 ἐν τῇ δυναστείᾳ αὐτοῦ τοῦ αἰῶνος, ὡς κατ' οὐδὲν τῶν
 ὄντων ἐκπεπτωκότα· μᾶλλον δὲ καὶ ὑπερέχοντα, καὶ
 προέχοντα πάντα τὰ ὄντα κατὰ δύνανται ὑπερούσιον,
 καὶ πᾶσι τοῖς οὔσι τὸ δύνασθαι εἶναι, καὶ τότε εἶναι D
 κατὰ περιουσίαν ὑπερβαλλούσης δυνάμεως ἀφθόνῳ
 χύσει ⁵⁰ δεδωρημένον.

§ VII.

Δικαιοσύνη δὲ αὐθις ὁ Θεὸς, ὡς πᾶσι τὰ κατ' ἀξίαν
 ἀπονέμων ὑμνεῖται, καὶ εὐμετρίαν, καὶ κάλλος, καὶ
 εὐταξίαν, καὶ διακόσμησιν, καὶ πάσας διανομὰς καὶ

inter se congruentiam atque temperiem inconfusam
 et indivisam servat, atque animæ et corporis nexum
 continet, stirpiumque altrices auctricesque vires
 suscitât; nec non essentielles rerum omnium facul-
 tates et indissolubilem totius universi tuetur man-
 sionem, quin et ipsam quoque deificationem præ-
 stat, et virtutes ad eam requisitas iis qui deificandi
 sunt præbet; denique nihil est in universon, quod
 omnipotentis tutela et conversatione divinæ poten-
 tiæ privatum sit. Quod enim universe nullam habet
 potestatem, nec est, nec quidquam est, nec est
 funditus ullus ejus situs.

Atqui, inquit Elymas magus: Si omnipotens
 est Deus, quomodo a theologo vestro aliquid non
 posse dicitur? Insinuat autem divinum Paulum,
 dicentem, non posse Deum semetipsum negare c.
 Hoc autem dum propono, vehementer metuo, ne ut
 amens videar, qui ludentium puerorum structurâs
 arenaceas et infirmas evertere moliar, atque ad
 hujus loci scopum, tanquam qui attingi nequeat,
 quasi collimando connitar sensum ejus theologicum
 attingere siquidem sui ipsius negatio, est a veritate
 prolapsio; veritas autem est id quod est; et a ver-
 itate defectio, est ab essendi statu dimotio. Si ita-
 que veritas est id quod est, negatio autem veritatis,
 est ab essendi statu prolapsio, utique essendi statu
 frustrari Deus nequit, neque potest non esse; ac si
 quis dicat, non potest non posse, et nescire nescit
 per privationem. Hoc sapiens ille non intelligens,
 athletas imperitos imitatur, qui sæpenumero imbe-
 cilles sibi adversarios proponunt, et dum videntur
 sibi cum absentibus illis fortiter in umbra dimicare,
 aeremque cassis ictibus constantè feriunt, existi-
 mant se ipsos adversarios suos superasse, seseque
 jam victores jactitant, cum robur eorum nondum
 habeant exploratum. Nos autem ad theologum, in
 quantum fieri potest, collimando collaudamus Deum
 præpotentem ut omnipotentem, ut beatum, solum-
 que potentem, utpote qui potestatis **476** suæ
 principatu ipsimet æternitati dominetur, nullaque
 unquam re frustratus; quinimo, ut qui desuper
 habeat et præhabeat omnia quæ secundum poten-
 tiam suam supræessentialem existunt, omnibusque
 rebus, tam ut esse possint quam ut sint, secundum
 affluentiam superabundantis potestatis copiosa fu-
 sione largiatur.

c II Tim. II, 13.

VARIE LECTIONES.

⁴² ἐξδιάλυτον μονήν, P. ⁴³ τοῖς θεουμένοις, S. ⁴⁴ παντοκρατορικὴν. ⁴⁵ προσθεῖς. ⁴⁶ κατάλυσι, S.
⁴⁷⁻⁴⁸ ἀπαντας. ⁴⁹ ὑπὲρ δύνανται, S. ⁵⁰ χύσει.

nis et dispositionem; et omnibus dispertiat, et singulis ordines præstituat, secundum veram et justissimam præscriptionem: et omnibus suæ cuiusque actionis auctor sit. Omnia enim divina iustitia ordinat, et determinat, omniaque ab omnium mistione et confusione libera servans, cuique convenientia rebus omnibus tribuit, prout cuiusque congruit dignitati. Etenim si hæc recte dicimus, ii qui divinam iustitiam cavillantur, dum minime advertunt, suam ipsi iniustitiam manifesto damnant; aiunt enim, mortalibus debere inesse immortalitatem, et rebus imperfectis perfectionem, iisque quæ seipsis moventur aliunde motam necessitatem, ac mutabilibus identitatem, et imbecillibus perficiendi potestatem, item ea quæ temporanea sunt esse perpetua, et immutabilia quæ a natura moventur, et temporaneas voluptates æternum perdurare, atque universe illa quæ aliorum aliis attribuunt. Sed sciendum est, divinam iustitiam hoc ipso revera veram esse iustitiam, quod omnibus quæ sua sunt tribuat pro merito singulorum, atque naturam cuiusque in ordine proprio potentiaque custodiat.

Α τάξεις ἀφορίζων ἐκάστῳ κατὰ τὸν ὄντως ὄντα δικαιοτάτον ὄρον, καὶ πᾶσι τῆς αὐτῶν ἐκάστων αὐτοπραγίας αἴτιος ὢν. Πάντα γὰρ ἡ θεία δικαιοσύνη τάττει, καὶ ὁροθετεῖ, καὶ πάντα ἀπὸ πάντων ἀμιγῆ καὶ ἀσύμφορτα διασώζουσα, τὰ ἐκάστῳ προσήκοντα πᾶσι τοῖς οὔσι δωρεῖται κατὰ τὴν ἐκάστῳ τῶν ὄντων ἐπιβάλλουσαν ἀξίαν. Καὶ εἰ ταῦτα ὀρθῶς φαμεν, ἥσοι τῇ θεῷ διαλοιδροῦνται δικαιοσύνη, λαμβάνουσιν ἑαυτῶν ἀδικίαν ἐναργῆ καταψηφίζόμενοι· φασὶ γὰρ ὀφείλειν ἐνεῖναι ⁵¹ τοῖς θνητοῖς τὴν ἀθανασίαν, καὶ τοῖς ἀτελέσι τὸ τέλειον, καὶ τοῖς αὐτοκινήτοις τὴν ἑτεροκίνητον ⁵² ἀνάγκην, καὶ τοῖς ἀλλοιωτοῖς τὴν αὐτότητα, καὶ τὰ τελειοδύναμα τοῖς ἀσθενέσι, καὶ ἀίδια εἶναι τὰ ἐγγχρονα, καὶ ἀμετάβολα τὰ φύσει ⁵³ κινούμενα, καὶ τὰς ἐπικαίρους ἡδονὰς αἰωνίας ⁵⁴, καὶ ὅλως τὰ ἄλλων ἄλλοις ἀποδιδόσασιν. Δέον εἰδέναί, τὴν θεῖαν δικαιοσύνην ἐν τούτῳ ὄντως οὔσαν ἀληθῆ δικαιοσύνην, ὅτι πᾶσιν ἀπονέμει τὰ οἰκεία κατὰ τὴν ἐκάστου τῶν ὄντων ἀξίαν, καὶ τὴν ἐκάστου φύσιν ἐπὶ τῆς οἰκείας διασώζει τάξεως καὶ δυνάμειος.

§ VIII.

At dixerit aliquis: Non est iustitiæ, permittere viros sanctos auxilio destitutos a pessimis quibusque conculcari. Cui respondendum, quod si quidem illi, quos appellas sanctos, terrena diligunt quæ ab amatoribus rerum materialium ambiuntur, vel hoc ipso iam a divino amore penitus exciderunt. Neque sane intelligo, quam ratione sancti dici possint, qui res vere amandas et divinas contumeliis afficiunt, dum eas rebus fugiendis et abominandis, quas nefarie insectantur, minime præferunt. Sin autem ea quæ vere sunt amarent, gauderent utique, quod voti compotes fieri possint. Nunquid tunc magis ad angelicas virtutes accedunt, cum rerum divinarum studio, quantum possunt, a materialium **477** affectione recedunt, et ad hoc viriliter exercentur periculis quæ honesti causa subeunt? Itaque hoc vere dici potest, divinæ iustitiæ magis congruere, ut nunquam patiatur proborum virorum virile robur rerum materialium largitionibus enervari atque emolliiri; quin potius, si quis id tentaverit, divinis auxiliis suffultus in præclaro illo et inconcusso statu solidare, nec non perseverantes

Ἄλλ' εἴποι ἂν τις· Οὐκ ἔστι δικαιοσύνης, ἄνδρας ὁσίους ἐξανάθητους, ὑπὸ τῶν φαύλων ἐκτροχόμενους. Πρὸς ὃν ῥητέον, ὡς εἰ μὲν ἀγαπῶσιν οὐκ φησὶ ὁσίους. τὰ ἐπὶ γῆς ὑπὸ τῶν προσύλων ζηλούμενα, τοῦ θεοῦ πάντως ἐκπεπτώκασιν ἔρωτος. Καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως οἱσοὶ κληθεῖεν ἂν, ἀδικούντες τὰ ὄντως ἐραστά καὶ θεῖα, τοῖς ἀζηλώτοις καὶ ἀνεράστοις ὑπ' αὐτῶν οὐκ εὐαγῶς παρευδοκίμουμένα. Εἰ δὲ τῶν ὄντως ὄντων ἐρώσι, εὐφραίνεσθαι χρὴ τοῖς τινῶν ἐφιεμένους, ἡνίκα τῶν ἐφετῶν τυγχάνωσιν. Ἡ οὐχὶ τότε μᾶλλον πλησιάζουσι ταῖς ἀγγελικαῖς ἀρεταῖς, ὅταν, ὡς δυνατόν, ἐφέσει τῶν θείων ἀναχωρῶσι τῆς τῶν ὑλικῶν προσπαθείας, ἐγγυμναζόμενοι πρὸς τοῦτο λίαν ἀνδρικῶς, ἐν ταῖς ὑπὲρ τοῦ καλοῦ περιστάσεσιν; Ὡστε ἀληθῆς εἰπεῖν, ὅτι τοῦτο μᾶλλον ἔστι τῆς θείας δικαιοσύνης ἰδίον, τὸ μὴ θέλγειν καὶ ἀπολλύειν τῶν ἀρίστων τὴν ἀβρόνότητά ταῖς τῶν ὑλικῶν διαδόσεσι ⁵⁵, μὴ δὲ, εἴτις ἐπιχειροῖ τούτο ποιεῖν, ἐξ ἀνοηθίτους, ἀλλ' ἐνεδρῶσιν αὐτοῖς ἐν τῇ καλῇ καὶ ἀμειλίχῳ στάσει, καὶ ἀπονέμειν αὐτοῖς τοιοῦτοις οὔσι τὰ κατ' ἀξίαν.

et inconcusso statu solidare, nec non perseverantes

§ IX.

Hæc etiam divina iustitia tanquam omnium salus celebratur, quod propriam cuiusque rei puram ab aliis essentiali ordinemque conservet ac tueatur, nec non vera causa sit, ut actionem quæque suam universa prosequantur. Si quis vero salutem laudet, quatenus a rebus deterioribus cuncta

Αὕτη γοῦν ἡ θεία δικαιοσύνη καὶ σωτηρία τῶν ὅλων ὑμνεῖται, τὴν ἰδίαν ἐκάστου καὶ καθαρὰν ἀπὸ τῶν ἄλλων ⁵⁶ οὐσίαν καὶ τάξιν ἀποσώζουσα καὶ φυλάττουσα, καὶ αἰτία καθαρῶς οὔσα τῆς ἐν τοῖς ὅλοις ἰδιοπραγίας. Εἰ δὲ τις τὴν σωτηρίαν ὑμνοῖ, καὶ ὡς ἐκ τῶν χειρόνων τὰ ὅλα σωστικῶς ἀναρπάζουσαν

VARIÆ LECTIONES

⁵¹ φησὶ γὰρ ὀφείλειν εἶναι, S. P. ⁵² καὶ ἑτεροκινήτοις τὴν αὐτοκίνητον, D. ⁵³ εἶναι τὰ φύσει, S. P. ⁵⁴ αἰωνίους, D. ⁵⁵ ταῖς τῶν ὑλικῶν δόσεσι, S. D. ⁵⁶ ὅλων.

πάντως που καὶ τοῦτον ἡμεῖς τὸν ὑμνωδὸν τῆς παντοδαπῆς σωτηρίας ἀποδεξόμεθα, καὶ ταύτην δὲ καὶ πρῶτην σωτηρίαν τῶν ὅλων ἀξιόσωμεν αὐτὸν ὀρίζεσθαι, τὴν πάντα ἐφ' ἑαυτῶν ἀμετάβλητα καὶ ἀσασίαστα καὶ ἀββεπῆ πρὸς τὰ χεῖρω διασιώζουσαν, καὶ πάντα φρουρούσαν, ἄμαχα καὶ ἀπολέμητα τοῖς ἑαυτῶν ἕκαστα λόγοις διακοσμούμενα, καὶ πᾶσαν ἀνισότηα καὶ ἀλλοτριπραγίαν ἐκ τῶν ὅλων ἐξορίζουσαν, καὶ τὰς ἀναλογίας ἕκαστου συνιστάνουσαν ἀμεταπτώτους εἰς τὰ ἐναντία, καὶ ἀμεταχωρήτους. Ἐπεὶ καὶ ταύτην τὴν σωτηρίαν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ⁵⁷ τις ὑμνήσοι τῆς ἱερᾶς θεολογίας, ὡς πάντα τὰ ὄντα τῆ σωστικῆ τῶν ἀπάντων ἀγαθότητι, τῆς τῶν οικειῶν ἀγαθῶν ἀποπτωσεως ἀπολυτρουμένην, καθ' ὅσον ἡ ἕκαστου τῶν σωζομένων ἐπιδέχεται φύσις· διὸ καὶ ἀπολύτρωσιν αὐτὴν ὀνομάζουσιν οἱ θεολόγοι, καὶ καθ' ὅσον οὐκ ἔξ τὰ ὄντως ὄντα πρὸς τὸ μὴ εἶναι διαπεσεῖν, καὶ καθ' ὅσον εἰ καὶ τι πρὸς τὸ πλημμελὲς καὶ ἄτακτον ἀποσφαλεῖν, καὶ μείωσιν τινα πάθοι τῆς τῶν οικειῶν ἀγαθῶν τελειότητος, καὶ τοῦτα τοῦ πάθους, καὶ τῆς ἀδρανείας, καὶ τῆς στερήσεως ἀπολυτροῦται, πληροῦσα τὸ ἐνδεές, καὶ πατρικῶς τὴν ἀτολίαν ὑπερείδουσα⁵⁸, καὶ ἀνιστῶσα τοῦ κακοῦ· μᾶλλον δὲ ἰστώσα ἐν τῷ καλῷ, καὶ τὸ ὑπεκρῆν ἀγαθὸν ἀναπληροῦσα, καὶ τάττουσα, καὶ κοσμοῦσα τὴν ἀταξίαν αὐτοῦ, καὶ ἀκοσμίαν, καὶ ὀλόκληρον ἀποτελοῦσα, καὶ πάντων ἀπολύουσα τῶν λελωθημένων. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων καὶ περὶ δικαιοσύνης εἴρηται, καθ' ἣν ἡ πάντων ἰσότης μετρεῖται καὶ ὀρίζεται, καὶ πᾶσα ἀνισότης, ἡ κατὰ στερήσιν τῆς ἐν αὐτοῖς ἕκαστοις ἰσότητος, ἐξορίζεται⁵⁹. τὴν γὰρ ἀνισότηα εἴ τις ἐκλάβοι, τὰς ἐν τῷ ὅλῳ τῶν ὅλων πρὸς ὅλα διαφοράς, καὶ ταύτης ἡ δικαιοσύνη φρουρητικὴ, μὴ συγχωροῦσα συμμιγῆ τὰ ὅλα ἐν ὅλοις γενόμενα διαταραχθῆναι, φυλάττουσα δὲ τὰ ὄντα πάντα κατ' εἶδος ἕκαστον, ἐν ᾧ ἕκαστον εἶναι⁶⁰ πέφυκε.

A salubriter defendit, hunc nos tanquam omnigenæ salutis laudatorem, admitemus petemusque, ut illam primam omnium salutem statuatur, quæ omnia sic immutata et inconcussa servat, ut in deterius nunquam vergant; et inexpugnata invictaque suis quæque rationibus distincta custodit, omnem inæqualitatem et alienam actionem ab universis eliminans, atque cujuslibet proportionem ita confirmans, ut in contrarium neque mutari possint neque transferri. Quin et hanc salutem nequaquam, præter sacre theologiæ propositum laudare quis possit, tanquam quæ res omnes, prout cujusque rei quæ servantur natura fert, a bonorum suorum amissione liberet: unde theologi quoque illam vocant redemptionem, in quantum non sinit ea quæ vere sunt in nihilum relabi; et si quid peccatum sit, ac præter ordinem erratum, ex quo bonorum suorum aliquod detrimentum passa sit, perfectiæ illico quoque jacturam illam et imbecillitatem privationemque resarcit, id quod deest supplens, ac paterne remissionem donans, et e malo erigens, imo potius in bono collocans, atque bonum quod efflaxerat adimplens, ordinansque et exornans id quod inordinatum erat et difforme, ita ut redintegret omnino et ab omni labe liberet. Hoc quidem de his dictum ac de justitia quæ omnium æqualitatem dimetitur et definit, omnemque inæqualitatem, quæ secundum privationem æqualitatis singulorum sumitur, exterminat: inæqualitatem enim si quis accipiat et interpretetur differentias, quibus res omnes inter se distinguantur, hujus etiam custos et conservatrix est justitia; cum omnia in omnibus 478 permista confundi minime patiatur, sed ea quæ sunt omnia custodiat secundum suam quæque speciem, in qua esse debent.

ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. *Multis enim in locis Scriptura, etc.* Notat Lessius lib. v *De perfectionibus divinis*, cap. I, plusquam Septuaginta locis vocari *omnipotentem*. Idem multis aliis locis disertè asseritur, ut Matth. ix: *Apud Deum omnia possible sunt*; Marc. x: *Omnia possible sunt apud Deum, etc.*; Luc. ii: *Non est impossibile apud Deum omne verbum*. Hinc in Symbolo, tanquam præcipuum fidei fundamentum, articulo primo dicitur: *Credo in Deum Patrem omnipotentem, etc.*, quia præcipua religionis nostræ dogmata eo nituntur, v. g. dogma de creatione mundi, de ejusdem conservatione et gubernatione, mysterium Incarnationis, Eucharistiæ, resurrectionis, visionis beatificæ, et similia.

Notandum item ex eodem Lessio, apud sanctum Dionysium esse duo nomina quibus explicatur divina potentia, nempe παντοδύναμος et παντοκράτωρ; quæ etsi aliquando pro eodem accipiuntur, et significant idem quod *omnipotens*, tamen apud Dionysium significant diversa, et diversis verbis explicanda, quod interpretes, qui ex Græco verterunt, non videntur advertisse. Παντοδύναμος proprie verti debet *omnipotens*, de quo agit Dionysius hoc capite; παντοκράτωρ vero *omnitenens*, ut patet ex Dionysii declaratione quam habet cap. X, ubi agit de hoc nomine. Est autem inter hæc nomina divina hæc distinctio, quod Deus dicatur *omnipotens*, Græve παντοδύναμος, quia ipse est auctor omnis potentia, et omnis potentia ac vigor qui est in rebus creatis, ab ipso est. Secundo, ipse omnia potest, et sua potentia omnia produxit, et alia sine fine, imo infinites infinite (uti hoc capite dicit Dionysius) potest producere. Unde vocat eum ἀπειροδύναμον, id est *infiniti-potentem*. Dicitur autem *omnitenens*, seu παντοκράτωρ, quia omnia producta continet et constringit, ne possint diffluere; et mundi partes continet in suo ordine et situ, ne possit earum ordo et connexio dissolvi. Itaque dicitur *omnipotens*, tanquam omnium creator; *omnitenens* vero, tanquam omnium conservator.

§ II. *Dicimus igitur Deum esse potentiam, ut qui præhabet, etc.* Ex his (inquit Cyparissiotus, decade 5,

VARIÆ LECTIONES.

⁵⁷ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ, D. ⁵⁸ ὑπερείδουσα, S. ⁵⁹ ὀρίζεται, S. ⁶⁰ τὸ εἶναι, S.

cap. VI) patet, quod potentia Dei potentia effectrix, quæ omnem exsuperat potentiam, quæ est unum et supraquam substantia, quæ omnem potentiam in se præhabet, et suprahabet hæc omnem potestatem, tam generalem quam particularem, et ipsam illam per se potentiam cogitatione abstractam, ex iis quæ non sunt, secundum suam inflexibilem et incircumscripam potentiam, producit, et facit existere; et ex ipsa emanatione quæ in universo cernitur, suppetit nobis facultas Deum ipsum potentiam nominandi.

§ III. *Hæc igitur potentia Dei infiniti-potens, in omnia quæ sunt, meat, etc.* Ex his (inquit ibidem Cyparissiotus) potest quis percipere proprietates ejus. Cernitur enim quemadmodum in quæcunque pervadit, et si fas est dicere, ipsum esse, et quod est universum esse, quod ut sit, potentiam habet ab ipsa potentia quæ supra substantiam est. Igitur et esse opus est potentia; sed non ipsum esse potentia est verum tanquam in subjecto est potentia. Præterea inest proprietas supraquam posse; siquidem potentia supraquam potens Dei, qui, est supraquam substantia, indidit nobis intellectum possibilem, ut qui eum produxit et creavit, sit supraquam potens ad producendum alias potentias, diversas ab iis quæ sunt, infinite infinitas, et quod infinitæ potentia in infinitum productæ, creationem supraquam infinitam potentia potentia ejus retundere nunquam possunt. Si igitur potentia ostensa non haberet potentiam has potentias recipiendi nunquam promitteret Dionysius, infinitas illas potentias, a potentia potentia productas, non posse actionem ejus obtusam reddere. Quare evenit ut potentia bono appropinquet; quia sicut nihil est expers bonitatis, ita neque potestatis.

§ IV. *Atqui inquit Elymas, etc.* Pulchre ostendit contra Elymam, Deum seipsum non posse negare, non posse mentiri et similia, non esse impotentia, sed infinite potentia argumentum. Uti quoque probat Theodoretus, dialogo tertio *contra Hæreses*: « Multa, inquit, talia reperiuntur impossibilia esse omnipotenti Deo; verum horum quidpiam non posse, infinite potentia signum est, non imbecillitatis indicium; posse vero, utique impotentia, non potentia. Quomodo hoc dico? quoniam 479 unumquodque eorum Dei firmitatem immutabilitatemque deprædicat. Bonum, enim malum fieri non posse, supereremiam denotat bonitatis; et justum nunquam posse fieri injustum, nec veracem mendacem, hoc in veritate atque justitia stabilitatem soliditatemque demonstrat. Similiter lux vera non potest tenebrescere, nec is qui est non esse; sufficiens enim habet esse, atque immutabilis lux existit. Sic et alia cuncta perustrans, illud non posse comperies summam potentiam significare. Ita quoque in Deo talia non posse divinus Apostolus et intellexit et posuit, nonnunquam quidem dicens: *Impossibile est mentiri Deum*^d; non infirmum illud impossibile, sed valde potens ostendens alibi vero scribens: *Negare seipsum non potest*^e. Rursus ergo illud non potest infinite est demonstrativum potentia. Tametsi enim, inquit, omnes homines ipsum negarent, ipse Deus est, et a propria non excidit natura; nam incorruptibile habet esse, uti significat illud: *Negare seipsum non potest*. Redundantiam igitur indicat potentia illa in deterius commutationis impotentia. Hoc modo multa Deo sunt impossibilia, et quidem tot tantaque, quot quantaque sunt divina natura contraria.

§ V. *A justitia autem rursus laudatur Deus, etc.* Non quod ipse sit cognitus justitia (hoc enim, inquit Cyparissiotus supra citatus, neque effari neque intelligere possumus, sicut magnitudinis ejus non est finis, et intellectus ejus non est numerus), sed cognoscitur justitia ex justitia quam produxit in nobis, imponens singulis rebus ordinem et descriptionem, et cætera omnis justitia pondera. Justitia enim Dei, quæ justa est, et justitias diligit, uniuscujusque eorum quæ sunt ordinem delinit, et producit, et ponit secundum propriam actionem et secundum supraquam infinitam justitiam suam, unicuique justitia ab ipso productæ virtutem indidit, reddentem omnibus pro dignitate vel propriam actionem partium animæ, vel mediocritatem inter plus et minus, vel appetitum tribuentem æqualitatem, vel rursus habitum prospicientem utilia in commune, vel scientiam eorum quæ sunt tribuenda, et quæ non tribuenda, vel neutrum; et ut semel dicam, nihil reliquit sine honore justitia a se productæ, quin potius omnes capillos nostri numerat, et passerem duorum assium non sinit incidere in laqueum sine justissima voluntate sua^f; et injustitias nostras quæ dicuntur, convincit esse aberrationes nostrorum desideriorum. Cunctos vero justitia sua implet, et nihil eorum quæ sunt, in re ulla justa ejus salute et conservatione privatum est; unde videtur mihi valere illud pervulgatum: Injuriam quidem facere omnes, nulli vero injuriam fieri. Qualem autem æqualitatem et debitum justitia respiciat, et quomodo hæc in Deo locum habeant, vide in Lessio lib. xiii *De perfectionibus divinis*, cap. 1 et seqq.

PARAPHRASIS PACHYMERÆ (44).

§ I. Cæterum cum theologi Deum supraquam sapientem veritatem, etiam virtutem seu potentiam, et justitiam et salutem et redemptionem vocent, age etiam hæc divina nomina explicemus, præsupposito, Deum sine comparatione excedere omnem potentiam, quæ vel est vel excogitari potest. Non dixit, *intellectilem*, nam et angelicæ virtutes intellectiles existunt, quibus Deum esse superiorem, manifestum est; sed simpliciter, excogitabilem, ac si dicat: Qualemcunque quis potentiam excogitare possit, Deus tamen ipsam sine comparatione excedit; siquidem Scripturæ quoque Deum Dominum virtutum seu potestatum vocant, juxta illud: Do-

§ I. Ἄλλ' ἐπειδὴ τὴν ὑπέροψον ἀληθότητα τὸν Θεὸν καὶ δύναμιν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ σωτηρίαν, καὶ ἀπολύτρωσιν καλοῦσιν οἱ θεολόγοι, φέρει καὶ ταύτας τὰς θεωνυμίας ἀναπτύξωμεν, προϋποκειμένου, ὅτι ἀσυγκρίτως ὑπερέχει τὸ θεῖον πάσης καὶ οὐσίας καὶ ἐπινοουμένης δυνάμεως. Οὐκ εἶπε δὲ *ροουμένης*, (αἱ γὰρ ἀγγελικαὶ δυνάμεις νοούμεναι εἰσιν, ὧν ὅτι ὑπερέχει τὸ θεῖον, δῆλον) ἀλλ' ἀπλῶς Ἐπινοουμένης, ὡς ἂν εἶλεγεν· Ὅτι κἀνοῖαν τις δυνθεῖθι ἐπινοῆσαι δύναμιν, καὶ αὐτῆς ἀσυγκρίτως ὑπερέχει τὸ θεῖον· αἱ γὰρ Γραφαὶ καὶ Κύριον τῶν δυνάμεων λέγουσι τὸν Θεόν, καὶ τὸ, Κύριος τῶν δυνάμεων, αὐτὸς ἐστὶν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, καὶ, Κύριος τῶν δυ-

^d Hebr. vi, 18. ^e II Tim. ii, 13. ^f Matth. x, 29.

νάμεωρ μεθ' ἡμῶν, ἀντιλήπτωρ ἡμῶν ὁ Θεὸς Ἰακώβ. **A** minus virtutum ipse est Rex gloriæ ⁶; et: Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Jacob ^h.

§ II. Πῶς οὖν τὴν πάσης ἐξηρημέντην δυνάμεωρ δυνάμιν ὀνομάσομεν; Λέγομεν, ὅτι δυνάμις λέγεται ὁ Θεός, καὶ ὡς προέχων καὶ περιέχων ἅπασαν δύνάμιν, καὶ ὡς αἴτιος πάσης δυνάμεωρ, καὶ ὡς παράγων πάντα ἐστὶ κατὰ δυνάμιν ἄκλιτον· οὐ γὰρ κλινόμενος εἰς δυνάμιν δημιουργεῖ, ἀλλ' ἀκίνητος καὶ ἀκαμπτος ὑπάρχων ἐπὶ τῆς ἰδίας ἰσχύος παράγει· οὐ γὰρ κλίνεται ὡς δυναμοὶ ἐν τινι. Ἡ ἄκλιτον ἔφη, τούτεστι τῆς οἰκείας ἀκρότητος μὴ ὑποκατιούσαν, καὶ ὡς αὐτοῦ τοῦ εἶναι δυνάμιν αἴτιός ἐστι, καὶ ὅτι ἀπειροδύναμος, μὴ μόνον ἐν τῷ παράγειν πᾶσαν δυνάμιν, ἀλλὰ καὶ τῷ ὑπὲρ πᾶσαν εἶναι καὶ αὐτὴν τὴν αὐτοδυνάμιν, τὸν παραδειγματικόν φημι τῆς δυνάμεωρ λόγον· καὶ ἐν τῷ ὑπερδύνασθαι ἀπειράκις ἀπείρους δυνάμεις παράγειν· καὶ ποτε μὴ ἀπαμβλυνθῆναι πρὸς τὴν τῶν ἀπείρων δυνάμεωρ ποιήσιν, καὶ ὅτι ἀφθειχτον καὶ ἀνεπινόητον τὸ ὑπερέχον τῆς αὐτοῦ δυνάμεωρ. Ὅπερ πῶς ἂν ἦν ἀφθειχτον, εἴπερ μὴ εἶχεν ἰσχύν εἰς τὸ μὴ κατανοεῖσθαι παρά τινος, ἢ διὰ περιουσίαν τοῦ δυνατοῦ καὶ τὴν ἀσθένειαν δυναμοῦ; Ἀσθένειαν δὲ καλεῖ τὰ ὑλικά ταῦτα καὶ περιγεια σώματα, ἅτινα καὶ ἔσχατα ἀπηχῆματά φησι διὰ τὸ ἀμυδρῶς καὶ κατὰ τὴν οἰκείαν ἐπιτηδειότητα μετέχειν τῆς δυνάμεωρ τοῦ Θεοῦ, ὡς ἔχει ἐπὶ τῶν ἐμπίδων, μυϊῶν, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα ἐν τοῖς οἰκείοις κέντροις ἰσχύουσιν. Ὅθεν καὶ τῷ Ἰωήλ φησιν ὁ Θεὸς περὶ τῆς ἀκρίδος, καὶ τοῦ βρούχου, καὶ τῆς κάμπης, Ἡ δυνάμις μου ἡ μεγάλη. Ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τούτοις τοῖς ἀσθενέσιν ἡ δυνάμις τοῦ Θεοῦ φθάνει, ἴδε τὰ κατ' αἴσθησιν δυνατὰ, τό τε ὄρατὴν φῶς, καὶ τοὺς ἀκουστοὺς ψόφους· τὰ γὰρ λαμπρὰ τῶν φώτων μέχρι καὶ τῶν ἀσθενῶν ὀφθαλμῶν φθάνει, καὶ οἱ μεγάλοι ψόφοι μέχρι καὶ τῶν ἀσθενῶν ἀκοῶν εισδύονται. Οὔτε γὰρ τὸ φῶς ἐν τῷ λίθῳ λέγεται φθάνειν, οὔτε ὁ ψόφος εισδύεσθαι· ἀλλ' ἐν τοῖς πεφυκόσιν ὄραν ἢ ἀκούειν, καὶ ἀσθενῶς ἔχουσι.

§ III. Κατὰ τοῦτον τὸν λόγον εἰς πάντα τὰ ὄντα χωρήσει ἡ δυνάμις τοῦ Θεοῦ, ὅτι πάντα δεκτικὰ δυνάμεωρ εἰσιν, ἢ νοερὰς καὶ ἀγγελικῆς, ἢ λογικῆς καὶ ἀνθρωπίνης, ἢ αἰσθητικῆς τῶν ἀλόγων, ἢ ζωτικῆς τῶν φυτῶν, ἢ οὐσιώδους ἐτέρας τῶν ἄλλων ἀπάντων, καθὸ τὸν μὲν ἀδάμαντα δυνάμιν ἔχειν φημὲν τοῦ μὴ τέμνεσθαι, τὸν δ' ἀέρα ἀδυναμίαν τοῦ αὐτοῦ τούτου. Καὶ αὐτὸ δὲ καθ' αὐτὸ τὸ δυνάμιν εἶναι καὶ τούτο παρὰ τῆς θείας ἐστὶ δυνάμεωρ.

§ IV. Ἐκ τῆς τοιαύτης ἀπειροδυνάμου δυνάμεωρ αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις εἰσὶ, καὶ τὸ εἶναι ἀμετακινήτως ἔχουσι, καὶ τᾶλλα πάντα· αὐτὴ γὰρ ἐστὶν ἡ ἐφείσασα αὐτοῖς τὸ δύνασθαι, καὶ εἶναι, καὶ ἐφείσθαι εἰσαεὶ τοῦ εἶναι· αὐτὴ ἐστὶν ἡ ἐνδυναμοῦσα καὶ αὐτὸ καθ' αὐτὸ τὸ δύνασθαι, εἰς τὸ ἐφείσθαι τοῦ αἰεὶ δύνασθαι.

§ II. Quomodo igitur potentiam ab omni potentia exempta nominabimus? Dicimus, Deum dici virtutem seu potestatem, tanquam prahabentem **480** et continentem omnem potentiam, et tanquam causam omnis potentia, et producentem omnia secundum indeclinabilem virtutem; non enim ad virtutem inclinatus creat, sed immobilis et inflexibilis existens in propria virtute producit; non enim inclinatur quasi potens sit in aliquo. Vel ἄκλιτον dixit, id est a proprio fastigio minime descendantem, et quasi ipsiusmet esse virtutis causam; quodque sit infinita potentia, non solum in virtute omni producenda, verum etiam quod sit supra omnem etiam ipsammet per se virtutem, exemplarem, inquam, virtutis rationem; et quod potens sit plusquam infinitas infinitas virtutes producere, et nunquam vis ejus in infinitis etiam virtutibus creandis valeat hebetari, et quod inexplicabilis et inexcogitabilis sit virtutis ejus excellentia. At quomodo sit inexplicabilis, siquidem non habuit virtutem ut non conciperetur ab aliquo, nisi per potentia abundantiam et imbecillitatis roborationem? Imbecillitatem autem vocat materialia hæc et terrena corpora, quæ etiam extrema vestigia dicit, quod remisse et pro captu suo divinam virtutem participant; ut se res habet in culicibus et muscis, et similibus, quæ stimulis suis pollent. Unde etiam Deus in Joële de locusta et bruchæ et eruca dicit, *Fortitudo mea magna* ⁱ. Quod vero etiam ad hæc infirma usque Dei virtus pertingat, vide quæ secundum sensum potentia sunt, ut lumen aspectabile et ingentes strepitus: siquidem splendidissima lumina usque ad infirmos quoque oculos pertingunt, et ingentes fragores imbecilles quoque audiendi facultates penetrant. Non enim lux ad lapidem pertingere dicitur, neque illum strepitus subit, sed illa quæ visus auditusque capacia sunt licet imbecilla.

§ III. Secundum hanc rationem ad res omnes Dei virtus meat, quoniam omnia virtutis sunt capacia, sive spiritalis et angelicæ, sive rationalis et humanæ, sive sensilis brutorum, sive viventis plantarum, sive alterius substantialis cæterarum rerum omnium; juxta quod quidem adamantem dicimus habere hanc virtutem, ut secari nequeat, aerem vero hujus ipsius impotentiam. Quin et id ipsum secundum se virtutem esse, etiam a virtute divina existit.

§ IV. Ex tali infiniti potente virtute angelicæ virtutes existunt, et statim immutabilem cætera quoque omnia habent; hæc enim iis tribuit et posse, et esse, et appetere semper esse; hæc **481** est quæ iis vires suppeditat, ut id ipsum posse desiderare semper possint.

⁶ Psal. XXXIII, 10. ^h Psal. XLV 8. ⁱ Joel, II, 25.

§ V. Porro indeficientis istius potestatis munera in homines quoque dimanant, et in animalia, et in plantas, totamque naturam universi. Corroborat enim illa quæ unita sunt, partes v. g. totius corporis, vel etiam elementa, quæ quidem secundum aliquam sibi mutuo communicant, secundum aliqua vero discrepant quoad talem communionem. Corroborat etiam quæ distincta sunt, ut secundum suam quodque rationem impermixtum consistat. Cum autem quodlibet habeat ordinem et propriam directionem, hæc etiam roborat, ut in proprio quæque ordine conserventur. Corroborat etiam vitas immortales angelicarum unitatum, scilicet simplicium naturarum, ut inviolabiles conserventur. Conservat etiam ordines cœlestes immutabiles. Verum noli intelligere immutabilitatem secundum esse sempiternum, sed secundum immutabilitatem ordinis universi. Quin et sæcula, ut esse possint, indulget; potest enim rebus sempiternis temporalem quasi motum quemdam spatiumque coextendere. Corroborat vero etiam temporaneos progressus, astrorum scilicet motiones, quæ in quodam temporis numero per duodecim dictarum domorum spatia sensim moventur. Corroborat etiam revolutiones, quæ ab aliquo puncto ad idem punctum recurrunt. Corroborat quatuor elementa, ad proprium quodque ordinem naturæ constringens ac continens. Corroborat vivificos terræ partus, corroborat nexum animæ cum corpore, suscitatur virtutes animalia ad plantam sæpenumero fovendam et augendam, et in id ipsum revolvendo essentialia vires confirmat, et ipsammet justorum deificationem elargitur, virtutem ipsis ad hoc præbens. Et universim, nihil est in rerum natura, quod non omnipotentis divinæque virtutis particeps existat.

§ VI. Etsi contradicat in Aetis Elymas magus, dicens: Si omnipotens Deus, quomodo a vestro theologo, Paulo videlicet, dicitur aliquid non posse *? Cavillatur autem ipsum dicentem, non posse Deum semetipsum negare. Dum autem hoc propono, vehementer metuo, ne videar puerorum structuram arenaceam et infirmam oppugnare, et ad hujus loci sensum, tanquam ad scopum qui attingi nequeat, collimare. Dico autem Deum esse veritatem: veritas autem ens est, mendacium vero **482** neque consistentiam nec entitatem habet. Si itaque veritas negaret semetipsam, succumberet mendacio, et id quod est et existit minime esset. Ergo illud non posse in Deo constitutum, est signum infinitæ virtutis; perinde enim est ac si diceretur, Deum non posse facere se ipsum non esse Deum. Quemadmodum enim lux, in quantum lux est, non potest esse tenebræ: sic et hoc impossibile est Deo, propter superabundantem veritatem. Sicut igitur Deus nunquam scivit inscitiam, sicut nec novit ignis non calefactionem, sic neque potest non posse; quod sapiens ille per

* II Tim. II, 13.

§ V. Πρόεισι δὲ τὸ ἀνέκλειπτον τῆς τοιαύτης δυνάμεως καὶ εἰς ἀνθρώπους, καὶ ζῶα, καὶ φυτὰ, καὶ τὴν τῶν ὄλων φύσιν. Δυναμοὶ τοίνυν καὶ τὰ ἠνωμένα, τὰ μέρη τυχὸν τοῦ ὅλου σώματος ἢ καὶ τὰ στοιχεῖα, ἀ κατὰ τινα μὲν ἀλλήλοις κοινωνοῦσι, κατὰ τινα δὲ διαφέρουσι πρὸς τὴν τοιαύτην κοινωνίαν. Δυναμοὶ καὶ τὰ διακεκριμένα εἰς τὸ εἶναι κατὰ τὸν οἰκεῖον λόγον ἕκαστον ἀσύμφυρτον. Ἐπεὶ δὲ ἕκαστον ἔχει τάξιν καὶ εὐθεσίαν ἰδίαν, δυναμοὶ καὶ ταῦτα εἰς τὸ διασώζεσθαι εἰς τὴν οἰκειάν ἕκαστον τάξιν. Δυναμοὶ καὶ τὰς ἀθανάτους ζωάς τῶν ἀγγελικῶν ἐνάδων, δηλονότι τῶν ἀπλοϊκῶν φύσεων, εἰς τὸ φυλάττεσθαι ἀδιαλωθήτους. Φυλάττει καὶ τὰς οὐρανίας τάξεις, ἀναλλοιώτους. Πλὴν μὴ κατὰ τὸ αἰδιῶς εἶναι νοήσης τὸ ἀναλλοιώτον, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀπαρραλλαξίαν τῆς τοῦ παντός τάξεως. Ποιεῖ δὲ καὶ τὸν αἰῶνα δύνασθαι· δύναται γάρ τὸ συμπαρεκτείνεσθαι τοῖς αἰδίοις οἷόν τι χρονικὸν κίνημα καὶ διάστημα. Δυναμοὶ δὲ καὶ τὰς χρονικὰς προόδους, τὰς τῶν ἀστέρων δηλαδὴ κινήσεις, ἐπὶ τινα ἀριθμὸν χρόνου διερχομένας τὰ ἰθ' τῶν λεγομένων οἰκῶν διαστήματα. Δυναμοὶ καὶ τὰς ἀποκαταστάσεις, τὰς ἀπὸ σημείου τινὸς ἐπὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον ἐπαναδρομάς. Δυναμοὶ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, εἰς τὴν οἰκειάν ἕκαστον τάξιν τῆς φύσεως συσφίγγων καὶ συνέχων. Δυναμοὶ τὰς ζωογόνους ὕδινας τῆς γῆς. Δυναμοὶ τὴν σύνδεσιν τῆς ψυχῆς μετὰ σώματος, ἀνακινεῖ τὰς ψυχικὰς δυνάμεις εἰς τὸ πολλάκις τρέφειν καὶ αὐξεῖν τὸ φυτὸν, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐπανακυκλοῦσθαι, διακρατεῖ τὰς οὐσιώδεις δυνάμεις, καὶ τὸ πᾶν ἀσφαλιζέται, καὶ αὐτὴν τὴν τῶν δικαίων δωρεῖται θέωσιν, δύναμιν τοῦτοις εἰς τοῦτο παρέχουσα. Καὶ καθόλου, οὐδὲν τῶν ὄντων ἐστίν, ὅπερ οὐ μετέχει τῆς παντοκρατορικῆς καὶ θείας δυνάμεως.

§ VI. Καίτοι ἐπαπορεῖ ὁ ἐν ταῖς Πράξεσιν Ἐλύμας ὁ μάγος, λέγων· Εἰ παντοδύναμος ὁ Θεὸς, πῶς παρὰ τοῦ καθ' ὑμᾶς θεολόγου, Παύλου δηλαδὴ, λέγεται τὸ μὴ δύνασθαι; ὧ δὴ καὶ λοιδορεῖται εἰπόντι, μὴ δύνασθαι τὸν Θεὸν ἑαυτὸν ἀρνήσασθαι. Ἐγὼ δὲ προσθεὶς τοῦτο, λίαν φοβοῦμαι μὴ δόξω διαμάχεσθαι πρὸς μειρακιώδεις καὶ ἀσθενῆς ἐπὶ ψάμμου οἰκοδόμημα, καὶ καταστοχάζεσθαι ὡσανεὶ τινος ἀνεφίχτου σκαποῦ τῆς περὶ τοῦτου διανοίας. Φημὶ δὲ, ὅτι ὁ Θεὸς ἀλήθειά ἐστιν· ἡ δὲ ἀλήθεια ἢ ἐστίν, τὸ δὲ ψεῦδος ἀνυπόστατον καὶ μὴ ὄν. Ἐὰν οὖν ἀρνήσῃται ἑαυτὴν ἡ ἀλήθεια, τῷ ψεῦδει περιπεσεῖται. καὶ τὸ ὄν καὶ ἄν μὴ ὄν ἐστίν. Τὸ οὖν μὴ δύνασθαι ἐπὶ Θεοῦ ταπτόμενον, ἀφάτου δυνάμεως ἐστὶ σημεῖον· ὅμοιον γάρ ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι οὐ δύναται ὁ Θεὸς ποιῆσαι ἑαυτὸν μὴ εἶναι Θεόν. Ὡσπερ γάρ τὸ φῶς, καθὼ φῶς, οὐ δύναται σκότος εἶναι, οὕτω καὶ τοῦτο ἀδύνατον τῷ Θεῷ διὰ τὴν ἀνυπέροβλητον ἀλήθειαν. Ὡσπερ οὖν οὐκ οἶδεν ὁ Θεὸς τὸ μὴ εἰδέναι πώποτε, ὡς τὸ πῦρ οὐκ οἶδε τὸ μὴ θερμαίνειν, οὕτως οὐδὲ δύναται τὸ μὴ δύνασθαι· ὅπερ ὁ σοφὸς κατ' εἰρωνείαν Ἐλύμας οὐκ ἐννοήσας,

μιμείται τῶν ἀθλητῶν τοὺς μηδὲ τὴν νίκην εἰδότες ἄ
πῶς γίνεται· οἷτινες κατὰ τὸ δοκοῦν ἑαυτοῖς σχια-
μαχοῦσιν ἀπόντων τῶν ἀνταγωνιστῶν, καὶ οἶονται
τῶν ἀντιπάλων κρατεῖν, μὴ εἰδότες τὴν ἐκείνων δύ-
ναμιν. Ἡμεῖς δὲ, καταστοχαζόμενοι τῆς διανοίας
τοῦ θεοῦ Παύλου, ὑμνοῦμεν τὸν Θεὸν ὡς μακάριον
καὶ μόνον δυνάστην, ὡς δεσπόζοντα τοῦ αἰῶνος, ὡς
κατ' οὐδὲν ἐκπεπτωκότα τῶν ὄντων, (εἰ γὰρ τὸ δύ-
νασθαι πᾶσι τοῖς οὖσιν ἔνεστι, πάντως ὁ κατὰ τι
μὴ δυνάμενος, εἰ μὴ εὐσεβῶς τὸ ῥητὸν ἐκλαβοίμεθα,
ἐκπεσεῖται κατὰ τι τοῦ ὄντος, ἢ φησιν ὁ ἀσύνητος
Ἐλύμας·) μᾶλλον δὲ μὴ μόνον οὐκ ἐκπεπτωκότα
τῶν ὄντων, ἀλλὰ καὶ προέχοντα καὶ ὑπερέχοντα
κατὰ δύναμιν ὑπερούσιον, καὶ δεδωρημένον πᾶσι
τοῖς οὖσι καὶ τὸ δύνασθαι εἶναι, καὶ τὸ τῶδε εἶναι
κατὰ περιουσίαν ὑπερβαλλούσης δυνάμεως.

§ VII. Ὅρος δικαιοσύνης ἐστίν, ἀρετὴ διανεμη-
τικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν, ἢ ἰδιοπραγία τῶν τῆς ψυχῆς
νοερῶν, ἢ μεσότης πλεονεξίας καὶ μειονεξίας, ἢ
ἕξις ἀπονεμητικῆς ἰσότητος. Πρὸς γοῦν τοὺς τοιού-
τους ὅρους καλῶς ἀναπτύσσει τὴν θεῖαν δικαιοσύ-
νην. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ Θεὸς δικαιοσύνη λέγεται, ὡς
πᾶσι κατ' ἀξίαν ἀπονέμων ἅπαντα κατὰ τὸν οἰκεῖον
ἐκάστου τῆς φύσεως ὅρον, καὶ ὡς αἷτιος ὢν τῆς
αὐτοπραγίας ἐκάστου· πάντα γὰρ ἡ θεία δικαιοσύνη
τάττει κατ' ἀξίαν ἐκάστου. Ἀδικίαν τοίνυν λαλοῦ-
σιν, οἱ τῆς θείας δικαιοσύνης καταψηφιζόμενοι, καὶ
λέγοντες, ὀφείλειν εἶναι τοῖς θνητοῖς τὴν ἀθανασίαν,
καὶ τοῖς ἀτελέσι τὸ τέλειον, καὶ τᾶλλα, ἵνα μὴ καθ'
ἐκαστον διατρίβωμεν. Αἰτιῶνται γὰρ, πῶς ὁ ἀνθρω-
πος, τοιοῦδε ζῶων ὢν, φθείρεται, πῶς ὁ ἀσπάλαξ
τυφλὸς, πῶς ὁ λίθος οὐκ αὐτοκίνητος, πῶς τὸ πᾶν
ἄλλοιοῦται κατὰ τὰς ὥρας, πῶς αἱ ἐπίκαιροι ἤδο-
ναὶ οὐκ αἰώνιοι· δέον εἰδέναι, ὅτι πᾶσιν ἀπονέμει
τὰ οἰκεῖα ἡ θεία δικαιοσύνη, καὶ ἐκαστον ἐπὶ τῆς
οἰκειᾶς διασώζει τάξεως καὶ δυνάμεως.

§ VIII. Ἄλλ' εἶποι τις· Πῶς οὐ βοηθεῖ τοῖς ὁσίοις
ἀδικουμένοις; Ῥητέον ἐκ διαιρέσεως· Ἀγαπῶσιν
οἱ ὁσιοὶ τὰ παρόντα, ἢ οὐκ αγαπῶσιν. Εἰ μὲν αγα-
πῶσιν, οὐχ ὁσιοὶ, ὡς τοῦ θεοῦ ἀποπεπτωκότες
ἔρωτος· ἀδικοῦσι γὰρ τὰ ὄντως ἐραστὰ παρευδοχι-
μούμενα ὑπ' αὐτῶν, διότι τῶν ἀζηλώτων ἐρώσιν
αὐτὰ παρατρέχοντες. Εἰ δ' οὐκ αγαπῶσιν, ἀλλὰ τῶν
ὄντως ὄντων ἐρώσιν, εὐφραίνεσθαι μᾶλλον χρήτου-
τους, ὅτε περιπίπτουσιν πειρασμοῖς, καθὼς καὶ ὁ
μέγας Ἰάκωβος παραινεί· διὰ γὰρ τούτων τῶν
ἐφετῶν ἐπιτυγχάνουσι, καὶ τότε ταῖς ἀγγελικαῖς
ἀρεταῖς πλησιάζουσιν, ἀναχωροῦντες τῆς ὑλικῆς
προσπαθείας ἐν ταῖς ὑπὲρ τοῦ καλοῦ περιστάσεσιν·
ὥστε ἀληθῆς εἰπεῖν, ὅτι τοῦτο μᾶλλον ἐστὶ τῆς θείας
δικαιοσύνης ἴδιον, τὸ ἐπὶ τινὰς βλέπειν ποθοῦντας
τὰ αἰώνια, μὴ θέλγειν τούτους· ἤγουν δι' ἡδονῆς
ἀπατῆν τῇ ἀνέτῳ διαγωγῇ, ἀλλὰ μᾶλλον τὰς περι-

A ironiam Elymas dum non intelligit, imitatur pugi-
les, qui neque victoriam norunt quomodo compa-
retur: qui videntur sibi in umbra cum absentibus
adversariis concertare, existimantque se illos su-
perare, cum virtutem eorum non habeant explo-
ratam. Nos autem, ad divi Pauli sensum colliman-
tes, collaudamus Deum tanquam beatum solumque
potentem, utpote dominantem æternitati, et nulla
unquam entitate frustratum (si enim potentia re-
bus inest omnibus, omnino is qui secundum quid
impotens est, nisi pie dictum hoc interpretemur,
secundum quid ab entitate descivit, ut imprudens
Elymas tradit). quin potius non solum tanquam se-
cundum rem nullam deficientem, sed etiam ut præ-
habentem ac desuper habentem omnia secundum
B virtutem superessentialem, et rebus omnibus lar-
gientem tam ut esse possint, quam ut sint secun-
dum affluentiam virtutis superabundantis.

§ VII. Definitio justitiæ est, virtus cuique tri-
buens pro dignitate, vel propria actio facultatum
animæ⁶⁰, vel medium inter abundantiam et ino-
piam, vel habitus distributivus æqualitatis. Istius-
modi itaque definitionibus rite accommodat justiti-
am divinam. Idcirco enim Deus justitia dicitur,
quod omnibus pro dignitate tribuat omnia secun-
dum propriam cujusque naturæ definitionem, et
quod causa existat propriæ cujuslibet actionis,
singula enim disponit divina justitia pro cujusque
dignitate. Iniquitatem itaque loquuntur, qui divinæ
justitiæ contradicunt, et qui dicunt, mortalibus
inesse debere immortalitatem, et rebus imperfectis
C perfectionem, et cætera, ne singulis immoremur.
Causantur enim, cur homo, cum istiusmodi animal
sit, corrumpatur, cur talpa oculis careat, cur lapis
non sit per se mobilis, cur universum secundum
tempestates 483 immutetur, cur temporaneæ volu-
ptates non sint æternæ. Sciendum est, divinam justiti-
am omnibus quæ cuique propria sunt distribuere,
et uniuscujusque ordinem virtutemque conser-
vare.

§ VIII. Sed dicet aliquis: Cur non succurrit
sanctis injuria affectis? Dicendum cum distinctione:
Vel diligunt sancti præsentia, vel non diligunt.
Si quidem diligunt, non sunt sancti, ut qui jam
a divino amore exciderint; quoniam injurii sunt
D rebus vere amandis, quæ ab ipsis præferendæ
sunt, quod, iis neglectis, ament ea quæ non
sunt amanda. Quod si vero non diligant, sed
ament ea quæ vere sunt, oportet potius ipsos læ-
tari, quod in tentationes inciderint, uti magnus
Jacobus monet; quoniam per has ea quæ desidera-
bilia sunt assequuntur, tumque angelicis virtutibus
appropinquant, dum in instantiis pro bono, ab af-
fectu materiali recedunt: ita ut vere dici possit,
illud magis esse proprium divinæ justitiæ, ut eos,
qui ad æterna spectare desiderant, non patiatur
per dissolutam vitam voluptatibus decipi, sed po-

⁶⁰ Max. vel propria actione partium animæ.

tius afflictiones sustinere, ut vel amantes ungal, vel lapsuros suffulciat, nec non ipsos in præclaro illo et inconcusso statu consolidet. Inconcussum autem statum vocat, institutum quod titillationi terrenorum minime cedit, nec propter tentationes ad materialia flectitur.

§ IX. Hæc etiam divina justitia tanquam salus celebratur, quod juste cujusque naturæ rationes servet, ac causa sit propriæ cujusque rei operationis. Propriam autem operationem appellavit motum illum qui cuilibet naturæ proprius est; neque enim homines facere possunt quæ propria sunt angelis, neque aqua quæ propria sunt igni, et contra. Si quis vero dixerit, Deum secundum alium quoque modum salutem esse, quod a rebus deterioribus omnia eripiat (deteriora vero vocat, quæ naturæ cujusque aliena sunt, vel indigna, vel potius ipsammet materiam informem) hunc nos quoque tanquam divinum laudatorem admittemus. Hanc enim salutem omnium statuemus, quæ omnia sic immutata inconcussoque servat, ut in deterius non vergant; et omnem inæqualitatem atque alienam actionem eliminat, atque cujuslibet proportionem confirmat. Si enim humor 484 aquam deserat, jam non erit aqua; si redundet tamen, aliquid erit; quocirca etiam istiusmodi salus liberatio vocabitur, quoniam ea quæ servantur, a priorum bonorum defectione liberantur, nec in nihilum redigi permittuntur; et si quid ad peccatum deflectat, hæc ab istiusmodi affectione liberat paterne suffulciens, bonumque resuscitans, quinimo etiam, antequam in malum incidat, in bono firmans, et defectum implens, et ab omnibus noxis absolvens.

Hoc quidem de his dictum ac de justitia, secundum quam utique justitiam omnium æqualitas mensuratur ac definitur; omnisque inæqualitas, quæ secundum privationem æqualitatis sumitur, exterminatur. Observa autem, qualis inæqualitas eliminetur, scilicet quæ est secundum privationem æqualitatis: est enim inæqualitas etiam, in omni toto ad totum differentia, secundum quam quilibet a quolibet differt. Talem itaque inæqualitatem divina justitia custodit, et non exterminat; non enim simpliciter inæqualitatem exterminari, sed eam quæ in singulis existit, id est secundum quam quodlibet eorum quæ sunt, haud æqualiter, neque similiter in naturali identitate consistunt, permanere dicit. Cum vero sciret duos modos, secundum quos inæqualitas dicitur, duos exponit, et ait, Deum eatenus dici justitiam, quateenus omnem æqualitatem mensurat, et quamlibet inæqualitatem exterminat. Inæqualitatem vero intelligit eam quæ per privationem æqualitatis accidit, id est redundantiam. Alterum quoque modum affert inæqualitatis: novit enim, aliquos, intelligibiles et incorporeas formas et unitates, hoc est simplices substantias, æqualitatem et identitatem nomi-

στάσεις παραχωρεῖν, ἵνα ἢ ποθοῦντας ὑπαλείψῃ, ἢ καὶ παραπίπτειν μέλλουσι βοηθῇ, καὶ ἐνιδρῦν αὐτοὺς ἐν τῇ καλῇ καὶ ἀμειλίχῳ στάσει. Ἀμειλίχτων δὲ στάσιν φησὶ τὴν ἀνένδοτον πρὸς τὸν γαργαλισμὸν τῶν γῆινων ἔνστασιν, καὶ τὸ μὴ κατακάμπτεσθαι πρὸς τὰ ὑλικὰ διὰ τῶν πειρατμῶν.

§ IX. Ἡ τοιαύτη θεία δικαιοσύνη καὶ σωτηρία ὑμνεῖται, ὡς δικαίως διασώζουσα τοὺς ἐκάστης φύσεως λόγους, καὶ αἰτία οὖσα τῆς ἰδιοπραγίας ἐκάστου. Ἰδιοπραγίαν δὲ ὠνόμασε τὴν ἐκάστου τῶν ὄντων κατὰ φύσιν ἰδιάζουσαν κίνησιν· οὐδὲ γὰρ τὰ ἀγγέλων ἀνθρώποις πράττειν δυνατόν, ἢ τὰ πυρὸς ὕδατι, καὶ τὸ ἐμπαλιν. Εἰ δὲ τις λέγοι καὶ κατ' ἄλλον τρόπον σωτηρίαν τὸν Θεὸν, ὡς ἀναρπάζοντα ἀπὸ τῶν χειρόνων τὰ πάντα, (χειρόνα δὲ φησὶ τὰ τῆς φύσεως ἐκάστου ἀλλότρια καὶ ἀνάξια, ἢ μᾶλλον τὴν ὑλὴν αὐτὴν τὴν ἀνείδεον·) καὶ τοῦτον ὡς θεῖον ἀποδεξόμεθα ὑμνωδόν. Ταύτην γὰρ σωτηρίαν τῶν ὄλων ἀξιόσομεν εἶναι τὴν τὰ πάντα ἀμετάβλητα καὶ ἀβρόεπῃ πρὸς τὰ χεῖρω διασώζουσαν, καὶ πᾶσαν ἀνισότητα καὶ ἀλλοτριπραξίαν ἐξορίζουσαν, καὶ τὰς ἐκάστου ἀναλογίας συνιστάνουσαν. Εἰ γὰρ ἐκλείψει τὸ ὑγρὸν ἐκ τοῦ ὕδατος, οὐχ ὕδωρ ἔσται· εἰ ἐπὶ πλεόν ἐγγενήσεται, ἄλλο τι γενήσεται· ἐπεὶ καὶ ἀπολύτρωσις λεχθεῖη ἢ τοιαύτη σωτηρία, ὅτι ἀπολυτροῦνται τὰ σωζόμενα τῆς τῶν οικειῶν ἀγαθῶν ἀποπτώσεως, καὶ οὐκ ἐῶνται πρὸς τὸ μὴ εἶναι διαπεσεῖν· καὶ ὅτι, εἰ τι πρὸς τὸ πλημμελὲς ἀποσφαλεῖ, τοῦ τοιοῦτου πάθους ἀπολυτροῦται πατρικῶς ὑπεριδρῦουσα, καὶ τοῦ καλοῦ ἀνιστῶσα, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τοῦ πεσεῖν εἰς τὸ χεῖρον ἐν τῷ καλῷ ἰδρῦουσα, καὶ τὸ ὑπεκρυνὲν ἀναπληροῦσα, καὶ πάντων τῶν βλαβῶν ἀπολύουσα.

Ἄλλὰ περὶ μὲν τούτων καὶ τῆς δικαιοσύνης εἴρηται, καθ' ἣν δὴ δικαιοσύνην ἢ πάντων ἰσότης μετρεῖται καὶ ὀρίζεται, καὶ πᾶσα ἀνισότης ἢ κατὰ τὴν στέρησιν τῆς ἰσότητος ἐξορίζεται. Ὅρα δὲ, ποῖα ἀνισότης ἐξορίζεται, δηλονότι ἢ κατὰ στέρησιν τῆς ἰσότητος· ἔστι γὰρ ἀνισότης καὶ ἡ ἐν τῷ παντὶ τῶν ὄλων πρὸς ὅλα διαφορὰ, καθ' ἣν διαφέρει ἕκαστον ἐκάστου. Τὴν γοῦν τοιαύτην ἀνισότητα ἢ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη φρουρεῖ, καὶ οὐκ ἐξορίζει· οὐ γὰρ ἀπλῶς τὴν ἀνισότητα ἐξορίζεσθαι φησιν, ἀλλὰ τὴν ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον, τουτέστι τὸ μὴ ἴσως καὶ ὁμοίως ἕκαστον τῶν γεγονότων ἐν ταυτότητι τῇ κατὰ φύσιν, διαμένειν. Δύο δὲ τρόπους καθ' οὓς ἀνισότης λέγεται εἶδός, τοὺς δύο διατρανοῖ, καὶ φησιν, ὅτι κατὰ τοῦτο δικαιοσύνη λέγεται ὁ Θεός, καθὼ καὶ τὴν ἰσότητα τῶν πάντων ἐπιμετρεῖ, καὶ τὴν ἀνισότητα ἐνός ἐκάστου ἐξορίζει. Ἀνισότητα δὲ λέγει τὴν κατὰ στέρησιν τῆς ἰσότητος συμβαίνουσαν, τουτέστι τὴν πλεονεξίαν. Ἐπιφέρει δὲ καὶ τὸν ἕτερον τρόπον τῆς ἀνισότητος· καὶ γὰρ οἰδέ τις τὰ μὲν νοητὰ καὶ ἀσώματα εἶδη, καὶ τὰς ἐνάδας, τουτέστι τὰς ἀπλᾶς οὐσίας, ἰσότητα καὶ ταυτότητα ὀνομάσαντας· τὰ δὲ αἰσθητὰ, ἃ καὶ μεριστὰ εἰσι καὶ ἐν μεταβολῇ καὶ διαφορᾷ πρὸς ἄλληλα, ἀνισότητα καὶ ἐτε-

ρότητα. Λέγει οὖν, κἄν ταύτην τὴν ἀνισότητά A νοήσιέ τις τὴν διαφορὰν τῶν αἰσθητῶν, ἀλλ' οὖν καὶ ταύτης τῆς ἀνισότητος ὁ θεὸς φρουρός ἐστι, μὴ ἔων τὰ ἐναντία εἰς ἓν συναχθῆναι, καὶ διὰ τῆς φύσεως εἰς φθορὰν ἐλθεῖν· ὡς γὰρ παρήγαγε τὰ πάντα, οὕτω συντηρεῖ αὐτά, ὡς καὶ εἰσι καὶ ὡς ἐξ ἀρχῆς ἐγένοντο.

nasse; sensilia vero quæ etiam divisibilia sunt et mutabilia, et ab invicem diversa, inæqualitatem et diversitatem. Dicit itaque, etsi aliquis hanc inæqualitatem intellexerit differentiam sensilium, nihilominus etiam Deum hujusce inæqualitatis custodem existere, dum non permittit contraria in unum commisceri, et naturaliter in corruptio-

nem devenire; ut enim omnia produxit, sic etiam ipsa conservat, ut et sint sicut in principio fuerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

485 CAPUT IX.

Περὶ μεγάλου, μικροῦ, ταύτου, ἐτέρου, ὁμοίου, ἀνομοίου, στάσεως, κινήσεως, ἰσότητος.

De magno, parvo, eodem, alio, simili, dissimili, statu, motu, æqualitate.

SYNOPSIS CAPITIS.

I. Dicit, Deum in Scripturis vocari magnum, parvum, eundem, alium, etc. II. Explicat, quo sensu Deus dicatur magnus. III. Quo sensu parvus. IV. Quo sensu idem. V. Quo sensu aliud, et quomodo accipienda sit in Deo longitudo, latitudo, profundum. VI. Quo sensu dicatur Deus similis, cum tamen causarum ad effectus non sit proprie similitudo. VII. Quo sensu dicatur dissimilis. VIII. Quo sensu stare vel sedere. IX. Quo sensu dicatur moveri, et quomodo Deo conveniat triplex motus. X. Quo sensu dicatur æqualis.

§ I.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν ἀνατέθει- B ται ⁶¹ τῷ πάντων αἰτίῳ, καὶ τὸ ταῦτόν καὶ τὸ ἕτερον, καὶ τὸ ὅμοιον καὶ τὸ ἀνόμοιον, καὶ ἡ στάσις καὶ ἡ κίνησις, φέρε καὶ τούτων τῶν θεωνυμιῶν ⁶² ἀγαλμάτων, ὅσα ἡμῖν ἐμφανῆ, θεωρήσωμεν. Μέγας μὲν οὖν ὁ θεὸς ἐν τοῖς λογίοις ὑμνεῖται, καὶ ἐν μεγέθει, καὶ ἐν αὐτῇ λεπτῇ τὴν θείαν ἐμφαινούση μικρότητα· καὶ ταύτος, ὅταν φῆ τὰ λόγια, Σὺ δὲ ὁ αὐτός εἰ· καὶ ἕτερος, ἡνίκα ὡς πολύσημος καὶ πολυειδῆς ὑπὸ τῶν αὐτῶν λογίων διαπλάττεται· καὶ ὅμοιος, ὡς ὁμοίων καὶ ὁμοιότητος ὑποστάτης· καὶ ἀνόμοιος πᾶσιν, ὡς οὐκ ὄντος αὐτῷ τοῦ ὁμοίου· καὶ ἰσῶς, καὶ ἀκίνητος, καὶ καθήμενος εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ κινούμενος, ὡς ἐπὶ πάντα πορευόμενος· καὶ ὅσαι ἄλλαι ταύταις ὁμοδύναμοι θεωνυμίαι πρὸς τῶν Λογίων ὑμνοῦνται.

Quoniam vero etiam magnum et parvum attribuitur omnium auctori, et idem et aliud, et simile et dissimile, et status et motus, aedem quoque hæc divinorum nominum simulacra, quatenus nobis patent, intueamur. Magnus quidem Deus in Scripturis laudatur, et in magnitudine, et in aura tenui quæ divinam insinuet parvitatem; idem quoque, ut in illo Scripturarum loco: *Tu autem idem ipse es* ¹; et alius ac diversus, ut cum multarum figurarum ac formarum ab eadem Scriptura fingitur; et similis, ut similitum ac similitudinis conditor; et dissimilis omnibus, ut cui non sit similis; stans etiam et immobilis, ac sedens in sæculum; et mobilis, ut qui per omnia penetret; et quæcunque alia divina nomina his æquipollentia a Scripturis celebrantur.

§ II.

Μέγας μὲν οὖν ὁ θεὸς ὀνομάζεται, κατὰ τὸ ἰδίως C αὐτοῦ μέγα, τὸ πᾶσι τοῖς μεγάλοις ἑαυτοῦ μεταδιδόν, καὶ παντὸς μεγέθους ἔξωθεν ὑπερχεόμενον καὶ ὑπερκετεινόμενον, πάντα τύπον περιέχον, πάντα ἀριθμὸν ὑπερέβαλλον, πᾶσαν ἀπειρίαν διαβαῖνον, καὶ κατὰ τὸ ὑπερπλήρες αὐτοῦ καὶ μεγαλοουργόν, καὶ τὰς πηγαίας αὐτοῦ δωρεάς, καθ' ὅσον αὐταὶ πρὸς πάντων μετεχόμεναι κατὰ ἀπειρόδωρον ⁶³ χύσιν, ἀμείωτοι παντελῶς εἰσι, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχουσιν ὑπερπληρότητα, καὶ οὐκ ἐλαττοῦνται ταῖς μετοχαῖς, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ὑπερβλύζουσι. Τὸ μέγεθος τοῦτου καὶ ἀπειρόν ἐστι, καὶ ἄποσον, καὶ ἀνάριθμον· καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ὑπεροχὴ, κατὰ τὴν ἀπόλυτον καὶ ὑπερτεταμένην τῆς ἀπεριλήπτου μεγαλειότητος χύσιν ⁶⁴.

Ac magnus quidem Deus appellatur, secundum sibi propriam magnitudinem, quæ magnis omnibus de se communicat, et omni magnitudini extrinsecus superfunditur et supraexpanditur, locum omnem complectens, omnem numerum excedens, omnem transiliens infinitatem, et juxta supraquam plenitudinem suam ac magnificentiam, fontalesque suas distributiones, quatenus hæc omnibus infinita profusione communicatæ, manent prorsus immunitæ, et eandem habent supra quam plenitudinem, neque participationibus minuuntur, quinimo magis redundant. Hæc magnitudo et infinita est, et quantitatis ac numeri expers: et hæc est excellentia secundum effusionem absolutam et supraquam extensam magnificentie non comprehensæ.

¹ Psal. ci, 28.

VARIE LECTIONES.

⁶¹ ἀνατίθεται, S. ⁶² θεωνομικῶν lege. ⁶³ ἀπειροδύναμον. ⁶⁴ φύσιν, D. S.

§ III.

Parvum vero sive subtile, in ipso dicitur, quod omnem molem et distantiam effugit, et absque impedimento **486** cuncta pervadit. Atqui etiam omnium elementaris causa est illud parvum; nunquam enim formam parvi reperies non participatam. Sic igitur in Deo accipiendum est parvum, ut in omnia et per omnia expedite means, et operans, et pervadens usque ad divisionem animæ et spiritus, compagum quoque et medullarum, discretivum concupiscentiarum et cogitationum cordis, imo omnium quæ sunt, non enim est creatura ulla invisibilis in conspectu ejus ^m. Hoc parvum est sine quantitate, sine qualitate, sine inhibitione, infinitum, incircumscriptum, omnia comprehendens, ipsum vero a nullo comprehendi potest.

A Σμικρὸν δὲ ἦτοι λεπτόν, ἐπ' αὐτοῦ λέγεται, τὸ παντὸς ὄγκου καὶ διαστήματος ἐκθετηκός, καὶ τὸ διὰ πάντων ἀκωλύτως χωροῦν. Καίτοι καὶ πάντων στοιχειωτικόν ⁶⁵ αἰτιὸν ἐστὶ τὸ σμικρὸν· οὐδαμῆ ⁶⁶ γὰρ εὐρήσεις τὴν τοῦ σμικροῦ ἰδέαν ἀμέθεκτον. Οὕτως οὖν ἐπὶ Θεοῦ τὸ σμικρὸν ἐκκληπτέον, ὡς ἐπὶ πάντα καὶ διὰ πάντων ἀνεμποδίστως χωροῦν, καὶ ἐνεργοῦν ⁶⁷, καὶ δικνούμενον ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος, ἀρμῶν τε ⁶⁸ καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸν ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας, μᾶλλον δὲ τῶν ὄντων ἀπάντων· οὐ γὰρ ἐστὶ κτίσις ἀφανῆς ἐνώπιον αὐτοῦ. Τοῦτο τὸ σμικρὸν ἄποσόν ἐστὶ, καὶ ἀπήλικον, ἀκρατὲς, ἀπειρον, ἀόριστον, περιληπτικὸν πάντων, αὐτὸ δὲ ἀπερίληπτον.

§ IV.

Idem autem ipsum est supersubstantialiter æternum, inconvertibile, secundum eadem in semetipso manens semper, et eodem modo se habens, omnibus æque præsens, atque ipsum per se et in seipso firmiter et intemerate in pulcherrimis supraessentialis suæ identitatis finibus locatum, immutabile, lapsus expers, permanens, invariable, non permistum, expers materiæ, simplicissimum, non indigens, non augescens, non imminutum, ingenitum, non tanquam nondum factum, aut imperfectum, aut ab hoc aut hoc non factum, neque tanquam nullo modo existens; sed tanquam omnino ingenitum, et absolute ingenitum, et semper existens, et per se perfectum, atque idem secundum se, atque a seipso uniformiter et eadem specie determinatum, atque illud idem etiam omnibus ejus participandi capacibus afflans, et affluentia identitatis, et causa alia aliis coordinans, et identidem in semetipso ea quæ inter se contraria sunt superhabens secundum unam atque unicam causam eminentem totius identitatis.

C Τὸ δὲ ταῦτόν ὑπερουσίως αἰδιον, ἄτρεπτον, ἐφ' ἑαυτοῦ μένον, αἰεὶ ⁶⁹ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον, πᾶσιν ὡσαύτως παρὼν, καὶ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ σταθερῶς καὶ ἀχράντως ἐν τοῖς καλλίστοις πέρασι τῆς ὑπερουσίας ταυτότητος ἰδρυμένον, ἀμετάβλητον, ἀμετάπτωτον, ἀρρέπες, ἀναλλοίωτον, ἀμιγές, ἀῦλον, ἀπλούστατον, ἀπροσδεές, ἀναυξές, ἀμειώτον, ἀγένητον, οὐχ ὡς μήπω γενόμενον, ἢ ἀτελείωτον, ἢ ὑπὸ τοῦδε ἢ τῶδε μὴ γενόμενον, οὐδ' ὡς μηδαμῆ μηδαμῶς ὄν, ἀλλ' ὡς περ παναγένητον ⁷⁰, καὶ ἀπολύτως ἀγένητον, καὶ αἰεὶ ὄν, καὶ αὐτοτελές ὄν, καὶ ταῦτόν ὄν καθ' ἑαυτὸ ⁷¹, καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ μονοσιδῶς καὶ ταῦτοσιδῶς ἀφοριζόμενον, καὶ τὸ ταῦτόν ἐξ ἑαυτοῦ πᾶσι τοῖς μετέχειν ἐπιτηδεύσεις ἐπιλάμπον, καὶ τὰ ἕτερα τοῖς ἑτέροις συντάττον, περιουσία καὶ αἰτία ταυτότητος, ἐν ἑαυτῷ καὶ τὰ ἐναντία ταύτῳ προέχον ⁷² κατὰ τὴν μίαν καὶ ἐνικὴν τῆς ὅλης ταυτότητος ὑπερέχουσαν αἰτίαν.

§ V.

Aliud autem, quia cunctis providentia sua Deus d adest, et propter omnium conservationem fit omnia in omnibus, dum in semetipso propriaque identitate inemananter permanens, et secundum unam incessantem operationem sibi ipsi adhærens, virtute quadam indeficiente semetipso tradit, ad diviniæ formam conversis imprimendam; variarum autem Dei, secundum multifformes visiones, figu-

D Τὸ δὲ ἕτερον, ἐπειδὴ πᾶσι προνοητικῶς ὁ Θεὸς παρέσσι, καὶ πάντα ἐν πᾶσι διὰ τὴν πάντων σωτηρίαν γίγνεται, μένον ⁷³ ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ τῆς οἰκείας ταυτότητος ἀνεκφοιτήτως κατ' ἐνέργειαν μίαν, καὶ ἀπαυστον ἐστηκῶς, καὶ ἑαυτὸν ἐπιτιδούς ἀκλίτῳ δυνάμει πρὸς ἐκθέωσιν τῶν ἐπεστραμμένων· καὶ τὴν ἑτερότητα τῶν ποικίλων τοῦ Θεοῦ κατὰ τὰς πολυειδεῖς ὁράσεις σχημάτων ⁷⁴, ἕτερά τινα τοῖς φαι-

^m Hebr. iv, 12.

VARIÆ LECTIONES.

⁶⁵ αἰτιὸν ἐστὶ, sine adjectivo στοιχειωτικόν, legitur in D. S. Sc. Sar. ⁶⁶ οὐδαμῶς, S. P. ⁶⁷ ἐναργές. ⁶⁸ τε non habent D. S. P. ut nec verba quæ sequuntur, καὶ κριτικὸν ἐνθυμήσεων. Adstipulantur Sc. et Sar., quæ tamen in Paulo, ejus sunt hæc verba, leguntur ad Hebr. iv. ⁶⁹ S. P. distinguunt, μένον, αἰεὶ, κατὰ τὰ αὐτὰ. ⁷⁰ πᾶν, ἀγένητον, S. D. Sar. ⁷¹ καθ' ἑαυτοῦ P. ⁷² περιέχον, D. ⁷³ μένον lege; ita Cod. Vien. ⁷⁴ S. subjungit μορφῶν.

νομένοις παρ' ὃ φαίνονται, σημαίνειν οἰητέον. Ὡς ἄρα εἰ τὴν ψυχὴν αὐτὴν σωματοειδῶς ὁ λόγος διέπλαττε, καὶ μέρη σωματικὰ τῇ ἀμερεῖ περιέπλαττεν, ἐτέρως ἐνοοῦμεν ἐπ' αὐτῇ τὰ περιτιθέμενα μέρη, τῇ ἀμερεῖα τῇ κατὰ ψυχὴν οἰκείως· καὶ κεφαλὴν μὲν τὸν νοῦν, αὐχένα δὲ τὴν δόξαν, (ὡς ἐν μέσῳ λόγου καὶ ἀλογίας·) στηθος δὲ θυμὸν, γαστέρα δὲ τὴν ἐπιθυμίαν, σκέλη δὲ καὶ πόδας τὴν φύσιν ἐλέγομεν, τοῖς τῶν μερῶν ὀνόμασι τῶν δυνάμεων συμβόλοις χρώμενοι· πολλῶ γε μᾶλλον ἐπὶ τοῦ πάντων ἐπέκεινα τὴν ἑτερότητα τῶν μορφῶν καὶ τῶν σχημάτων, ἱεραῖς καὶ θεοπρεπέσι καὶ μυστικαῖς ἀναπτύξεσιν ἀνακαθαίρεσθαι χρή. Καὶ εἰ βούλει τὰ τριττὰ τῶν σωμάτων σχήματα τῷ ἀναφεῖ καὶ ἀσχηματίστῳ Θεῷ περιάψαι, πλάτος μὲν θεῖον ῥητέον τὴν ὑπερκειμένην ἐπὶ πάντα τοῦ Θεοῦ πρόοδον· μήκος δὲ, τὴν ὑπερεκτεινομένην τὰ ὅλα δύναμιν· βάθος δὲ, τὴν πᾶσι τοῖς οὐσίσι ἀπερίληπτον κρυφίτητα καὶ ἀγνωσίαν.

Ἄλλ' ὅπως μὴ λάθωμεν ἑαυτοὺς ἐκ τῆς τῶν ἑτεροίων σχημάτων καὶ μορφῶν ἀναπτύξεως, τὰς ἀσωμάτους θεωνομίας ταῖς διὰ συμβόλων αἰσθητῶν συμφύροντες, διὸ περὶ μὲν τούτων ἐν τῇ Συμβολικῇ θεολογίᾳ⁷⁶· νῦν δὲ αὐτὸ τὴν θεῖαν ἑτερότητα, μὴ ἀλλοιώσιν τινα τῆς ὑπερατρέπτου ταυτότητος ὑποπεύσωμεν, ἀλλὰ τὸν ἐνιαῖον αὐτοῦ πολυπλασιασμόν, καὶ τὰς μονοειδεῖς τῆς ἐπὶ πάντα πολυγονίας προ-

δίδους.

seriimus; nunc autem divinam diversitatem, ne

idem est, esse suspicemur, sed potius multiplicationem singularem, et emanationes simplices ad

omnia.

rarum diversitate, quædam alia ab iis quæ visis insinuantur, significari putandum est. Quemadmodum enim si quis cogitando animam ad corporeæ figuræ modum ipsam repræsentaret, et rei partium experti partes corporeas affingeret, alio modo in ea partes, quæ illi attributæ⁴⁸⁷ essent, intelligeremus, prout nimirum convenit ipsius individuitati; et caput quidem intelligentiam, cervicem vero opinionem (utpote mediam inter rationem atque irrationabilitatem) pectus autem iram, ventrem vero cupiditatem, crura denique ac pedes naturam diceremus, istarum partium nominibus pro facultatum symbolis utendo; ita multo sane potiori ratione, in eo qui omnibus eminent, diversitas illa formarum atque figurarum, sacris quibusdam ac Deo congruis mysticisque explanationibus, anagogice est describenda. Et si tripartitas corporis figuras ipsi Deo, qui tangi ac figurari nequit, attribuire volueris; divina quidem latitudo dicenda est, latissima ad universas res progressio; longitudo autem, potentia quæ supra omnia expanditur; profundum vero, arcanum illud omnibus inaccessum, ejusdemque ignorantio. Verum ne fallamus nosmetipsos, dum variis figuris formisque explicandis insistimus, divinarum rerum incorporeas appellationes cum signorum sensibilibus appellationibus confundendo, de his in Symbolica theologia dis-

mutationem quamdam ejus, qui immutabiliter

idem est, esse suspicemur, sed potius multiplicationem singularem, et emanationes simplices ad

omnia.

§ VI.

Ὁμοιον δὲ τὸν Θεὸν εἰ μὲν ὡς ταῦτόν εἶποι τις, ὡς ὅλον διόλου ἑαυτῷ μονίμως καὶ ἀμερίστως ὄντα ὁμοιον, οὐκ ἀτιμαστέον ἡμῖν τὴν τοῦ ὁμοίου θεωνομίαν. Οἱ δὲ θεολόγοι τὸν ὑπὲρ πάντα Θεόν, ἢ αὐτὸς, οὐδενί φασιν εἶναι ὁμοιον, αὐτὸν δὲ ὁμοιότητα θεῖαν διαιρεῖσθαι τοῖς ἐπ' αὐτὴν ἐπιστρεφομένοις, τῇ κατὰ δύναμιν μιμήσει τὸν⁷⁶ ὑπὲρ πάντα καὶ ὄρον καὶ λόγον. Καὶ ἔστιν ἡ τῆς θείας ὁμοιότητος δύναμις, ἡ τὰ παραγόμενα πάντα πρὸς τὸ αἴτιον ἐπιστρέφουσα. Ταῦτα γοῦν ῥητέον ὅμοια τῷ⁷⁷ Θεῷ, καὶ κατὰ θεῖαν εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν· οὐδὲ γὰρ αὐτοῖς τὸν Θεὸν ὁμοιον, ὅτι μὴδὲ ἄνθρωπος τῇ ἰδίᾳ εἰκόني ὁμοιος ἐπὶ γὰρ⁷⁸ τῶν ὁμοταγῶν δυνατὸν καὶ ὅμοια αὐτὰ ἀλλήλοις εἶναι, καὶ ἀντιστρέφειν ἐφ' ἑκάτερα τὴν ὁμοιότητα, καὶ εἶναι ἄμφω ἀλλήλοις ὅμοια κατὰ προηγούμενον ὁμοίου εἶδος· ἐπὶ δὲ τοῦ αἰτίου καὶ τῶν αἰτιατῶν οὐκ ἀποδεξόμεθα τὴν ἀντιστροφὴν. Οὐ γὰρ μόνους τοῖσδε ἢ τοῖσδε τὸ ὅμοιος⁷⁹ εἶναι διαιρεῖται, πᾶσι δὲ τοῖς ὁμοιότητος μετέχουσι τοῦ εἶναι ὁμοίους ὁ Θεὸς αἴτιος γίγνεται, καὶ ἔστι καὶ αὐτῆς⁸⁰ τῆς αὐτοομοιότητος ὑποστάτης, καὶ τὸ ἐν πᾶσιν ὁμοιον

Similem vero Deum si quis dicat ut eundem, et ut totum per totum sibi unite et impartibiliter similem, non est improbandum nomen divinum *similis*. Theologi tamen Deum, qui est supra omnia, quatenus ipse est, nullius similem esse aiunt, sed ipsum divinam similitudinem dare iis qui ad eum convertuntur, dum eum supra omnem terminum ac rationem pro viribus imitantur. Atque hæc est divinæ similitudinis vis, ut omnia quæ producta sunt, ad auctorem suum convertat. Ista igitur Deo similia dicenda sunt, ut ad ejus imaginem ac similitudinem efficta; non autem Deus iis similis dicendus est, quia ne quidem homo est imagini suæ similis; quoniam quæ æqualia sunt, possunt quidem sibi invicem esse similia, et ad utraque potest ista similitudo recipiari, sint ambo invicem similia secundum principalem speciem similitudinis; in causa vero ad effectus nequaquam admitteremus istiusmodi reciprocationem. Neque enim solis his aut illis dat De . . . ut similia sint, sed causa est cur similia sint omnia, quibuscum

VARIÆ LECTIONES.

⁷⁶ subdit D. εἰρήσεται, P. εἴρησται. ⁷⁷ τῶν, P. S. Sc. ⁷⁸ ἐπὶ μὲν γὰρ, P. D. Sar. ⁷⁹ ὁμοίους, P. Sc. Sar. ⁸⁰ καὶ αὐτῆς, S. Sc.

similitudo **488** est communicata, idemque est **A** ἴχει τινὲ τῆς θείας ὁμοιότητος ὁμοίον ἐστὶ, καὶ τὴν etiam ipsius similitudinis auctor; et quidquid est ἐνωσιν αὐτῶν συμπληροῖ. in omnibus simile, vestigio quodam divinæ similitudinis simile existit, et eorundem conjunctionem explet.

§ VII.

Sed quorsum hæc dicuntur? Nam et ipsamet Scriptura dicit Deum esse dissimilem, nullique conferendum, ut ab omnibus diversum, et, quod magis mirandum est, nihil ei esse simile. Verumtamen nequaquam id ejus similitudini repugnat; nam eadem Deo et similia sunt et dissimilia; similia quidem, secundum possibilem ejus qui participari nequit participationem; dissimilia vero, secundum effectuum a causis differentiam infinitis prorsus parasangis incomparabiliter distantem.

Καὶ τί δεῖ περὶ τούτου λέγειν; Αὐτὴ γὰρ ἡ θεολογία ⁸¹ τὸ ἀνόμοιον αὐτὸν εἶναι πρᾶσθεύει, καὶ τοῖς πᾶσιν ἀσύντακτον, ὡς καὶ πάντων ⁸² ἕτερον, καὶ τὸ δὴ παραδοξότερον, ὅτι μηδὲ εἶναι τι ὅμοιον αὐτῷ φησι. Καίτοι οὐκ ἐναντίος ὁ λόγος τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητι· τὰ γὰρ αὐτὰ καὶ ὅμοια Θεῷ καὶ ἀνόμοια· τὸ μὲν κατὰ τὴν ἐνδεχομένην τοῦ ἀμιμήτου μίμησιν ⁸³· τὸ δὲ, κατὰ τὸ ἀποδέον τῶν αἰτιατῶν τοῦ αἰτίου, καὶ μέτροις ἀπείροις καὶ ἀσυγκρίτοις ἀπολιμπανόμενον ⁸⁴.

§ VIII.

Quid autem de divino statu vel sede dicamus? **B** Quid, inquam, aliud, præterquam manere Deum in seipso, et in eodem statu immobili firme fixum, et supraquam fundatum esse stabiliter, et secundum eadem et circa idem ipsum et similiter operari, et omnino esse a seipso immutabilem, et non posse transmoverti, et esse ex toto immobilem, atque hæc quidem supra substantiam; ipse enim est omnis status et sessionis auctor, qui supra sessionem omnem ac statum existit, et in ipso cuncta consistunt, dum in bonorum suorum statu inconcussa conservantur.

Τί δὲ καὶ περὶ τῆς θείας στάσεως, ἦτοι καθέδρας, φαμέν; Τί δὲ ἄλλο γε, παρὰ τὸ ⁸⁵ μένειν αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεὸν, καὶ ἐν ἀκίνητῳ ταυτότητι μονίμως πεπηγέναι, καὶ ἀραρότως ὑπεριδρῦσθαι, καὶ τὸ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως ἐνεργεῖν, καὶ κατὰ τὸ ἀμετάστατον αὐτὸν ἐξ ἑαυτοῦ πάντως, ὑπάρχειν, καὶ κατὰ τὸ ἀμετακίνητον αὐτὸ, καὶ ὀλικῶς ἀκίνητον, καὶ ταῦτα ὑπερουσίως· αὐτὸς γὰρ ἐστὶν ὁ τῆς πάντων στάσεως καὶ ἔδρας αἴτιος, ὁ ὑπὲρ πᾶσαν ἔδραν καὶ στάσιν, καὶ ἐν αὐτῷ πάντα συνέστηκεν, ἐκ τῆς τῶν οικειῶν ἀγαθῶν στάσεως ἀσάλευτα διαφυλαττόμενα.

§ IX.

Quid porro, quando iterum theologi tradunt, **C** eum qui immobilis est ad universa procedere ac moveri, nonne id etiam ratione quadam Deo congrua intelligendum est? Pie siquidem putandum est ipsum moveri, non secundum delationem, vel immutationem, vel alterationem, vel conversionem, aut localem motum, vel rectum, vel orbicularem, vel ex utrisque constantem, vel intellectilem, vel animale, vel naturalem, sed secundum quod Deus omnia in rerum naturalem producit continetque, atque omnibus modis rebus omnibus providet, omnibus adest incomprehense omnia completendo, idque omnibus providentiæ viis et operationibus. Quin et immobilis Dei motus ratione quadam Deo convenienti possit prædicari. Ac rectus quidem intelligendus de inflexibilitate et indeclinabili progressu operationum, eoque, qui ex ipso est, rerum omnium ortu; obliquus autem de illarum stabili progressu ac secundo statu; circularis denique de identitate ac complexione mediorum atque extremorum quæ continent atque continentur, et de illorum, **489** quæ ab ipso prodierant, ad ipsum conversione.

Τί δὲ, καὶ ὅταν αὐθις αἱ θεολόγοι καὶ ἐπὶ πάντα προϊόντα, καὶ κινούμενόν φασὶ τὸν ἀκίνητον, οὐ θεοπρεπῶς καὶ τοῦτο νοητέον; Κινεῖσθαι γὰρ αὐτὸν εὐσεβῶς οἰητέον, οὐ κατὰ φορὰν, ἢ ἀλλοίωσιν, ἢ ἑτεροίωσιν, ἢ τροπὴν, ἢ τοπικὴν κίνησιν, οὐ τὴν εὐθείαν, οὐ τὴν κυκλοφορικὴν, οὐ τὴν ἐξ ἀμφοῖν, οὐ τὴν νοητὴν, οὐ τὴν ψυχικὴν, οὐ τὴν φυσικὴν ⁸⁶, ἀλλὰ τὸ εἰς οὐσίαν ἄγειν τὸν Θεὸν καὶ συνέχειν τὰ πάντα, καὶ παντοίως πάντων προνοεῖν, καὶ τὸ παρεῖναι ⁸⁷ πᾶσι τῇ πάντων ἀσχέτῳ περιοχῇ, καὶ ταῖς ἐπὶ τὰ ὄντα πάντα προνοητικαῖς προόδους καὶ ἐνεργείαις. Ἀλλὰ καὶ κινήσεις Θεοῦ τοῦ ἀκινήτου, θεοπρεπῶς τῷ λόγῳ συγχωρητέον ὑμῆσαι. Καὶ τὸ μὲν εὐθὺ τὸ ἀκλινὲς νοητέον, καὶ τὴν ἀπαρέγκλιτον πρόδον τῶν ἐνεργειῶν, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ τῶν ὄλων γένεσιν· τὸ δὲ ἐλικοειδὲς τὴν σταθερὰν πρόδον καὶ τὴν γόνιμον στάσιν· τὸ δὲ κατὰ κύκλον τὸ ταῦτόν, καὶ τὸ τὰ μέσα καὶ ἄκρα περιέχοντα καὶ περιεχόμενα συνέχειν, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν τῶν ἀπ' αὐτοῦ προεληλυθότων ἐπιστροφὴν.

VARIÆ LECTIONES.

⁸¹ καὶ αὐτὴ γὰρ ἡ θεολογία, S. ⁸² πᾶσιν, P. Sc. καὶ non est in S. D. ⁸³ præponit P. τοῦ ἀμεθέκτου μέθεξιν, quæ verba sunt in S. et D., sed illa absunt. ⁸⁴ ἀσυγχύτως ἀπολειπόμενον, S. D. ⁸⁵ ἢ παρὰ τό, P. ⁸⁶ τὴν φυσικὴν, D. ⁸⁷ τῷ παρεῖναι, S. Sar.

§ X.

Εἰ δὲ τις τὴν τοῦ αὐτοῦ τῶν λογίων, ἢ τὴν τῆς Α Δικαιοσύνης θεωνυμίαν, ἐπὶ τοῦ Ἰσοῦ λαμβάνοι, ῥητέον Ἰσον τὸν Θεόν, οὐ μόνον ὡς ἀμερῆ καὶ ἀπαρέγκλιτον, ἀλλὰ καὶ ὡς ἐπὶ πάντα καὶ διὰ πάντων ἐπίσης διαφοιῶντα, καὶ ὡς τῆς αὐτοῖσότητος ὑποστάτην, καθ' ἣν Ἰσορρεῖ τὴν δι' ἀλλήλων ἀπάντων ὁμοίαν χώραν, καὶ τὴν τῶν μεταλαμβανόντων ἐπ' Ἰσης μετοχὴν, κατὰ τὴν ἐκάστων ἐπιτηδειότητα, καὶ τὴν Ἰσὴν κατ' ἀξίαν ἐπὶ πάντα νενεμημένην δόσιν⁸⁸, καὶ κατὰ τὸ πᾶσαν ἰσότητα, νοητὴν, νοερὰν, λογικὴν, αἰσθητικὴν, αὐσιώδη, φυσικὴν, θελητὴν ἐξηρημένως καὶ ἐνιαίως ἐν ἑαυτῷ προειληφέναι, κατὰ τὴν ὑπερπάντα πάσης ἰσότητος ποιητικὴν δύναμιν.

sentientem, substantialem, naturalem, voluntariam, virtutem omnia superantem, omnisque æqualitatis effectricem.

Si quis vero in sanctis Scripturis nomen, quo Deus nominatur idem, et quo nominatur justus, in nomine divino, quo nominatur æqualis, accipiat, dicendum est Deum esse æqualem, non solum ut expertem partium, et qui a recto declinare non possit, sed ut in omnia et per omnia æqualiter meantem, et ut per se æqualitatis effectorem, secundum quam æqualiter operatur similem omnium per ipsa inter se incessum, et participationem æqualiter participantium, ut quodque eorum aptum est, et æqualem in omnia pro cujusque dignitate distributionem; et quatenus omnem æqualitatem intellectualem, intelligentem, ratiocinantem, exempte et unite in se ipso anticipavit, secundum

ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. Quoniam vero etiam magnum et parvum, etc. Notanda sunt hic loca Scripturæ ad quæ alludit, scilicet in *Magno*, ad Psalm. lxxxv: *Quoniam magnus es tu*, et Psalmum cxlvi: *Magnus Dominus noster*. In *Parvo*, ad illud Isa. ix: *Parvulus natus est nobis*. Idem, Psalm. ci: *Tu autem idem ipse es*; et I Corinth. xii: *Idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus*. Alterum, Joan. xiv: *Et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis*. Simile, Genes. i: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*; et Psalm. ci: *Similis factus sum pellicano*. Dissimile, II Paralip. vi: *Non est similis tui Deus*. Stans, Psalm. lxxxii: *Deus stetit in synagoga deorum*. Sedens, Psal. xxviii: *Et sedebit Dominus Rex in æternum*. Mobile, Sap. vii: *Omnibus mobilibus mobilior est sapientia*. Immobile, Malach. iii: *Ego Dominus et non mutor*.

§ II. *Ac magnus quidem Deus appellatur*, etc. Hic varias, inquit Lessius, assignat causas: cur Deus dicatur magnus. Primo, quia omnis magnitudinis causa; omnia enim magna ipsius largitione habent, quod magna sint, at propter quod unumquodque tale, illud magis. Secundo, quia non solum magnis omnibus coextenditur, sed etiam extrinsecus sine termino supra circumfunditur et expanditur, sicut lumen circumfunditur pilæ vitreæ ad solem pendentem. Tertio, quia omnem ambit locum, intellige non solum verum (id enim etiam cœlum extimum vel ejus convexa superficies facit), sed etiam imaginarium, quantumvis magnus extra cœlum locus cogitetur. Quarto, quia omnem excedit numerum; nam et numeri magni dicuntur. Hanc numerorum magnitudinem excedit magnitudine potentiæ, sapientiæ, bonitatis et extensionis; plura enim potest, plura novit, pluribus æquivalet, pluribus coexistere et coextendi, ac plura intra sinum amplitudinis suæ admittere potest, quam numero aliquo, quantumvis magno, possint comprehendi. Quinto, quia omnem transiit infinitatem. Est autem infinitas quintuplex. Primo in substantiis, quatenus species rerum excurrunt in infinitum, aliæ aliis sine termino perfectiores, sicut numeri absque termino sunt alii aliis majores; secundo in magnitudine; tertio in duratione; quarto in numeris; quinto in qualitatibus, et in perfectione intensiva. Hanc omnem infinitatem Deus sua magnitudine transit, sese illi veluti coextendens et superextendens, eamque intra se complectens, et totam ambiens; complectitur enim in se et superat omnem dimensionem, omnem æternitatem, omnem multitudinem, omnem perfectionem intensivam, imaginabilem, et omnes rerum species sub multis generibus substantiarum et qualitatium in infinitum excurrentes.

S. Gregorius libro II *Moralium*, capite 42: «Deus, inquit, ipse manet intra omnia et extra omnia, ipse supra omnia et infra omnia, superior per potentiam, inferior per sustentationem, exterior per magnitudinem, interior per subtilitatem, 490 sursum regens, deorsum continens, extra circumdans, interius penetrans; nec alia parte superior, alia inferior, aut alia parte exterior, alia interior; sed unus et idem, totus ubique præsidendo sustinens, et sustinendo præsidens, circumdando penetrans, penetraudo circumdans.» Plura vide apud Lessium libro II *De perfectionibus divinis*, cap. 1.

§ III. *Parvum vero sive subtile in ipso dicitur*. Notat, nomen parvi de Deo dictum nihil vile aut abjectum significare, ut in creatis, sed parvi proprietates, v. g. subtilitatem, penetrabilitatem, incomprehensibilitatem, etc.; excellenter in Deo reperiri sine ulla imperfectione. Confirmat id ex Apostolo ad Hebræos iv, 12, ubi dicitur sermo, seu Verbum Dei, penetrare ad divisionem animæ et spiritus; quoniam examinat et discernit motus et cogitationes animæ, id est animales et spiritus, id est rationales ac spirituales; compagum quoque ac medullarum, id est intinas hominis partes pervadit. S. Gregorius hom. 21 in *Ezechielem*, per compages, cogitationes invicem nexas, per medullas intentiones accipit, ut Apostolus seipsum explicat in sequentibus. Quasi dicat: Omnia omnino intima et abditissima novit, examinat, judicat, vindicat. *Et cogitationum cordis*, quippe καρδιολογώστης, scrutans renes et cor Deus^a.

^a Psal. vii, 10.

VARIE LECTIONES.

⁸⁸ Θεονοουμένην, S.

§ IV. *Idem autem ipsum.* Agit hic de immutabilitate Dei, de qua vide pulchre et fuse apud Lessium lib. III *De perf. divinis.*

Ibidem: *Ingenitum, non tanquam nondum factum, etc.; sed tanquam omnino ingenitum, etc.* Vide Maximum et Pachymierem et divum Thomam ad hunc locum. S. Athanasius in iis quæ contra Monophysitas edidit. « Ingenitum, inquit, id est non creatum, solus Deus est. » Deinceps dubitans, quomodo Dionysio summo theologo in mentem venisset, ut Deum diceret esse supra omne ingenitum, multa ingenita significavit, id est non creata. « Atqui, inquit, quomodo hoc fieri potest? Nemo namque ingenitus, nisi solus Deus. » Post quæ rursus confutans opinionem Manichæorum, Dionysium Alexandrinum citat verbi hujus interpretem, cum ait: « Solet externa philosophia vocare ingenitum omnem naturam inaspectabilem; quibus sic vocatis, Deum dixit theologus Dionysius antecellere. » Et S. Epiphanius: « Ab omni, inquit, causa plane exemptum est ingenitum, quia unum est ingenitum et venerandum. » Quomodo autem *ingenitum* sit proprietas et notio Dei Patris, vide Scholasticos in I parte, quæst. 33, art. 4.

§ V. *Aliud autem quia cunctis providentia sua adest, etc.* Ponit hic, inquit D. Thomas, duos modos quibus nomen *Aliud* Deo competit. Primum, quod omnibus providentia sua sit omnia; secundum, quod diversis visionibus quid aliud a rebus visis de Deo insinuetur. Aliter vocem *aliud* in divinis usurpat Athanasius in *Dialogo orthodoxi et Anomii*, dicens: « Aliud est substantia, et aliud persona, aliud et aliud; compositio igitur. » Et se explicans, ait: « Aliud et aliud dixi, non ut rem aliam et aliam, sed ut aliud significante persona, et aliud substantia: sicut granum frumenti dicitur et est semen, et fructus, non res alia et alia; sed aliud quid significat semen, aliud fructus. » Ubi nota, quod aliud dicitur significare in divinis substantia, et aliud persona; quia licet unam et eandem rem substantia et persona significant, aliter tamen eam significat substantia, et aliter persona; et recte dicitur Græce ἄλλο καὶ ἄλλο, id est *aliud et aliud*, ubi solum est alius et alius modus significandi. Sicut semen et fructus unam rem significant, granum scilicet frumenti; aliud tamen et aliud dicuntur significare, non tanquam aliam et aliam rem, sed quia aliter significat illam unam rem semen, et aliter fructus. Semen enim ita significat granum frumenti, ut intelligamus in eo contineri seminaliter aliud simile, semen enim est, in quo est virtus seminalis ad producendum aliud simile. Fructus autem non sic significat granum frumenti, sed esse fructum alterius sive productum ab alio; sic etiam substantia et persona una res sunt, et unam rem significant, sed aliter rem significat persona, scilicet singulariter, substantia vero communiter. « Quam enim rationem habet commune ad proprium (ait Basiliius in epistola ad Terentium), hanc habet substantia ad personam. » Hic igitur modus diversus significandi unam alioqui et eandem rem, vocatur ab Athanasio aliud et aliud; non quia alia et alia res sit, sed quia una et eadem res alio et alio modo significatur. Possunt enim esse unius rei plura nomina, ut unum nomen plurimum rerum.

Ibidem: *Divina quidem latitudo, etc.* Alludit ad locum Apostoli ad Ephesios III, 18, qui locus commode accipi potest de Christo qua Deus. Licet enim omnes dimensiones in Deo unum sint, unaque immensitas, sitque Deus quasi sphaera intelligibilis carens dimensione, ut explicat Ambrosius, tamen dimensiones in Deo distinguendo, uti in creatis distinguuntur, secundum Dionysium, *latitudo* est providentiæ processus late expansus; *longitudo*, omnipotentia se ad omnia extendens; *profundum*, arcanum Dei ignotum. Secundum alios Patres, *longitudo* æternitas, *latitudo* omnipotentia, *sublimitas* est divina majestas, *profundum* abyssus judiciorum et sapientiæ Dei. Ita sanctus Anselmus, D. Thomas, et alii. Alios 491 sensus vide apud P. Cornelium in *Epistolam ad Ephesios*. Præ reliquis mihi placet explicatio P. Lessii lib. II *De perfectionibus divinis*, cap. 1, ita ut *longitudo* sit Dei longanimitas, et patientia, qua tot sæculis sustinuit peccatores, expectans eos ad poenitentiam; *latitudo* sit ejus charitas, qua omnes gentes, etiam inimicos, complectitur; *sublimitas* gloriæ celsitudo, quam diligentibus se præparavit; *profundum* damnatio et miseriarum abyssus impiis præparata.

§ VI. *Similem vero Deum si quis dicat, etc.* Primo docet, non improbandum nomen *similis* in Deo, quatenus sibi ipsi similis esse dicitur, scilicet unite, impartibiliter, quippe omnis partis, mutationis et alteritatis expers. Simili fere modo loquendi dicitur vir constans et prudens, sibi semper esse similis, quod mores suos secundum virtutem in omni casu et eventu æqua ratione similiter moderetur, scilicet æquam memor in omnibus servare mentem. Secundo dicit, quod licet aliquo modo concedatur, quod creatura sit similis Deo, nullo tamen modo concedendum sit, quod Deus sit similis creaturæ; quia in his, inquit, quæ unius sunt ordinis, recipitur mutua similitudo, non autem in causa et causato. Dei enim quod imago sit similis homini, et non e converso. Et similiter dici potest aliquo modo, quod creatura sit similis Deo; non tamen quod Deus sit similis creaturæ. Hinc D. Thomas, parte I, quæst. 4, artic. 3, quærit, utrum aliqua creatura possit esse similis Deo; et respondet, cum Deus sit universale agens, et principium totius esse, non contentum in aliqua specie vel genere, creaturas ei similes esse, non secundum eandem specificam aut genericam rationem, sed secundum aliqualem analogiam. Cum enim omnis effectus assimiletur suæ causæ, ut quæ necessario in se vel formaliter vel eminenter habet quiddam alteri confert, hinc omnis creatura assimilatur Deo, saltem quatenus est, vel etiam quatenus vivit, et omnium perfectissime rationalis, quæ sola ad imaginem Dei creata est. Etsi autem hæc similitudo consistat in participatione ejusdem formæ, non tamen secundum eandem rationem, sed omnino diversam; nam esse, vivere, sapere, respectu Dei et creaturæ, vel æquivoca, vel valde analogia sunt, ideoque in his non est reciproca similitudo, quia etsi creatura sit similis Deo, Deus tamen non est similis creaturæ, cujus ratio est, quia creatura est facta ad quamdam Dei assimilationem, eumque imitatur, non tamen contra. Unde reciproca similitudo reperitur in illis solis quæ participant formam ejusdem rationis. Vide hæc fusius a D. Thoma loco citato in corpore explicata.

§ VII. *Scriptura dicit Deum esse dissimilem.* Nota cum D. Thoma supra citato, cum sacra Scriptura dicit aliquid non esse simile Deo, id non esse contrarium assimilationi ad ipsum; eadem enim sunt similia Deo et dissimilia. Similia quidem, secundum quod imitantur ipsum, prout valent eum imitari qui non perfecte imitabilis est. Dissimilia vero, secundum quod deficiunt a sua causa, non solum secundum suam intensionem et remissionem, sicut minus album deficit a magis albo, sed quia non est convenientia nec secundum speciem, nec secundum genus.

§ VIII. *Quid autem de divino statu vel sede dicamus.* Nota cum D. Thoma ad hunc locum, Deo tribui stationem et sessionem tripliciter. Primum quidem, quantum ad hoc quod ipse in se existit: Deus enim non stat neque sedet tanquam sustentatus in aliquo altero, sicut nos, sed in seipso manet, non quidem mobiliter, sicut homo tendit in sede, a qua potest removeri; neque secundum aliquam diversitatem sui a se, sicut differt homo a loco in quo sedet aut stat, sed secundum immobilem identitatem; neque ite-

rum communi modo, sicut quælibet res quodammodo est in seipsa, in quantum continetur infra terminos naturæ suæ; sed singulariter est simplex in seipso. Sic enim sibi ipsi innititur, ut a nullo alio dependeat, et sit fixus, et omnibus superlocatus. Secundo, quoad operationem, et hoc est quod dicit Deum *secundum eadem*, id est secundum eandem sapientiam, virtutem et bonitatem et hujusmodi: *et circa idem ipsum*, quantum ad objectum suæ operationis, quia semper ejus operatio est circa seipsum, in quantum intelligendo et amando se omnia operatur; *et similiter secundum modum operationum*, non enim debilitatur aut corroboratur in agendo. Tertio, per remotionem omnis passionis vel transmutationis ab ipso, cum ait: *Omnino esse a seipso immutabilem et non posse transmutari et esse ex toto immobilem*, id est, quod non habeat ex seipso aliquam causam suæ transmutationis, et quod non possit ab aliquo exteriori moveri in contrarium, sed sit totaliter immobilis. *Atque hæc quidem*, inquit, *supra substantiam*; quia nimirum est causa omnis stationis et sessionis quæ in rebus creatis invenitur, in quantum est super omnem sessionem et stationem et omnia stabiliuntur in ipso, qui custodit ea ne commoveantur a statione, et permaneant in propriis bonis.

§ IX. *Pie siquidem putandum est Deum moveri*, etc. Hunc locum edisserens S. Maximus: « Deus, inquit, non movetur aliquo ex istis generibus motus, quin potius motus immobilis, et eodem modo se habentis voluntas ejus dicitur, qua vult esse **492** ea quæ sunt, et emanatio providentiæ ad omnia. Ex his patet, Deum nulla ex iis motionibus, quas Dionysius ingeniose enumeravit, moveri, illa tantum excepta, quæ externa est, et qua creaturas per suas divinas emanationes produxit, multiplicatus, et dispersitius ac distributus, non quatenus ipse est, sed quatenus manens immobilis et impartibilis, et multiplicationem et expers, et eodem prius et postea tenore sola voluntate omnia produxit, neque sic a seipso ullo modo recedens. Quo enim moveretur, qui omnia substantia sua replet? Imo, inquit Cyparissiotus, si una facies maneat, cujus forma nulla parte et nullo modo varietur, et ponamus multas circum facies ex fulgore illius emicare, videor mihi ex hac tenui imagine ac similitudine conjecturam de his facere. Ad hunc modum recte quis dicat, non distribui, aut partitum multiplicari Deum, sed nos potius ab eo, tanquam similitudines et imagines exemplarium ejus, distinctos ac variatos esse, et multiplicationem et partitionem subisse; hujusmodi enim affectiones similitudinibus, non Deo, conveniunt. Sic a Dionysio, rerum divinarum peritissimo, hæc quæ in Deo apparet discretio appellata est: videtur enim, inquit, et dicitur unius Dei discretio et multiplicatio; est tamen nihilominus principium divinitatis supra omnem naturam unus Deus impartibilis in partibus et secum ipse copulatus, et permissionis plurium ac multiplicationis expers.

§ X. *Ut per se æqualitatis effectorem secundum quam*, etc. In elementorum scilicet mistione versatur hujusmodi æqualitatis, quæ si non esset, non fierent generationes in mundo. Si enim aliquod ex elementis exsuperet ac redundet, corrumpitur quod generatur.

Ibidem: *Ut quodque aptum est*, etc. Hoc dicit propter æqualitatem proportionis, sive quæ sunt natura fiant, sive per gratiam; ut non omnes æqualiter illuminantur a sole, nec omnes æqualiter sanctificantur, sed proportionate, ut apti sunt, aut digni habentur.

§ Ibidem: *Quatenus omnem æqualitatem*, νοητὴν καὶ νοεράν, id est *intellectilem et intelligentem*, id est angelicam. Sic enim vocare solet angelos νοητούς καὶ νοερούς, quia habent infra se a quibus intelligantur, et ipsi intelligunt, animæ autem non solent vocari νοηταί, id est *intellectiles*, quia non habent infra se a quibus intelligantur, sed dicuntur ratiocinantes, et νοεραί etiam, id est *intelligentes*, sed non proprie ut angeli. *Sentientem* vero æqualitatem vocat quæ in animalibus reperitur; *substantialem*, quæ in substantialibus (sic vocat quæ sunt sine sensu et motu); *naturalem*, quæ in naturalibus (illa intelligit, quæ qualemunque motionem habent; natura enim est principium motus et quietis); *voluntariam*, in iis qui voluntate præditi sunt, qui volunt juste vivere: justitia enim est quædam æqualitas. Omne porro genus æqualitatis habet Deus anticipatum in se ipso simpliciter, tanquam in ideis et exemplaribus æternisque suis notionibus. Ita sanctus Maximus.

PARAPHRASIS PACHYMERÆ (45).

§ I. Ἐπειδὴ καὶ τὰ προκειμένα ὀνόματα ἐν ταῖς A Γραφαῖς ἐμφαίνονται· μέγας, ὡς τὸ· Μέγας ὁ Κύριος ἡμῶν, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχύς αὐτοῦ· μικρὸς, ὡς ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν, Φωνὴ αὐραὸς λεπτῆς, καὶ κεῖ Κύριος· ταῦτός, ὡς τὸ, Ἐγὼ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοιωμαι· ἕτερος, ὅτε ἄλλως καὶ ἄλλως παρὰ τῷ Ἰεζεκιήλ φαίνεται· ὁμοιος, ὅτε καθ' ὁμοιότητα ἰδίαν δημιουργεῖν τὸν ἄνθρωπον λέγεται· ἀνόμοιος, ὅταν λέγῃ ἐν Ἡσαΐα, Τίτι μὲ ὁμοιώσατε; ἀτε μηδὲν ἔχων ὁμοιον· ἐστὼς, ὅτε λέγει πρὸς Μωϋσῆν· Ὡδε ἐγὼ ἕστηκα πρὸ τοῦ σε ἐκεῖ· καθήμενος, ὡς ὁ Βαρούχ, ὅταν λέγῃ, Σὺ καθήμενος εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ἀλλαχού, Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ ἐμφάνθη· κινούμενος, ὡς τὸ, Ἐπέβη ἐπὶ χερουβὶμ. Ἐπειδὴ γοῦν ταῦτα ἐν ταῖς Γραφαῖς περὶ Θεοῦ εὐρίσκονται, ἄγε δὴ καὶ τὰς τοιαύτας θεωνυμίας,

§ I. Cum proposita quoque nomina in Scripturis afferantur: Magnus, juxta illud, *Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus* °. Parvus, sicut in tertio Regum: *Vox auræ tenuis et ibi Dominus* P. Idem, juxta illud: *Ego sum et non mutor* 9. Alius, quando aliter atque aliter apparet apud Ezechielem. Similis, quando hominem ad suam similitudinem creare dicitur 1. Dissimilis, quando dicit in Isai: *Cui me assimilastis* 2? Uī qui nihil habeat simile. Stans, quando ait ad Moysem: *Hic ego steti, antequam tu esses illic*. Sedens, juxta Baruch, cum dicit: *Tu sedes in sempiternum* 3, et alibi: *Qui sedes super cherubim appare* 4. Motus, juxta illud: *Ascendit super cherubim* 5. Cum itaque hæc in Scripturis de Deo reperiantur, agendum, etiam istiusmodi divina nomina, quoad licet, **493** contemplemur. Dictio-

° Psal. cxlvi, 5. P III Reg. xix, 12. 9 Malach. iii, 6. 1 Genes. i, 26, 27. 2 Isai. xlvi, 5. 3 Baruch. iii, 3. 4 Dan. iii, 55. 5 Psal. xvii, 11.

nem autem simulacrorum a gentilibus ad veritatem traduxit; illi enim quasi quasdam statuas faciebant, manibus pedibusque destitutas, has autem Ἑρμᾶς seu *Mercuriales* appellabant, quippe fixas, quoniam quadratæ erant; vel rerum quarumdam indices: ἔρμῆς enim vim sermonis explicat, quippe profereus id quod insitum et internum. Faciebant itaque illas concavas portas habentes, atque in illis simulacra collocabant deorum quos venerabantur, deforis autem illas claudebant. Viles ergo apparebant istiusmodi Mercurii, verum intra se ipsorummet deorum ornatum continebant. Similiter et hic ait, nomina quidem ipsiusmet existentis ac solius veri Dei, quæ in Scriptura recensentur, videntur quidem indigna Deo; verum explicata, dignam Deo interpretationem habent, et intra se simulacra quædam divinasque figuras divinæ gloriæ continent.

§ H. Magnus Deus appellatur, sed non alterius comparatione, sed secundum sibi propriam magnitudinem; sicut cælum, ut sic dicam, magnum dicitur non respectu alterius cæli alicujus minoris, et sol lucidus, non ad aliquid, sed secundum se. Itaque Deus magnus dicitur, non per alterius collationem, sed propter incomparabilem et vere incomprehensibilem divinæ magnitudinis excellentiam. Dicitur ergo magnus, tanquam qui se omnibus rebus magnis communicet; nihil enim in rebus creatis neque mole neque virtute magnum, quod non dicatur magnum secundum participationem ejus qui omni magnitudini superfunditur, omnemque locum continet, omnemque numerum excedit. Cum enim magnum de quantitate dicatur, idcirco magnitudine tam locum quam numerum comprehendit, quæ sunt species quantitatis, magnitudinem quidem pro linea, superficie et corpore sumens; tempus vero sermonemque vocalem missa faciens, illud quidem, quia temporum est conditor, hunc vero, quia de ipso antea verba fecit, in quantum Deus Verbum appellatur. Locum itaque comprehendit tanquam incorporeum, magnitudinem vero numerumque, quod illa quidem in infinitum dividi, hic vero sine termino augeri possit. Nam idcirco etiam addit: Omnem transiliens infinitatem. Mirabiliter autem ponit, Omnem locum continens, quia locus continet, non continetur, terminus enim est continentis; Deus autem plusquam **494** infinitus existit, quia regni ejus non est finis. Quin etiam supra omnem numerum existit; etsi enim Deus dicatur unus et unum, est tamen etiam plus quam unum, proprie enim unum connexionem habet ad multos numeros ex ipso existentes, et principium est multitudinis. Verum Deus unum dicitur, quia simplex est, et individuum, et incompositum. Quin et sic plus quam unitur, et plus quam unum est; dicitur enim de ipso: *Et scientiæ ejus non est numerus* *. Dicitur etiam magnus, secundum plusquam plenitudinem ac magnificentiam suam, quoniam fontes munerum ipsius ab omnibus participati minime minuuntur.

A καθόσον ἐστὶ, θεωρήσωμεν. Τὴν δὲ λέξιν τῶν ἀγαλμάτων ἐξ Ἑλλήνων ἐπὶ τὸ ἀληθές μετέγαγεν· ἐκεῖνοι γὰρ οἷόν τινας ἀνδριάντας ἐποιοῦν, μήτε χεῖρας μήτε πόδας ἔχοντας· τοὺτους δὲ Ἑρμᾶς ἐκάλουν, δηλονότι στεῖρβους, τετράγωνοι γὰρ ἦσαν· ἢ ἐμφατικὸς τινων· Ἑρμῆς γὰρ ἡ τοῦ λόγου ἐμφασίς, ὡς προφορικὸς τοῦ ἐνδιαθέτου καὶ ἐνδοτέρου. Ἐποιοῦν τοίνυν αὐτοὺς διακένους θύρας ἔχοντας, καὶ ἔσωθεν αὐτῶν ἐτίθεσαν ἀγάλματα ὧν ἐσέθοντο θεῶν, ἐξωθεν δὲ ἀπέκλειον τοὺς Ἑρμᾶς. Ἐφαίνοντο οὖν οἱ Ἑρμαὶ εὐτελεῖς, ἔσωθεν δὲ τοὺς τῶν θεῶν αὐτῶν καλλωπισμοὺς εἶχον. Οὕτω δὴ κἀνταῦθά φησι τὰ μὲν περὶ τοῦ ὄντος καὶ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ ἐν τῇ Γραφῇ ὀνόματα ἀνάξια εἶναι περὶ Θεοῦ λεγόμενα, ἀναπτυσσόμενα δὲ, καὶ ἀξίως Θεοῦ ἐρμηνεύονται, καὶ ἔσωθεν

B ἔχουσι τὰ ἀγάλματα, καὶ τοὺς θεῖους τύπους τῆς περὶ Θεοῦ δόξης.

§ II. Μέγας ὁ Θεὸς ὀνομάζεται, ἀλλ' οὐ πρὸς σύγκρισιν ἐτέρου, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἰδίως αὐτοῦ μέγα· ὡς ὁ οὐρανός, οἷον φέρε εἰπεῖν, λέγεται μέγας, οὐ πρὸς ἄλλον οὐρανὸν μικρότερον, καὶ ὁ ἥλιος φωτεινός, οὐ πρὸς τι, ἀλλὰ καθ' αὐτόν. Ὁ γοῦν Θεὸς μέγας λέγεται οὐ πρὸς ἀντιπαράθεσιν ἐτέρου, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀπαράθετον καὶ ὄντως ἀκατάληπτον τῆς θείας μεγαλειότητος. Λέγεται γοῦν μέγας, ὡς μεταδιδοὺς ἑαυτοῦ πᾶσι τοῖς μεγάλοις· οὐδὲν γὰρ μέγα οὔτε ποσῶ οὔτε μὴν τῇ δυνάμει ἐπὶ τῶν κτισμάτων, ἕπερ οὐ κατὰ μετοχὴν ἐκεῖνου λέγεται μέγα, ὑπερχειομένου παντὸς μεγέθους, καὶ πάντα τόπον περιέχοντος, καὶ πάντα ἀριθμὸν ὑπερβάλλοντος. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ μέγα ἐπὶ ποσῶ λέγεται, διὰ τοῦτο περιλαμβάνει μέγεθος τόπον καὶ ἀριθμὸν, ἅπερ ἐστὶ τοῦ ποιοῦ εἶδη, τὸ μὲν μέγεθος λαβῶν ἀντιγραμμῆς, ἐπιφανείας, καὶ σώματος· χρόνον δὲ καὶ λόγον ἀφείς τὸν προφορικόν· τὸ μὲν, ὅτι ποιητῆς χρόνων, τὸ δὲ, ὅτι περὶ αὐτοῦ ἐμπροσθεν εἶπε, κατὰ τί λόγος τὸ θεῖον λέγεται. Τὸν γοῦν τόπον περιέλαβεν ὡς ἀσώματος, τὸ δὲ μέγεθος καὶ τὸν ἀριθμὸν, ὡς τὸ μὲν ἐπ' ἀπειρον διαιρετὸν, τὸν δὲ ἐπ' ἀπειρον αὐξανόμενον. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ προστίθησι· Καὶ πᾶσαν ἀπειρίαν διαβαῖνον. Θαυμασίως δὲ τίθησι τὸ, Πάντα τόπον περιέχον· ὁ γὰρ τόπος περιέχει, οὐ περιέχεται, πέρας γὰρ ἐστὶ τοῦ περιέχοντος· ὁ δὲ Θεὸς ὑπεράπειρός ἐστι, τῆς βασιλείας γὰρ αὐτοῦ οὐκ ἐστὶ πέρας. Ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πάντα ἀριθμὸν ἐστὶν· εἰ γὰρ καὶ λέγεται ὁ Θεὸς εἷς καὶ ἓν, ἀλλ' οὖν καὶ ὑπὲρ τὸ ἓν ἐστὶ· κυρίως γὰρ τὸ ἓν σχέσιν ἔχει πρὸς τοὺς ἐξ αὐτοῦ πολλοὺς ἀριθμοὺς, καὶ πλήθους ἐστὶν ἀρχή. Ὅμως λέγεται ὁ Θεὸς ἓν, ἐπειδὴ ἀπλοῦν ἐστὶ, καὶ ἀμερῆς, καὶ ἀσύνθετον. Ἀλλὰ καὶ οὕτως ὑπερήνωται, καὶ ὑπὲρ τὸ ἓν ἐστὶ· λέγεται γὰρ περὶ αὐτοῦ· Καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἐστὶν ἀριθμός. Λέγεται καὶ μέγας κατὰ τὸ ὑπερπλήρες αὐτοῦ καὶ μεγαλοῦργόν, ὅτι αἱ πηγαὶ τῶν δωρεῶν αὐτοῦ, παρὰ πάντων μετεχόμεναι, ἀμείωτοί εἰσι.

* Psal. clvi, 5.

§ III. Μικρὸν δὲ πάλιν λέγεται, ὡς οὐδένα ὄγκον ἢ διάστημα πεφυκῶς δέξασθαι, ἀλλ' ὑπὲρ ταῦτα ὦν· καὶ ἄλλως, διότι διὰ πάντων ἀκωλύτως χωρεῖ. Τὸ γὰρ μικρὸν ἀρχοειδέστερόν ἐστι πάντων· καθὼς ἐκ τοῦ μικροῦ πρὸς τὸ μείζον πρόβεισι πάντα τὰ ἐν τῇ αὐξήσει, καὶ πάλιν ἐκ μείζονος πρὸς τὸ μικρὸν καταστῆ τὰ ἐν τῇ μειώσει. Στοιχεῖον δὲ ἐστίν, ἐξ οὗ καὶ συνίσταται τι, καὶ εἰς ὃ ἀναλύεται. Ἡ γοῦν διὰ τοῦτο στοιχειωτικὸν ἐστὶ τὸ μικρὸν, ἢ ὅτι καὶ ἐν τῷ μείζονι τὸ μικρὸν θεωρεῖται, ἐν δὲ τῷ μικρῷ τὸ μείζον οὐ. Ὡς γοῦν ἐν τῷ συνθέτῳ τὰ ἀπλᾶ ἐμφαίνονται, ἐν δὲ τοῖς ἀπλοῖς οὐκέτι τὸ σύνθετον, καὶ ἐν ταῖς συλλαβαῖς δηλονότι τὰ στοιχεῖα, οὐ μὴν ἐν τοῖς στοιχείοις αἱ συλλαβαί· οὕτως ἐνταῦθα τὸ μικρὸν στοιχειωτικὸν λέγεται, ὅτι αὐτὸ μὲν ἐν τῷ μείζονι ἐμφαίνεται, οὐ μὴν δὲ καὶ τὸ ἀνάπαλιν. Οὕτω λέγεται καὶ ἐπὶ Θεοῦ τὸ μικρὸν, δι' ὧν τίθησιν ἀποστολικῶν ῥημάτων, ἐξ ὧν τὸ ὑπεροξυπρον τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ ἐπὶ τὰ ἀσώματα χωρήσεως δηλοῦται. Τὸ γὰρ διικνεῖσθαι τὸν Θεὸν ἄχρι καὶ μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος ἀποφαίνει, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ ἀσώματον τῆς ψυχῆς καὶ ἐνοειδὲς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διαιρεῖσθαι δύναται. Διὸ καὶ τὰς ἐννοίας ὁ Θεὸς οἶδεν, μεταξὺ γὰρ νοῦ καὶ νοήσεως ὁ Θεὸς χωρεῖ, καθὼς εἴρηται· *Σὺ ἔγνωσ τούτους διαλογισμούς μου ἀπὸ μακρόθεν*, ἀλλὰ καὶ μεταξὺ ψυχῆς καὶ πνεύματος, ἐν ᾧ δὴ πνεύματι τὰς αἰσθήσεις ἐπεστηριγμένας ἔχομεν, δι' οὗ καὶ αἰσθητοῖς ἡ ψυχὴ προσβάλλει καὶ τὸ διανοητικὸν τῶν σκέψεων ἔχομεν. Τοῦτο δὲ τὸ πνεῦμα, δύναμιν, καὶ οἰονεὶ δευτέραν ψυχὴν αἰσθητικὴν, οἱ παρ' Ἑλλήσι καλοῦσι σοφοί. Ἡ οὖν αἰσθητικὴ αὕτη ψυχὴ ἐστὶν ἢ μέχρι μυελῶν καὶ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν καὶ ὀστέων, καὶ τοῦ ὅλου σώματος διικνουῦσα, δι' ὧν ἀπάντων διικνεῖται ὁ Θεὸς ἀκωλύτως, τοῖς μὲν διδοῦς σύστασιν, τοῖς δὲ ἐμβαστεύων, ὡς μηδεμίαν κτίσιν, ἀφανῆ εἶναι ἐνώπιον αὐτοῦ. Σημεῖωσαι δὲ περὶ τοῦ πνεύματος, ὅτι ἄλλο ἐστὶ τὸ λεγόμενον πνεῦμα ἐνταῦθα, ὅπερ φαμέν καὶ αἰσθητικὴν ψυχὴν, καὶ ἄλλο ἐκεῖνο τὸ πνεῦμα, περὶ οὗ ὁ μέγας Παῦλός φησιν· *Ὁ ψυχικός ἀνθρώπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος*. Πνεῦμα γὰρ ἐκεῖσε τὸ πνευματικὸν φησὶ χάρισμα, ὅπερ ἐκ τοῦ θείου βαπτίσματος λαμβάνομεν οἱ πιστοί, καρτερίας πνεῦμα, ὑπομονῆς, πραότητος, μακροθυμίας, συντονίας εἰς τὸ ἀγαθόν, καθὼς τοῖς ψυχικοῖς οἱ πνευματικοὶ μωραίνοντες φαίνονται, κἄν ἐκεῖνοι τοῦ ἀληθοῦς ἐξέρχονται, καθὼς καὶ πρόωγ ἐλέγομεν.

§ IV. Πάντα τὰ τῷ Θεῷ προσεῖναι λεγόμενα ὑπερουσίως λέγονται· ὅθεν καὶ ταῦτόν λέγεται ὑπερουσίως ὅτι ἐφ' ἑαυτοῦ μένει, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχει ἰδρυμένον ἐν τοῖς καλλίστοις πέρασι τῆς περὶ τὴν οὐσίαν φαινομένης ταυτότητος. Ἐκ δὲ τῶν περάτων ἐμφαίνεται, ὅτι οὐχὶ ἐστὶ μὲν νῦν ταῦτόν, πέφυκε δὲ ποτε ἐχχυθῆναι εἰς ἑτερότητα· ἐκεῖνο γὰρ ἑτεροιοῦται πολλάκις ἐκ τῆς ταυτότητος, ὅπερ οὐχ ἰδρυται ἐν τοῖς τῆς ταυτότητος πέρασιν. Ὁ δὲ Θεὸς

γ Psal. cxxxviii, 5. ζ I Cor. ii, 14.

§ III. Parvum rursus dicitur, ut quod nullam molem vel distantiam suscipere possit, sed supra hæc existat; et aliter, quia absque impedimento cuncta penetrat. Parvum enim, principium est omnium; quoniam omnia quæ incrementum sumunt, ex parvo in magnum evadunt, et rursus in decremento, ex majori ad id quod minus est redeunt. Elementum autem est id, ex quo etiam aliquid componitur, et in quod resolvitur. Vel idcirco igitur etiam parvum est elementare, vel quia in majori parvum consideratur, non autem magnum in parvo. Sicut ergo in composito simplicia apparent, non autem in simplicibus compositum, et in syllabis v. g. elementa, non vero syllabæ in elementis; ita hic, parvum id quod elementare est dicitur, quoniam ipsum quidem in majori apparet, non autem e contra. Sic dicitur etiam de Deo parvum, propter quod apostolica verba refert, quibus demonstratur velocitas progressus Dei ad res incorporeas. Quod enim pertingat usque ad divisionem animæ et spiritus declarat ipsam quoque incorporeitatem et uniformitatem animæ a Deo dividi posse. Unde Deus quoque cogitationes intelligit, quoniam Deus etiam usque ad intellectum et intellectionem ipsam penetrat, sicut dictum est: *Tu intellexisti cogitationes meas de longe*; quin et inter animam et spiritum, in quo nimirum spiritu sensus habemus stabilitos, per quem etiam anima sensilibus intendit, et vim habemus intelligendi speculationes. Hunc autem spiritum gentiles sapientes vocant *facultatem*, et veluti secundam animam sensitivam animæ. Ergo anima hæc sensitiva penetrat usque ad medullas, et venas, et arterias, et ossa, et totum corpus, ad **495** quæ omnia Deus absque impedimento pertingit; aliis quidem statum impertiens, aliis vero se insinuans, ita ut nulla creatura sit occulta in conspectu ejus. Nota vero circa spiritum, alium esse prædictum spiritum, quem etiam animam sensitivam appellamus, et alium esse illum spiritum, de quo magnus Paulus ait: *Animalis homo non capit ea quæ sunt spiritus*². Spiritum enim ibi vocat gratiam spiritalem, quam fideles in baptismo accipiunt, spiritum fortitudinis, sustinentiæ, mansuetudinis, longanimitatis, intentionis ad bonum, juxta quod viri spirituales hominibus animalibus insanire videntur, quantumvis ipsimet a veritate aberrant, uti superius dicebamus.

§ IV. Hæc omnia quæ Deo inesse dicta sunt, suprasubstantialiter dicuntur; unde etiam id ipsum suprasubstantialiter dicitur, quod in seipso maneat, et secundum eadem eodemque modo stabilitatem habeat in pulcherrimis terminis circa substantiam apparentis identitatis. Ex terminis autem apparet, quod non sit modo quidem idem, aliquando vero possit in alteritatem effundi; quoniam id frequenter ex identitate in alterum mutatur.

quod in terminis identitatis non stabilitur. Deus autem identitatis terminos comprehendit, quomodo ergo aliud aliquando admittere possit? Non dixit autem pro more loquendi suo, ut in aliis per excessum, ut quod excedat terminos identitatis: quoniam deficeret ab identitate, et in aliud incideret, si identitatem excederet. Solet itaque hic Pater in illis excessum nominare, in quibus excessus minime exterminat illa quæ Deum decent; in quibus vero tale quid periculi est, satis esse putat summam de Deo testari. Est itaque Deus immutabilis, et secundum omnem motum immobilis. Dicens autem *ingenitum*, cum multis modis hoc nomen accipiatur, celebriores ejus interpretationes explicat; dicitur enim *ingenitum*, vel quod nædum genitum, sed gignendum est, ut Sara dixit: *Non dum quidem mihi natus est* ^a; vel quod imperfectum est, sicut turris in Chalane ^b; vel ab hoc non factum, ut: *Paulus apostolus non ab hominibus* ^c; vel non hoc factum, sicut: *Justus non unus ex duodecim*; vel id quod penitus nullo modo est, ut quæ fingunt gentiles Scyllam et Chimæram, et similia. Speciatim igitur et absolute, supra hæc omnia *ingenitum* in Deo dicitur; uno enim et **496** eodem modo definitur. Uno modo, propter omnimodam incomparabilitatem divinæ naturæ, eodem modo; propter immutabilitatem. *Αφοριζόμενον* vero est definitum seu demonstratum, a verbo *ὀρίζειν*, vel exemptum et separatum. Et quoniam Deus semper idem et eodem modo se habet, tribuit creaturis, ut in identitate permaneant. Eodem modo igitur omnia, etiam quæ non sunt in eadem natura, in Deo videntur; siquidem Deus est eodem modo, sive similiter, rerum omnium causa.

§ II. Primum itaque dicimus divinam illam pacem ineffabilem ipsius per se pacis esse effectricem, juxta rationes superius allatas de ipsa vita. Totam autem cujusque pacem vocat universam, quatenus omnia, quæ naturis divisa sunt, conciliantur, et ad unum desiderium excitantur; uniuscujusque vero, quatenus quisque unitatem suam servans, minime diffinit ad corruptionem et interitum, quæ superius vocavit infinitum et interminatum. Nota vero, tota quidem dici ad invicem habere conjunctionem, unum vero, ad seipsum unitatem; atque unum quidem contemperatum non diffundi in infinitum, tota vero commista manere inconfusa. Si enim, inquit, etiam elementa ad invicem connexionem et misionem indivulsam habent, attamen horum qualitates suas extremitates, v. g. calorem, siccitatem, et cætera, minime deperdunt in diversarum specierum temperatione, quæ in universo conspicitur. Temperationem autem hoc loco intelligere oportet, non eam quæ in humidis fit, commistionem, quæ et subjecta corrumpit; sed conspirationem: et unius ab altero dependentiam, quæ in compage custodit ea quæ subsunt. Intelligemus itaque unam quamdam simplicem quasi naturam pacis in omnibus consideratam, omnia sibi ipsi, et omnia inter se, atque omnia secum ipsis conjungentem, nec non immista et contemperata conservantem; immista, propria cujusque qualitate; contemperata, ad invicem misione. Per hanc divinæ mentes uniantur cum suis intellectionibus, tum rebus intellectis: intelligunt enim et seipsas, et superiores, atque insuper inferiora. Quando itaque quæ sua sunt, curant, et semetipsas intelligunt, propriis intellectionibus uniantur; quando vero superiora vel inferiora intelligunt, tunc rebus intellectis conjunguntur. Quod enim intelligit, per cognitionem rei cognitæ conjungitur; sicut etiam ignorans dividitur, non comprehendens id quod ignoravit. Porro post hæc uniones (quæ non exstitissent, nisi intelligens secum ipse quodammodo, vel certe cum rebus intellectis pacem inivisset) ad ignotum illum divinumque contactum adducitur. Rursum in animis nostris reperire licet individuum

^f Act. i, 23.

et immaterialem cognitionem, quando omnigenas A
 ratiocinationes ad unam spiritalem puritatem colli-
 gunt; tunc enim ad unionem quoque intellectu
 superiorem, pro captu suo, via quadam et ordine
 pertingunt, per hanc ipsam videlicet naturam pa-
 cis una quædam et indissolubilis elementorum
 omnium connexio existit, collecta quidem incon-
 fuse, quia licet sibi mutuo commisceantur, simul
 tamen eorundem qualitates extremitates suas mi-
 nime perdunt; commista vero indivulsa, quia ex
 hac elementorum mistione una quædam natura
 perficitur. Hæc enim est pax, quæ extrema extre-
 mis per media connectit. Extrema vero dicit, in-
 termedia elementa, terram, aerem, aquam, et
 æthera, quæ sunt etiam secundum omnia contra-
 ria. Media autem, inter terram scilicet et aerem, B
 aqua, quæ cum terra quidem communicat rigore,
 cum aere vero humiditate: et rursum inter aquam
 et æthera medius est aer, qui cum aqua quidem
 communicat humiditate, cum æthere vero calore.
 Hæc etiam extremis universi finibus, qui sunt in-
 animæ substantiæ, in quibus nullus motus accre-
 tionis aut nutritionis aut aliorum consideratur,
 amicitiam impertit, omniaque germana reddit et
 cognata, in quantum ex Deo omnia et ad Deum
 convertuntur: sic enim etiam Apostolus antiquo
 dicto usus est, *Ipsius enim et genus sumus* 5. Dicit
 autem causam secundum quam omnia sunt co-
 gnata, intellectilia videlicet unitatibus, id est se-
 cundum id quod in ipsis quid unum et simplex est,
 et secundum immortalitatis identitatem; sensilia C
 ex diversis elementis, unitationibus, seu commistio-
 nibus, ac talium mistionum collectionibus. Divina
 siquidem pax in uno et eodem omnia demonstrat;
 pertingit enim ad omnia, seque pro cujusque captu
 ac dignitate rebus omnibus communicat; manet
 tota, secundum totam supraquam unita. Siquidem quod supraquam unita, sit ipsa sibi secun-
 dum se totam eadem existit.

§ III. Hic quorundam quodammodo quæstionem
 inserit dicentium: Quomodo omnia pacem appe-
 tant, cum aliqua sint quæ divisione et inimicitia
 gaudeant? Et nunc quidem clare dicit, quæ sint
 quæ diversitate delectentur, in distinctione vero
 519 hæc fusius dirimet. Triplicem itaque rati-
 onem affert, ac primam quidem admittit, se-
 cundam vero tanquam impossibilem rejicit, ter-
 tiam denique moderatur. Si igitur, inquit, cujus-
 que rei proprietatem quis dicat, secundum quam
 hoc quidem ignis, illud vero aqua, et aliud aliud
 quid existit, ut aliam naturam habens, istiusmodi
 diversitatem ego quoque admitto, quam non dico
 distinctionem, sed potius unionem et consistentiam
 cujusque in statu suo: nihil enim eorum quæ sunt
 cupit perdere id quod est; volunt enim omnia cum
 semetipsis pacem habere, atque proprietatem cujus-
 que potius custos est naturæ.

νόησιν ἔνωσιν, οἰκείως ἑαυταῖς, ἰδῶν τινα καὶ τάξει
 προβαίνουσι, διὰ ταύτην τὴν τῆς εἰρήνης δηλαδὴ
 φύσιν, ἢ μία συμπλοκὴ τῶν ἀπάντων στοιχείων καὶ
 ἀδιάλυτος ὑφίσταται, συναγομένη μὲν ἀσυγχύτως,
 ὅτι, εἰ καὶ συναλλήλοις μινύονται, ἀλλ' ὅμως αἱ
 τούτων ποιότητες τὴν ἀκρότητα ἑαυτῶν οὐ παραπ-
 ολλύουσι· συγχεομένη δὲ ἀδιαιρέτως, ὅτι ἐκ τῆς
 τῶν στοιχείων μίξεως μία τις ἀποτελεῖται φύσις.
 Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἢ τὰ ἄκρα τοῖς ἄκροις διὰ
 τῶν μέσων συνδέουσα. Ἄκρα δὲ λέγει τὰ τῶν στοι-
 χείων ἔμμεσα, τὴν γῆν, τὸν ἀέρα, τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν
 αἰθέρα, ἅπερ εἰσὶ καὶ κατὰ πάντα ἐναντία. Μέσα
 δὲ, γῆς μὲν καὶ ἀέρος τὸ ὕδωρ, γῆ μὲν κοινωνοῦν
 τῷ ψυχρῷ, ἀέρι δὲ τῷ ὑγρῷ· καὶ πάλιν τοῦ ὕδατος
 καὶ τοῦ αἰθέρος ἀήρ, ὕδατι μὲν κοινωνῶν τῷ ὑγρῷ,
 αἰθέρι δὲ τῷ θερμῷ. Αὕτη καὶ ταῖς ἐσχάταις τοῦ
 παντὸς ἀποπερατώσεσιν, αἵτινες εἰσιν αἱ ἀψυχοὶ
 οὐσίαι, ἐν αἷς οὐδεμία κίνησις θρεπτικὴ ἢ αὐξητικὴ,
 ἢ τῶν ἄλλων τις θεωρεῖται, τὴν φιλίαν δωρεῖται,
 καὶ πάντα ἀδελφὰ ποιεῖ καὶ συγγενῆ, καθότι ἐκ τοῦ
 Θεοῦ πάντα, καὶ πρὸς Θεὸν ἐπιστρέφουσιν· οὕτω
 γὰρ ἐχρήσατο τῷ παλαιῷ ῥήματι καὶ ὁ Ἀπόστολος·
 Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. Λέγει δὲ τὴν αἰτίαν καθ'
 ἣν ὁμόγνια τὰ πάντα· καὶ τέως τὰ νοητὰ ταῖς ἐνό-
 τησι, κατ' αὐτὸ δὴ τὸ ἐνιαῖον καὶ ἀπλοῦν αὐτῶν,
 καὶ κατὰ τὸ ταῦτὸ τῆς ἀθανασίας· τὰ αἰσθητὰ, ταῖς
 ἐκ τῶν διαφόρων στοιχείων ἐνώσεσιν, ἤτοι συγκρι-
 μασι, καὶ ταῖς συναγωγαῖς τῶν τοιούτων μιγμάτων.
 Ἡ θεία γὰρ εἰρήνη, ἐν ἐνὶ καὶ τῷ αὐτῷ πάντα δει-
 κνύουσα, πρόεισι μὲν ἐπὶ πάντα, καὶ μεταδίδωσιν
 ἑαυτῆς οἰκείως καὶ κατ' ἀξίαν τοῖς πράγμασι· μένει
 δὲ, δι' ὑπεροχὴν ἐνώσεως καὶ εἰρήνης, ὅλη πρὸς
 ὅλην ἑαυτὴν, καθ' ὅλην ὑπερηνωμένη. Ἐπεὶ γὰρ
 ὑπερηνωμένη ἐστίν, αὐτὴ ἑαυτῇ καθόλου ταύτῃ
 ἐστίν

et per excellentiam unionis et pacis, tota secum
 tota, secundum totam supraquam unita, sit ipsa sibi secun-
 dum se totam eadem existit.

§ III. Ἐντεῦθεν ὡς ἀπὸ τινων ἀπορίαν παρενεί-
 ρει, Πῶς, λεγόντων, ἐφίεται πάντα εἰρήνης, ἐπειδὴ
 τινὰ εἰσὶ τῇ διακρίσει καὶ τῇ ἔχθρῃ χαίροντα; Καὶ
 νῦν μὲν σαφῶς λέγει, τίνα εἰσὶ τὰ τῇ ἑτερότητι
 χαίροντα, ἐν δὲ τῇ λύσει διευκρινήσει ταῦτα πλατύ-
 τερον. Τριχῶς γοῦν ποιεῖται τὴν τοῦ λόγου ἔφοδον,
 καὶ τὸν μὲν πρότερον λόγον δέχεται, τὸν δὲ δεύτερον,
 ὡς μὴ δυνάμενον εἶναι, ἀποβάλλεται, τὸν δὲ γὰρ τρί-
 τον θεραπεύει. Εἰ γοῦν τὴν ἐκάστου ιδιότητα, φησὶν
 ὁ λέγων, καθ' ἣν τοῦτο μὲν πῦρ, τοῦτο δὲ ὕδωρ, καὶ
 τοῦτο ἕτερόν τι, ἄλλως τῆς φύσεως ἔχον, τὴν τοιαύτην
 ἑτερότητα καγὼ δέχομαι, ἣν οὐ λέγω διάκρισιν, ἀλλὰ
 μᾶλλον ἔνωσιν πρὸς ἑαυτὸ ἐκάστου καὶ σύστασιν·
 οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων ἐθέλει ἀπολλύειν ὅπερ ἐστί·
 πάντα γὰρ ἐθέλει εἰρηνεύειν πρὸς ἑαυτὰ, καὶ ἡ ἰδι-
 οτης φυλακὴ μᾶλλον τῆς φύσεως γίνεται

§ IV. Καὶ τί λέγω ταῦτα ἐπὶ τοῖς μὴ κινουμένοις, ἀλλ' ἀστασιάζουσιν καὶ ἡσυχάζουσιν, ὅπου γε καὶ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς κινουμένοις καθ' ὅποιαν οὖν κίνησιν, ὡσπερ ἐπὶ ἡλίου ἴδαι τις ἂν, ἢ ἐπὶ τῶν μερῶν τοῦ οὐρανοῦ, ἢ ἐπ' ἄλλων εὐμεταβόλων, καὶ εἰς ἄλλο καὶ ἄλλο βεπόντων; ὡς καὶ τὸ τῆς ἀστραπῆς ἔχει, εὐθέως τὴν κάτω κίνησιν κινουμένης, καὶ πάλιν τὴν ἄνω ἢ τὸ τῆς θαλάσσης, νῦν μὲν κυμαινούσης, νῦν δὲ ἡσυχάζουσας, ὅπου γε λοιπὸν καὶ αὐτὴ ἢ ἀλλεπάλληλος κίνησις οὐ καθίστασι τὴν διαφορὰν καὶ τὴν ἑτερότητα, ἀλλὰ τὸ ταῦτὸν τῆς φύσεως ἀποδείκνυσιν, ὡς τοιαύτην τοῦ πράγματος ἔχοντος φύσιν κινουμένην καὶ μεταπίπτουσαν τῆς εἰρήνης, καὶ τότε αὐτῇ τὴν κινήτικὴν ζῶην ἀκίνητον φυλαττούσης, καθὼς ἔχει φύσεως.

§ V. Εἰ δὲ τὸν δεύτερον λόγον λέγει, ἑτερότητα ἰσχυριζόμενος εἶναι κατὰ τελείαν τῆς εἰρήνης ἐκπτώσιν, καθὼς οἱ Μανιχαῖοι ἔλεγον τὴν ὕλην αὐθύπαρκτον ἀττασίαν καὶ περιφορὰν καὶ ἀπειρίαν, καὶ ἀοριστίαν ἔχουσαν, ἴστω ὡς οὔτε ὄν ἐστι τοῦτο, ὕλη μένουσα καὶ καθ' αὐτὴν ὑφισταμένη· οὔτε μὴν ἐν τοῖς οὐσιν εὐρίσκεται, ὡς εἶναι καὶ αὐτὴν μίαν τῶν εἰδοποιημένων κτισμάτων. Εἰ γοῦν οὔτε εἰδοποιημένον ἐστὶν ὡς τὰ ὄντα, οὔτε μὴν ἀνείδεον μένον ὄν ἐστι, καὶ καθ' αὐτὸν ὑφιστάμενον, πῶς εἴπομεν, ὅτι τὸ τοιοῦτον εἰρήνην οὐκ ἔχει; Εἰ δὲ τὸ τρίτον φησὶν, ὅτι τινές εἰσιν ἀπεχθανόμενοι τῷ ἀγαθῷ, καὶ ταῖς ἔρισι καὶ τοῖς θυμοῖς χαίροντες, φημὶ ὅτι καὶ οὗτοι ἀμαυροῖς εἰδώλοισι τῆς ἀγάπης κατέχονται· ὑπὸ γὰρ παθῶν ἐνοχλούμενοι, καὶ τὰ πάθη κατὰ ἄγνοιαν ὡς καλὰ θέλοντες ἴσθη, δοκοῦσιν εἰρήνης ὀρέγεσθαι, ἐφιέμενοι ἀδεῶς ἀπολαύειν τῶν παθῶν, καὶ οἰόμενοι εἰρηνεύειν ἑαυτοὺς ἐὰν ἀποπληρωθῶσι τῶν ἀεὶ ἀπορρέοντων παθῶν, ἀεὶ ὑπὸ τούτων ἐκταραττόμενοι. Τί ἂν τις εἴποι περὶ τῆς κατὰ Χριστὸν εἰρήνης, καθ' ἣν ἅπας ἐλύθη πόλεμος, καὶ μὴ μόνον οὔτε ἑαυτοῖς, οὔτε ἀλλήλοις, οὔτε ἀγγέλοις μαχησόμεθα, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀγγέλοις συνεργήσομεν, τὴν αὐτὴν αὐτοῖς περὶ τὸ θεῖον σέβας λατρείαν καὶ προσκύνησιν τελούσιν, δι' ἧς εἰρήνης κατήλλαξεν ἡμᾶς ἑαυτῷ, τῷ Πατρὶ τε καὶ τῷ Πνεύματι, περὶ ὧν καὶ ἀλλὰχόσε ἰκανῶς εἴρηται.

§ VI. Ἐντεῦθεν εἰσβάλλει καὶ ἐρμηνεύει, πῶς νοεῖ τὸν Θεὸν αὐτοζωὴν εἶναι, καὶ τῆς αὐτοζωῆς ὑποστάτην, καὶ τὰ ὅμοια, ἐπειδὴ καὶ ἐν ἐπιστολαῖς τοῦτο συνέθετο, καὶ ὁ ἅγιος Τιμόθεος ἠπόρησε περὶ τούτου. Φησὶ τοίνυν, ὅτι οὐκ ἐστὶν ἐναντίον εἰπεῖν τὸν Θεὸν καὶ αὐτοζωὴν, καὶ αὐτοζωῆς ὑποστάτην· λέγεται γὰρ ὁ Θεὸς καὶ ἐκ τῶν ὄντων, ὡς αἰτιατῶν αἴτιος, καὶ μάλιστα ἐκ τῶν πρώτως ὄντων. Πρώτως δὲ ὄντα οἶμαι αὐτὸν εἰρηκέναι τὰς ὑπερκοσμίους φύσεις, ὡς πρώτως καὶ ἀκραιφνῶς τῶν θείων δωρεῶν μετεχοῦσας, ζωῆς, ἀθανασίας, καὶ τῶν λοιπῶν. Ἐκ τῶν ὄντων τοίνυν λεγόμενος ὁ Θεὸς, ὡς αἴτιος ἐκ τῶν αἰτιατῶν λέγοιτο ἂν κατὰ τοῦτο, καὶ ὁ τῆς αὐτοζωῆς ὑποστάτης καὶ αἴτιος, αὐτοζωὴ ἐκ τοῦ αἰτιατοῦ. Τί δὲ ἐστὶν ἡ αὐτοζωὴ αὕτη, παρακατιῶν εἴποι. Ὅταν δὲ αὐτὸς λέγεται ὁ Θεὸς αὐτοζωὴ, ὑπὲρ πᾶσαν

§ IV. Et quid dico hæc de illis quæ non moventur, sed sine deditioe atque in quiete sunt, cum id etiam locum habeat in iis quæ quocunque motu cientur, ut in sole videre quis possit, vel in partibus cæli, vel in aliis quæ facile mutantur, atque in alia atque alia vergunt; sicut etiam in fulgure se res habet, quod extempore deorsum movetur, et iterum sursum; vel in mari, modo quidem procelloso, modo vero tranquillo, ita ut etiam ipsamet alterna motio non constituat differentiam et diversitatem, sed naturæ identitatem demonstrat, quippe natura rei istiusmodi motum et vicissitudinem pro pace sua exigente, et tum etiam mobilem suam vitam immotam conservante, prout ejus natura fert.

§ V. Si vero alteram rationem afferat, confirmans, diversitatem existere per omnimodam a pace prolapsionem, sicut Manichæi dicebant, materiam habere per se subsistentem instabilitatem et circumferentiam, et infinitatem et interminationem, sciat nullum ens esse, quod sic materia maneat, et per se subsistat; neque id etiam in rebus reperiri, cum ipsa etiam una sit ex creaturis illis quæ informantur. Si itaque non sit informata, sicut res cæteræ, neque etiam certe, dum informis manet, res sit, ne per se subsistat; quomodo dicemus id quod tale est non habere pacem? Quod si tertium dicat, aliquos esse qui bono adversantur, et contentionibus et iris gaudeant, dico etiam illos obscuris quibusdam dilectionis simulacris contineri; a passionibus enim agitati, easque per ignorantiam quasi bonas sedare volentes, pacem appetere videntur, dum passionibus impune frui desiderant, et arbitrantur se pacem habere, si continuo fluentibus passionibus repleantur, ab iisdem semper **520** exagitari. Quid porro dicat quis de pace Christi, qua bellum omne dissolutum est, ut non solum neque nobiscum, neque cum invicem, neque cum angelis bellum habeamus, verum etiam ipsis angelis cooperemur, eundem cum ipsis Deo cultum et adorationem exhibentes, qua utique pace conciliavit nos sibi, et Patri, et Spiritui sancto, de quibus etiam alibi satis dictum est.

§ VI. Hic etiam introducit, et explicat, quomodo intelligat Deum esse per se vitam, et per se vitæ conditorem, et similia; quandoquidem id etiam in Epistolis posuerit, et sanctus Timotheus de hoc dubitarit. Ait itaque non pugnare secum, dicere Deum esse per se vitam, et per se vitæ conditorem; dicitur enim Deus, etiam ex rebus tanquam effectuum causa, et maxime ex iis quæ primo loco sunt. Existimo autem ipsum per ea quæ primo loco sunt, intellexisse naturas supramundiales, quippe primo loco liquidoque divina munera participant, ut vitam, immortalitatem, et reliqua. Itaque Deus, qui ex rebus, tanquam causa ex effectis, appellatur, secundum hoc etiam dici possit ipsius per se vitæ conditor et auctor, ex effectu per se vitæ. Quid vero sit hæc per se vita, ita proseguens ait:

Quando autem dicitur Deus per se vita, supra omnem naturam dicitur, id est etiam supra angelos omnemque substantiam spiritalem. Ex uno autem exemplo vitæ, nos etiam de similibus similiter cogitare oportet. Quemadmodum igitur in aliis effectis reperimus, Deum etiam ex his dictum, et rursum supra hæc existere, ignem et supra ignem, mentem et supra mentem, spiritum et supra spiritum, sic etiam per se vita dicitur tanquam ex effectu, et supra ipsam. Quid vero, inquires, est hæc per se vita, cujus effector et causa Deus est? num est res per se subsistens, etiam secundum se considerata? Non hoc dicimus; non enim est aliqua substantia, sive divina sive angelica, illud per se esse causa essentialis omnium, vel per se vita, qua viventia vivunt (solum enim is, qui est substantia suprasubstantialis, principium et causa est ut sint omnia quæ sunt, et ipsum esse). Non itaque dicere licet, principales quasdam esse rerum causas et essentialis conditrices, quemadmodum gentiles multos deos effecerunt, quos nec ipsi neque patres eorum sciverunt. Cæterum hæc dicimus principaliter quidem et causaliter ipsum Deum esse per se ens, per se vitam, per se deitatem: rursum **521** vero participare largiens, inquam, virtutes providentiales. Cum enim Deus imparticipabilis et participabilis sit, imparticipabilis quidem secundum essentialiam (nihil enim eorum quæ sunt essentialis ipsius particeps existit, siquidem secundum propriam naturam existit supra ea quæ sunt) participabilis vero secundum amicas ejus participationes ac distributiones, quatenus res omnes ipsum participant, et per ipsum consistunt. Nam id quod non existit ejus particeps, neque est, neque erit, neque erat; quocirca ens participat per se ens, non ipsam causam entitatis Deum ipsam scilicet essentialiam, sed distributionem ipsius per se entis, secundum quam etiam Deus participabilis existit. Participat item id quod vivit, per se vitam, non ipsam divinam essentialiam, sed ipsam quæ in ipso est per se vitam, divinam, inquam, distributionem, per quam etiam participatur Deus. Hæc prius etiam formas et exemplaria et prædefinitiones appellabat, non confirmans Platonicam doctrinam, absit; sed sensu pio accipiens illa quæ ab ipso viliter et indigne Deo dicta erant. Horum effector Deus esse dicitur, ut qui hæc in se habeat. Deinde etiam universa hæc condidisse perhibetur per essentialis, quæ secundum processionem ab ipso substantialiter subsistunt; tota seu universa dicens, quæ omnino perfecte participant et essentialiam, et vitam, et sanctificationem, et omnia, ut angelicæ virtutes. Tertio etiam ea quæ ex parte sunt; quædam enim participant solam entitatem, quædam et entitatem et vitam, quædam etiam entitatem et vitam et sapientiam; supremæ enim virtutes omnium sunt participes. Sed quid attinet de his dicere, cum præceptor noster divus Hierotheus dicat Deum effectorem deitatis, quem etiam per se pulchritudinem et universam pulchri-

φύσιν λέγεται, ἤγουν καὶ ὑπὲρ ἀγγέλους καὶ πᾶσαν νοερὰν οὐσίαν. Ἐξ ἑνὸς δὲ τῆς ζωῆς, καὶ περὶ τῶν ὁμοίων ὁμοίως ἡμᾶς δεῖ νοεῖν. Ὡς γοῦν ἐπ' ἄλλων αἰτιατῶν εὐρίσκομεν τὸν Θεὸν καὶ ἀπὸ τούτων λεγόμενον, καὶ πάλιν ὑπὲρ ταῦτα ὄντα, πῦρ καὶ ὑπὲρ τὸ πῦρ, νοῦν καὶ ὑπὲρ τὸν νοῦν, πνεῦμα καὶ ὑπὲρ τὸ πνεῦμα· οὕτως καὶ αὐτοζωῆ ὡς ἐξ αἰτιατοῦ, καὶ ὑπὲρ αὐτήν. Τί δὲ, εἰποῖς, ἐστὶν αὕτη ἡ αὐτοζωῆ, ἥς ὁ Θεὸς ὑποστάτης καὶ αἴτιος; ἄρα αὐθύπαρκτόν τι πρᾶγμα καὶ καθ' αὐτὸ θεωρούμενον; Οὐ τοῦτο λέγομεν· οὐδὲ γὰρ ἐστὶ τις οὐσία, ἢ θεία ἢ ἀγγελικῆ, τὸ αὐτοεῖναι αἰτία τοῦ εἶναι τὰ πάντα, ἢ ἡ αὐτοζωῆ τοῦ ζῆν τὰ ζῶντα (μόνον γὰρ τοῦ εἶναι τὰ πάντα, καὶ τοῦ εἶναι, καὶ αὐτὸ τὸ ἐν τοῖς οὐσιν εἶναι, ἀρχὴ καὶ αἰτία ἐστὶν ἡ ὑπερούσιος οὐσία). Οὐκ ἐστὶ γοῦν εἰπεῖν ἀρχικᾶς τῶν ὄντων καὶ δημιουργικᾶς οὐσίας, καθὼς περ οἱ Ἕλληνες, πολλοὺς θεοὺς σχεδιάσαντες, οὓς οὔτε αὐτοὶ ἤδεισαν, οὔτε οἱ πατέρες αὐτῶν. Ἄλλὰ ταῦτά φαμεν, ἀρχικῶς μὲν καὶ αἰτιατῶς αὐτὸν τὸν Θεὸν, αὐτὸν, αὐτοζωῆν, αὐτοθεότητα· μεθεκτῶς δὲ πάλιν ταῦτα, φημί τὰς ἐκδιδομένας προνοητικᾶς δυνάμεις. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Θεὸς καὶ ἀμέθεκτός ἐστι καὶ μεθεκτός, ἀμέθεκτος μὲν κατὰ τὴν οὐσίαν (τῆς γὰρ οὐσίας αὐτοῦ οὐδὲν τῶν ὄντων μετέχει, ὑπὲρ τὰ ὄντα γὰρ ἐστὶ κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν·) μεθεκτός δὲ κατὰ τὰς φιλοδώρους αὐτοῦ μεταδόσεις καὶ δωρεὰς, καθὼς πάντα τὰ ὄντα αὐτοῦ μετέχει, καὶ δι' αὐτοῦ συνέστηκε. Τὸ γὰρ μὴ μετέχον αὐτοῦ οὔτε ἐστὶν, οὔτε ἔσται, οὔτε ἦν· διὰ τοῦτο τὸ ἔν μετέχει τοῦ αὐτοόντος, οὐκ αὐτοῦ τοῦ αἰτίου τοῦ ὄντος Θεοῦ, αὐτῆς δηλαδὴ τῆς οὐσίας, ἀλλὰ τοῦ αὐτοόντος τῆς δωρεᾶς αὐτοῦ, καθ' ἣν καὶ ἐστὶν ὁ Θεὸς μεθεκτός. Μετέχει πάλιν τὸ ζῶν τῆς αὐτοζωῆς, οὐκ αὐτῆς τῆς θείας οὐσίας, ἀλλὰ τῆς ἐν αὐτῷ αὐτοζωῆς, τῆς θείας φημί δωρεᾶς, καθ' ἣν καὶ μετέχεται ὁ Θεός. Ταῦτα ἔλεγεν ἔμπροσθεν καὶ εἶδη καὶ παραδείγματα, καὶ προορισμοὺς, οὐ παριστάμενος τῷ Πλατωνικῷ δόγματι, μὴ γένοιτο· ἀλλ' εὐσεβῶς ἐκλαμβάνων τὰ παρ' ἐκείνου ταπεινῶς καὶ ἀναξίως Θεοῦ λεγόμενα. Τούτων ὑποστάτης λέγεται ὁ Θεὸς εἶναι, ὡς ἐν αὐτῷ ἔχων ταῦτα. Εἶτα καὶ ὅλα αὐτὰ ὑποστήσασθαι λέγεται, διὰ τῶν κατὰ πρόθεον ὑποστασῶν οὐσιῶν ὑπ' αὐτοῦ οὐσιωδῶς· ὅλα λέγων τὰ ὀλοτελῶς μετέχοντα καὶ οὐσίας καὶ ζωώσεως καὶ ἀγιασμοῦ, καὶ πάντων, ὡς αἱ ἀγγελικαὶ καὶ δυνάμεις. Τρίτως τὰ μερικὰ· τινὰ γὰρ μετέχει μόνης ὀντώσεως, τινὰ καὶ ὀντώσεως καὶ ζωώσεως, τινὰ καὶ ὀντώσεως καὶ ζωώσεως καὶ σοφίας· αἱ γὰρ ἀνώταται δυνάμεις τῶν ἀπάντων μετέχουσι. Καὶ τί δεῖ λέγειν, ἔπου καὶ ὁ διδάσκαλος ἡμῶν ὁ ἱερὸς Ἱερόθεος ὑποστάτην εἶπε τὸν Θεὸν τῆς θεότητος, ὃν καὶ αὐτόκαλλος, καὶ ὄλον κάλλος φημί, καὶ μερικὸν κάλλος; οὐχ ὅτι τὸ αὐτὸ ἐστὶ καὶ ὄλον καὶ μερικὸν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν μετεχόντων ἀνίσως τῶν δωρεῶν ὀνομάζεται ὁ τῶν δωρεῶν αἴτιος· καὶ ὁ κατὰ τὴν θεότητα ἀμέθεκτος κατὰ τὰς ἀφθόνας χύσεις τῶν δωρεῶν μετέχεται, ἵν' ἀκριβῶς ὑπερέξη ὁ πάντων αἴτιος ἀπάντων τῶν καθ' ὅποιαν οὐσίαν καὶ φύσιν συνισταμένων ἐν τῷ κατὰ τὰς δωρεὰς μετεχόμενον, κατὰ τὴν οὐσίαν μεθόλωσ μετέχεσθαι.

tudinem dico, et pulchritudinem ex parte; non quod idem totum sit, et ex parte, sed ab iis, qui inæqualiter ejus munera participant, munerum auctor denominatur; et qui secundum divinitatem imparticipabilis est, secundum uberes munerum effusiones participatur, ut perspicue rerum omnium auctor emineat, omnibus secundum quamcunque substantiam et naturam subsistentibus, dum secundum munera participatur, qui secundum essentiam æquaquam participari potest.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ΄.

A

522 CAPUT XII.

Ἐπιτὶ Ἁγίου ἁγίων, Βασιλέως βασιλέων, Κυρίου κυρίων, Θεοῦ θεῶν.

De Sancto sanctorum, Rege regum, Domino dominantium, Deo deorum.

SYNOPSIS CAPITIS.

I. Ponit capituli hujus distributionem. II. Explicat quid sanctitas, quid regnum, quid dominatio, quid deitas significant. III. Quoniam sensu hæc nomina de Deo prædicentur. IV. Quo sensu etiam dicatur Deus esse Sanctus sanctorum.

§ I.

Ἄλλ' ἐπειδὴ καὶ περὶ τούτων ὅσα εἰπεῖν ἔδει, τὸ προσήκον ἀπέληφεν, ὡς οἶμαι, τέλος ὑμνητέον ἡμῖν τὸν ἀπειρώνημον, καὶ ὡς Ἁγίου ἁγίων, καὶ Βασιλέα τῶν βασιλευόντων, καὶ βασιλεύοντα τὸν αἰῶνα καὶ ἐπ' αἰῶνα καὶ ἔτι, καὶ ὡς Κύριον τῶν κυρίων, καὶ Θεὸν τῶν θεῶν. Καὶ πρῶτόν γε ῥητέον, τί μὲν αὐτοαγιότητα εἶναι οἴομεθα, τί δὲ βασιλείαν, τί δὲ κυριότητα, τί δὲ θεότητα, καὶ τί βούλεται δηλοῦν τὰ λόγια τῶν διπλασιασμῶν τῶν ὀνομάτων.

Quoniam vero ea que de his dicenda erant, finem, uti puto, congruum acceperunt, is qui infinita habet nomina modo nobis etiam laudandus est ut Sanctus sanctorum, ut Rex regum, ut in æternum regnans et ultra, et ut Dominus dominorum, et Deus deorum. Primum itaque dicendum, quid sanctitatem ipsam esse censeamus, quid regnum, quid dominationem, quid deitatem, et quid Scripturæ signare velint per illorum omnium geminationem.

§ II.

Αγιότης μὲν οὖν ἐστὶν (ὡς καθ' ἡμᾶς εἰπεῖν,) ἢ παντὸς ἄγους ἐλευθέρα, καὶ παντελής καὶ πάντη ἀχραντος καθαρότης. Βασιλεία δὲ ἢ παντὸς ὄρου, καὶ κόσμου, καὶ θεσμοῦ καὶ τάξεως διανεμησις²⁰. Κυριότης δὲ οὐχ ἢ²¹ τῶν χειρόνων ὑπεροχὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσα τῶν καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν ἢ παντελής παγκτησία, καὶ ἀληθής καὶ ἀμετάπτωτος βεβαιότης· διὸ καὶ κυριότης παρὰ τὸ κύρος²², καὶ τὸ κύριον, καὶ τὸ κυριεύον. Θεότης δὲ ἢ πάντα θεωμένη πρόνοια, καὶ ἀγαθότητι παντελεῖ καὶ πάντα περιθέουσα καὶ συνέχουσα, καὶ ἑαυτῆς ἀποπληροῦσα, καὶ ὑπερέχουσα πάντα τὰ τῆς προνοίας αὐτῆς ἀπολαύοντα.

Sanctitas igitur (ut more nostro loquar) est, ab omni scelere libera, et omnino perfecta et omni ex parte immaculata puritas. Regnum autem est, omnis termini, ac mundi, et legis et ordinis distributio. Dominatio vero non minorum tantum excellentia, verum etiam omnium decorum ac bonorum completa possessio est, et vera et inconcussa firmitas; quapropter dominat ο Græce α κύρος derivato nomine, idem est quod firmatio, firmamentum et firmum, ac firmans seu ratificans. Deitas autem idem est atque omnium conspicax providentia, omnigena bonitate cuncta circumspiciens continensque, et seipsa complens atque transiliens universa quæ ipsius providentia fruuntur.

§ III.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τῆς πάντα ὑπερβαλλούσης αἰτίας ἀπολύτως ὑμνητέον, καὶ προσρητέον, αὐτὴν ὑπερέχουσαν ἀγιότητα, καὶ κυριότητα, καὶ βασιλείαν ὑπερκειμένην, καὶ ἀπλουστάτην θεότητα· καὶ γὰρ ἐξ αὐτῆς ἐν ἐνὶ καὶ ἀθρώως ἐκπέφυκε καὶ διανεμῆται πᾶσα ἀμιγῆς ἀκρίθεια πάσης εἰλικρινοῦς καθαρότητος, πᾶσα ἢ τῶν ὄντων διάταξις τε καὶ διακόσμησις, ἀναρμοστίαν, καὶ ἀνισότητα, καὶ ἀσυμμετρίαν ἐξορίζουσα, καὶ εἰς τὴν εὐτακτον ταύτο-

Hæc itaque omnia de causa illa transcendentali absolute prædicanda sunt, addendumque, ipsam esse supra eminentem sanctitatem, atque dominationem, et regnum omnium supremum, simplicissimamque deitatem; siquidem ex ipsa singulariter et ubertim emanavit atque diffusa est omnis mera perfectio totius sinceræ puritatis, et omnis rerum dispositio atque distinctio, quæ inconcinnitatem et inæqualitatem ac disproportionem extermin-

VARIE LECTIONES.

²⁰ διανεμητικὴ διανεμησις, P. ²¹ οὐχί, D. ²² παρὰ τὸ κυριῶ, S. παρὰ τὸ κύρος καὶ τὸ κυριῶ, D.

nat, et ad bene ordinatam identitatem ac rectitudinem informat, ac continet illa quæ jam digna fuerunt ejus participatione; **523** quin etiam est perfecta, et omnis omnium quæ pulchra sunt possessio, et omnis divina providentia, quæ contemplatur et conservat ea quibus consulit, sequè benigne effert, ad formandam in eis qui ad ipsum convertuntur divinitatem.

Α τητα καὶ ὀρθότητα γαννουμένη, καὶ περιάγουσα³³ τὰ μετέχειν αὐτῆς ἡξιωμένα· πᾶσα ἡ παντελής καὶ πάντων τῶν καλῶν παγκτησία, πᾶσα ἀγαθὴ πρόνοια³⁴, θεωρὸς καὶ συνοχικὴ τῶν προνοουμένων, ἑαυτὴν ἀγαθοπρεπῶς ἐπιτιδοῦσα πρὸς ἐχθέωσιν τῶν ὑπεστραμμένων³⁵.

§ IV.

Quoniam autem universorum auctor rerum omnium plenissimus est, secundum unam, quæ omnibus antecellit, excellentiam Sanctus sanctorum nominatur, uti et cætera secundum supra quam exuberantem causam, et eximiam præcellentiam, **B** ut si quis dixerit: Quanto præstant sancta, vel divina, vel dominantia, vel regia iis quæ non sunt talia, et rursus ipsæ per se participationes participantibus; tanto est omnibus sublimior, qui est supra omnia, et omnium participantium et participationum auctor imparticipabilis. Sanctos vero, et reges, dominosque, ac deos Scripturæ appellant principiores in unoquoque ordines, quorum opera dum inferiores Dei munera participant, eorundem distributionum simplicitatem in suis distinctionibus multiplicant; horum autem varietatem primi ordines provide ac divine ad unitatem suam contrahunt.

Ἐπειδὴ δὲ ὑπερπλήρης πάντων ἐστὶν ὁ πάντων αἷτιος³⁶, κατὰ μίαν τὴν πάντων ὑπερέχουσαν ὑπερβολὴν, Ἄγιος ἁγίων ὑμνεῖται, καὶ τὰ³⁷ λοιπὰ, καθ' ὑπερβλύζουσαν αἰτίαν, καὶ ἐξηρημένην ὑπεροχὴν, ὡς ἂν τις φαίη. Καθ' ὅσον ὑπερέχουσι τῶν οὐκ ὄντων τὰ ὄντα, ἅγια, ἢ θεῖα, ἢ κύρια, ἢ βασιλικά, καὶ αὐτῶν μετεχόντων αἱ αὐτομετοχαί· κατὰ τοσοῦτον ὑπερίδρυνται πάντων τῶν ὄντων ὁ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα, καὶ πάντων τῶν μετεχόντων καὶ τῶν μετοχῶν ὁ ἀμέθεκτος αἷτιος. Ἄγιους δὲ, καὶ βασιλεῖς, καὶ κυρίους, καὶ θεοὺς καλεῖ τὰ λόγια τὰς ἐν ἐκάστοις ἀρχικωτέρας διακροσμήσεις, δι' ὧν αἱ δευτέραι, τῶν ἐκ Θεοῦ δωρεῶν μεταλαμβάνουσαι, τὴν τῆς ἐκείνων διαδόσεως ἀπλότητα περὶ τὰς ἑαυτῶν διαφορὰς πληθύνουσιν· ὧν αἱ πρῶτισται τὴν ποικιλίαν προνοητικῶς καὶ θεοειδῶς πρὸς τὴν ἐνότητα τὴν ἑαυτῶν συνάγουσι.

ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. *Quoniam vero ea quæ de his dicenda erant, etc.* S. Thomas ad hunc locum: Postquam, inquit, Dionysius exposuit divina nomina per quæ significatur emanatio perfectionum a Deo in creaturas, hic exponit nomina Dei quæ designant rerum gubernationem. In qua quidem gubernatione sunt quatuor attendenda: Primo quidem divinæ cognitionis providentia, ad quam pertinet nomen deitatis; secundo, potestas exsequendi sapientiæ divinæ ordinationem, ad quam pertinet nomen dominationis; tertio, ipsa executio gubernationis, ad quam pertinet nomen regis; quarto, gubernationis effectus, qui est munditia ab omni inordinatione, et ad hoc pertinet nomen sanctitatis. De his acute Cyparissius (48): « Sanctitas, inquit, et dominatus, et regnum, et divinitas, absolute quidem in Deo dictæ, silentium ejus sunt beatum, et supra substantiam, extra Deum vero proprietates accipiunt ad creaturam spectantes. Atque illa quidem (id est sanctitas) liberatio est ab omni scelere et macula; dominatus firmitatem veram et a prolepsione liberam exhibet; regnum est distributio omnis regulæ, et ornamenti, et juris, et ordinis; divinitas vero providentia omnia contemplans. »

§ II. *Sanctitas igitur, etc.* Deus (ut docte notat Lessius lib. VIII *De perfectionibus divinis*) sanctus dicitur multis modis, potissimum quinque. Primo radicaliter, quia essentia divina est prima radix et originalis fons omnis sanctitatis et puritatis.

Secundo objective, quia est objectum omnis sanctitatis; omnis enim sanctitas sita est in amore et conjunctione cum Deo. Quare etiam est mensura totius et ipsius sanctitatis, unde nimirum sanctitas suam speciem et modum accipit; sanctitas enim est puritas. Sicut autem impuritas nascitur ex contactu inferiorum, ut cum facies aut vestis luto aspergitur, vel cum anima per affectum inferioribus inordinate inhæret; ita puritas oritur ex contactu superiorum, cum affectus ad sublimiora et nobiliora assurgit, et iis inhæret. Supremum autem omnium et simplicissimum et purissimum est Deus; unde summa puritas consistit in adhæsione cum Deo. Itaque cum summa puritas sit sanctitas, Deus est ratio objectiva et mensura sanctitatis.

524 Tertio dicitur sanctus exemplariter, vel in modum regulæ, quia per legem æternam est regula omnis sanctitatis; conformatio enim affectus cum lege æterna est vera sanctitas.

Quarto formaliter; sanctitas enim formaliter est puritas affectus; puritas autem affectus est amor Dei quia est adhæsio cum eo quod est purissimum et nobilissimum. Quare cum Deus sit amor sui, ipse hac ratione formaliter est sua sanctitas; et quia se amat infinite, quantum nimirum est amabilis, ideo quo-

(48) Decad. v, cap. 9.

VARIÆ LECTIONES.

³³ περιέχουσα, P. ³⁴ θεϊκὴ πρόνοια, P. ³⁵ ἐπεστραμμένων, P. Sur. ³⁶ ὁ παναίτιος, S. ³⁷ κατὰ.

que infinite sanctus est. Similiter quia nihil omnino amat nisi propter seipsum, ideo etiam in amore omnium creaturarum sanctus est.

Quinto dicitur sanctus eminenter et causaliter, tanquam fons et principium omnis sanctitatis et puritatis in creaturis; principium, inquam, efficiens, formale, exemplare et finale. Vide hæc fusius apud Lessium loco citato, et ibidem cap. 2, quodnam sit discrimen sanctitatis divinæ et creaturarum. De dominio item Dei vide ibidem, librum decimum, qui est de hoc argumento.

Dicitur autem *Deus deorum*, eorum dico de quibus scriptum est: *Ego dixi: Dii estis*^b. Deus enim est qui illos sanctificat, et facit deos per participationem. Unde divinæ personæ a Dionysio et a Patribus vocantur *θεαρχικάι*, id est deificæ; et Spiritus sanctus vocatur *ὑπέρθεον Πνεῦμα*, hoc est Spiritus supra deos, quos scilicet sanctificando facit deos, sive in cœlo sive in terra, ut alibi etiam indicatum est, et ex generalibus observationibus colligitur.

§ III. *Hæc itaque omnia de causa illa transcendentali absolute prædicanda.* Ex his (inquit Cyparissios) efficitur manifestum, aliam quidem significationem præ se ferre ea nomina quæ de Deo dicuntur ad aliquid; aliam vero, quæ secundum exsuperationem seu transcendentiam efferuntur; atque illa quidem aliquando supervacua esse et otiosa perfecto opere; hæc vero, quæ secundum exsuperationem enuntiat, semper eodem modo excellentiam declarare. Et probat exemplo fabricationis universi. *Septimo enim die, inquit, requievit ab omnibus operibus suis*ⁱ; quare cessavit a creatione cœli, solis, stirpium, animalium, et, ut universe dicam, ab universo opere quod patrarat. Propter opus enim dictus est tunc Deus fabricator mundi. Est igitur semper fabricator mundi Deus, sed tanquam jam fabricatio mundi desierit; sicut et creator, qui non semper creat; et ad ridendum aptus, qui non semper ridet: hæc autem est, quia solum est, causa et effector Deus (infinitis enim et immensis intervallis effector effectis antecellit). Cum igitur Dionysius excellentiam in his ostendit, in duas partes divisit, in sancta, et non sancta; et in per se participationes, et in participantia. Et quanto, inquit, ea quæ sunt iis quæ non sunt antecellunt, et participationes participantibus; tanto Deus antecellit sanctis et non sanctis, et per se participationibus et participantibus. Excellentia igitur Dei æque pervadit in participantia, et per se participationes; et in sancta aut divina, aut dominantia, aut regia, et in ea quæ non sunt talia. Si autem Deus æque utraque excellit, quam rationem productionis habebunt quæ non sunt sancta, et quæ participant, eandem habebunt sancta, et per se participationes. Quod si illa sunt creaturæ Dei, et hæc igitur sunt creaturæ Dei. Apparent tamen hic etiam proprietates; illa enim (scilicet participantia et participationes) propter finem, cujus causa perfecta sunt, et eorum proprietates est dici ad aliquid, aliquo modo se habere; horum autem (id est quæ secundum excellentiam dicuntur) proprietates est, ex æquo esse infra Deum cum illis quæ participant, et sunt per se participationes, hæc enim et illa facta sunt.

PARAPHRASIS PACHYMERÆ (49).

§ I. Ἄλλ' ἐπειδὴ καὶ περὶ τούτων ἰκανῶς, ὡς ἂν οἶμαι, λέλεκται, ὑμνητέον τὸν ἀπειροδύναμον, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀπειρώνομον, καὶ ὡς Ἁγιὸν ἁγίων, καὶ Βασιλεῖα τῶν βασιλευόντων, κατὰ τὸ ἐν τῇ πρώτῃ ψῆθ' τοῦ Μωϋσείως ἀδόμενον, καὶ ὡς Κύριον τῶν κυρίων, καὶ Θεὸν τῶν θεῶν. Καὶ πρῶτον ῥητέον χωρὶς τοῦ διπλασιασμοῦ, τί ἐστὶν αὐτῶν ἕκαστον· καὶ εἰθ' οὕτως, τί βούλονται αἱ θεῖαι Γραφαὶ διπλασιάζουσαι τὰ ὀνόματα, ἡγουν Ἁγιὸς ἁγίων, καὶ Κύριος κυρίων, καὶ τὰ ὅμοια.

§ II. Ἁγιότης μὲν οὖν ἐστὶν, ὡς κατὰ τὴν τῶν ἔξω ἐτυμολογίαν εἰπεῖν, ἐκ τοῦ α στερητικοῦ καὶ τοῦ ἄγος τὸ μίasma, οἰονεὶ ἀαγιότης καὶ κράσει τῶν δύο α α εἰς α μακρὸν δασυνόμενον, ἀγιότης, δηλονότι ἐστερημένη παντὸς ἄγους. Βασιλεία δὲ ἐστὶν ἡ διανέμησις πάσης τάξεως, καὶ παντὸς τύπου, καὶ πάσης καταστάσεως καὶ εὐθεσίας. Κυριότης δὲ, ἐπεὶ διχῶς κυριεύει τις, ἢ ἐν ᾧ οὐχ ἡττᾶται τῶν χειρόνων, ἢ ἐν ᾧ καὶ τῶν κρειττόνων ἐπιλαμβάνεται, τὸ δεύτερον τίθησιν ὁ ἅγιος, ὡς τοῦ προτέρου ταπεινοῦ παντάπασιν ὄντος ἐπὶ Θεοῦ· διὸ καὶ κυριότης παρὰ τὸ κῦρος ἢ ἐξουσία λέγεται. Θεότης δὲ ἢ ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, καὶ ἐπιτηρεῖν, καὶ προνοεῖν· ἢ ἀπὸ τοῦ περιθεῖν καὶ συνέχειν ἀπανταχόθεν τὰ πάντα, καὶ ἐντὸς αὐτῆς ἅπαντα τὰ τῆς προνοίας ἀπολαύοντα ἀποπληροῦσα· ἐν τῇ χειρὶ γὰρ αὐτοῦ τὰ πάντα, κατὰ τὰς ἱεράς καὶ θείας Γραφάς.

omnia providentiæ muneribus fruentia adimplens. Quoniam omnia, juxta sacras et divinas Scripturas in manu ejus sita sunt

^b Psal. LXXXI, 6. ⁱ Gen. II, 2.

{3} Vide Scholia S. Maximi tom. II, cap. 42 *De divinis nomin.*

§ I. Sed quoniam etiam de his satis, uti arbitror, dictum est, is qui infinita potest, atque adeo etiam infinita nomina habet, nobis quoque celebrandus tanquam Sanctus sanctorum, et Rex regum, prout in primo Moysis cantico canitur, et sicut Dominus dominorum, et Deus deorum. Ac primum dicendum sine geminatione, quid sit quilibet eorum; ac deinde, quid sibi velint divinæ Scripturæ ista nomina duplicantes, sive Sanctus sanctorum, et Dominus dominorum, et similia.

525 § II. Ἁγιότης itaque, seu sanctitas, loquendo secundum externam nominis etymologiam, ex α privativa et voce ἄγος, id est *impuritas*, quasi ἀαγιότης, et gemino α in α longum aspiratum coalescente, ἀγιότης, q. d. id quod omni labe seu impuritate privatum est. Regnum vero est omnis ordinis, omnis formæ et omnis constitutionis æc rectitudinis distributio. Dominatio autem eum dupliciter quis dominetur, quod vel malis non succumbat, vel quod meliora recipiat, seu possideat, sanctus hic secundum ponit, quod illud prius nimis humile sit pro Deo; quamobrem etiam κυριότης, sive *dominatio*, παρὰ τὸ κῦρος, quatenus potestatem significat, denominatur; θεότης vero, seu *divinitas*, ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, id est a videndo, et observando, ac providendo; vel ἀπὸ τοῦ περιθεῖν, id est a circum-eundo, et undique continendo universa, ut in se

§ III. Hæc quidem in Deo absolute laudanda sunt, id est non quidem secundum aliquid, secundum aliquid vero non, vel tanquam ad aliquid aliud relatum, sed secundum simplicem sensum, id est proprie. Sicut enim magnus dicitur de Deo illimitate, et sine comparatione, ac relatione, sic utique etiam hæc nomina. Neque vero solum absolute proferenda sunt, sed etiam secundum excellentiam, dicendo, supra quam sanctitas, et plus quam regnum, et plus quam Dominus, et plus quam Deus; s' quidem ex ipsamet simplicissima divinitate, omnis pura et independens ratio cum sanctitatis tum regni effectibus tribuitur, hanc enim vocat rerum dispositionem, scilicet omnium, et distributionem, quæ omnem inordinationem exterminat, et ad rite ordinatam identitatem adducit illa quæ digna sunt ejus participatione; unde merito una dicitur, siquidem hæc est unitas, identitatis, inquam, et æqualitatis. Hæc est causa conspirationis, et consensionis et salutis universorum, unitatis ratio, quæ secundum eadem et eodem modo se habet. Lætantem vero dixit, sive gaudentem in operibus suis, juxta illud Psalmi dictum: *Lætabitur Dominus in operibus suis* ¹. Rursum ex hac simplicissima divinitate etiam **526** dominatio existit; hanc enim dixit universam esse omnium bonorum possessionem. Hæc est benigna providentia, quæ semetipsam benigne impertit, ad eorum qui ad ipsam convertuntur deificationem.

§ IV. Cum autem sit rerum omnium superplena secundum unam eminentem excellentiam (neque enim multæ sunt in Deo excellentiæ, sed una, illaque eminens), dicitur Sanctus sanctorum, et Rex regum. Ait enim, quantum differt natura pura et causa a qualitate et effectu (hoc enim est illud quod est, respectu illius quod proprie non est) et quantum illud quod participatur ab eo quod participat, tantum differt Deus, dum hæc dicitur, ab iis quæ illa participatione habent; omnia enim ex Deo sunt, solus autem Deus ex nullo. Religiose autem ac pie exponit illa, quæ a quibusdam deorum multitudine dicta putabantur, ex eo quod audirent dici multos deos, juxta illud: *Deus deorum Dominus locutus est* ¹. Præceptores enim qui virtute præstant, virtutem in anima unite collectam habent, docendo autem virtutes aliis communicantes, secundum diversitatem multitudinis eorum qui docentur, etiam virtutem habent multiplicatam. Hoc etiam considerandum in ordinibus incorporeis; hæc utique Dei propria sunt; et sicut ex cratere exuberante vicina quidem vasa prima replentur, deinde ipsa etiam exuberantia in alia vasa diffunduntur, et pro multitudine ac diversitate suscipientium effusa distribuuntur ac multiplicantur; sic crassiori quadam ratione abundantiam distributionis donorum divinorum, per primas dispositiones in omnes distributam esse cogitandum est. Si quidem Aposto-

§ III. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ Θεοῦ ἀπολύτως ὑμνητέον, δηλονότι οὐ κατὰ τι μὲν, κατὰ τι δὲ οὐ, ἢ ὡς πρὸς τι ἕτερον, ἀλλὰ κατὰ ἀπλήν ἔννοιαν, τοῦ ἐστὶ κυρίως. Ὡς γὰρ τὸ μέγας ἐπὶ Θεοῦ λέγεται ἀσχετῶς, καὶ ἀσυγκρίτως, καὶ οὐ πρὸς τι ἕτερον, οὕτω καὶ ταῦτα δὴ τὰ ὀνόματα. Μὴ μόνον δὲ ἀπολύτως ῥητέον, ἀλλὰ καὶ μεθ' ὑπεροχῆς, ὑπεραγιότης, καὶ ὑπερβασιλεία, καὶ ὑπὲρ τὸ κύριος, καὶ ὑπέρθεος· καὶ γὰρ ἐξ αὐτῆς δὴ τῆς ἀπλουστάτης θεότητος πᾶσα διανεμένηται τοῖς αἰτιατοῖς ἀμιγῆς καὶ ἀσχετος ἀκριβεία καὶ τῆς αγιότητος καὶ τῆς βασιλείας· ταύτην γὰρ λέγει διάταξιν τῶν ὄντων, δηλονότι τῶν ἀπάντων, καὶ διακόσμησιν, ἥτις καὶ πᾶσαν ἀταξίαν ἐξορίζει, καὶ εἰς τὴν εὐτακτον ταυτότητα περιάγουσα τὰ ταύτης ἡξιωμένα, εἰκότως ἂν μία προσαγορεύεται· τοῦτο δὲ ἐστὶν ἡ ἐνότης, τὸ τῆς ταυτότητος καὶ ἰσότητος λέγω. Τοῦτο τὸ αἷτιον τῆς συμπνοίας καὶ τῆς συμπαθείας καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ὄλων, ὃ τῆς ἐνότητος λόγος, ὃ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχων. Γαννυμένη δὲ εἶπεν, ἦτοι χαίρουσα ἐπὶ τοῖς οικείοις ποιήμασι, κατὰ τὸ ἐν Ψαλμοῖς εἰρημένον· *Εὐφρανθήσεται Κύριος ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ*. Πάλιν ἐκ ταύτης τῆς ἀπλουστάτης θεότητος καὶ ἡ κυριότης ἐστὶ· ταύτην γὰρ εἶπε πάντων τῶν καλῶν παγκτησίαν. Αὕτη ἡ ἀγαθὴ πρόνοια ἑαυτὴν ἀγαθοπρεπῶς ἐπιδίδωσι πρὸς ἐκθέωσιν τῶν πρὸς αὐτὴν ἐπιστραμμένων.

§ IV. Ἐπειδὴ δὲ ὑπερπλήρης πάντων ἐστὶ κατὰ μίαν ὑπερβολὴν ὑπερέχουσα, (οὐδὲ γὰρ πολλαὶ εἰσιν αἱ παρὰ τῷ Θεῷ ὑπερβολαὶ, ἀλλὰ μία καὶ ὑπερέχουσα) λέγεται Ἅγιος ἁγίων, καὶ Βασιλεὺς βασιλέων. Φησὶ γὰρ, καθόσον διαφέρει φύσις ἀκραιφνῆς καὶ αἰτία ποιότητος καὶ αἰτιατοῦ, (τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ ὄν πρὸς τὸ μὴ κυρίως ὄν) καὶ καθόσον τοῦ μετέχοντος αὐτὸ τὸ μετεχόμενον, κατὰ τοσοῦτον διαλλάττει ὁ Θεὸς ταῦτα λεγόμενος τῶν κατὰ μέθεξιν τοῦτο ἐσχηκότων· τὰ γὰρ πάντα ἐκ Θεοῦ ἐστὶ, μόνος δὲ ὁ Θεὸς ἐξ οὐδενός. Φιλοθέως δὲ μυσταγωγεῖ καὶ τὰ παρὰ τισιν εἰς πολυθεῖαν ὑπονοούμενα, ἐκ τοῦ ἀκούειν πολλοὺς θεοὺς, κατὰ τὸ· *Θεὸς θεῶν Κύριος ἐλάλησεν*. Οἱ γὰρ ἐν ἀρετῇ προὔχοντες διδάσκαλοι τὴν ἀρετὴν ἐν τῇ ψυχῇ ἐνιαίως συνηθροισμένην ἔχουσι· διὰ δὲ τῆς διδασκαλίας, ἑτέροις τὰς ἀρετὰς μεταδίδοντες, πρὸς τὴν διαφορὰν τοῦ πλήθους τῶν διδασκόμενων, πληθυνομένην ἔχουσι τὴν ἀρετὴν. Τοῦτο θεωρητέον καὶ ἐπὶ τῶν ἀσωμάτων τάξεων· ἅπερ δὴ ταῦτα ἰδιά εἰσι τοῦ Θεοῦ· καὶ ὡσπερ ἐκ κρατῆρος ὑπερβλύζοντος, τὰ μὲν πλησιάζοντα σκεύη πρῶτα πληροῦνται, εἶτα καὶ αὐτὰ ὑπερβλύζοντα διαχεῖται εἰς ἕτερα σκεύη, καὶ πρὸς τὸ πλῆθος τῶν δεχομένων καὶ τὴν διαφορὰν μερίζονται καὶ πληθύνονται τὰ ἐκχεόμενα· οὕτω παχυτέρῳ λόγῳ τὴν ἀφθονίαν τῆς μεταδόσεως τῶν θείων δωρεῶν μερίζομένην εἰς ἅπαντας διὰ τῶν πρώτων διακόσμων νοητέον. Καὶ ὁ Ἀπόστολος γὰρ σκεῦος ἐκλογῆς ὠνομάσθη. Σημειω-

¹ Psal. ciii, 31. ¹ Psal. xlix, 1.

τεον δὲ, ὅτι μετὰδοσιν μὲν ἐπὶ Θεοῦ λέγεται καὶ τῶν ἄλλων Θεοῦ δωρεῶν· διάδοσιν δὲ ἐπὶ τῶν πρώτων πρὸς τὰ δεύτερα. Τῆς γοῦν τῶν προτέρων διαδόσεως τὴν ἀκλόνητα τὰ δεύτερα πληθύνουσιν· ὅση γὰρ διάφορα τὰ μετέχοντα, τοσοῦτον καὶ αἱ δωρεαὶ πολυειδεῖς διαφαίνονται. Αὐτὴν δὲ τὴν τῶν δευτέρων ποικιλίαν προνοητικῶς αἱ πρώτισται πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἐνότητητα συναγοῦσι, καὶ ὅσον ἡ ἀναγωγὴ γίνεται, εἰς τὸ ἐνιαῖον πάλιν καταστήσει τῆς ἐκ Θεοῦ μετὰδόσεως.

lus vas electionis appellatus est ^m. Notandum vero, quod communicationem in Deo dicat esse numerum quæ ex Deo sunt, distributionem vero primorum in ea quæ sequuntur. Priorum itaque distributionis simplicitatem posteriora multiplicant; quantum enim differunt ea quæ participant, in tantum etiam munera ista multiformia apparent. Ipsam vero posteriorum varietatem primæ istæ ad suam unitatem provide contrahunt; et in quantum fit adductio, tantum etiam rursus occurrit unitati divinæ communicationis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ.

Περὶ τελείου καὶ ἐνός.

CAPUT XIII.

De perfecto et uno.

SYNOPSIS CAPITIS.

I. Docet, quo sensu Deus dicatur perfectus. II. Quo sensu dicatur unus; et simul ostendit unitatem in rebus omnibus reperiri. III. Unitate sublata, interire omnia, et ex uno Deo omnia existere; et quomodo Deus sit laudandus ut unus, et SS. Trinitas sit eminentissima unitas. IV. Ponit operis conclusionem.

527 § I.

Τοσαῦτα καὶ περὶ τούτων. Ἐπ' αὐτὸ ³⁸ δὲ λοιπὸν, B εἰ δοκεῖ τῷ λόγῳ, τὸ καρτερώτατον ³⁹ χωρῶμεν· καὶ γὰρ ἡ θεολογία τοῦ πάντων αἰτίου καὶ πάντα καὶ ἅμα πάντα κατηγορεῖ, καὶ ὡς ἐν ἀνυμνεῖ. Τέλειον μὲν οὖν ἐστὶν οὐ μόνον ὡς αὐτοτελές, καὶ καθ' ἑαυτὸ ὑφ' ἑαυτοῦ μονοειδῶς ἀφοριζόμενον, καὶ ὅλον δι' ὅλου τελειότατον, ἀλλὰ καὶ ὡς ὑπερτελές κατὰ τὸ πάντων ὑπερέχον· καὶ πᾶσαν μὲν ἀπειρίαν ὀρίζον, παντὸς δὲ πέρατος ὑπερηπλωμένον, καὶ ὑπὸ μηδενὸς χωρούμενον ⁴⁰, ἢ καταλαμβανόμενον, ἀλλὰ καὶ ⁴¹ διατείνον ἐπὶ πάντα ἅμα καὶ ὑπὲρ πάντα ταῖς ἀνεκλείπτους ἐπιδόσεσι καὶ ἀτελευτήτοις ἐνεργείαις. Τέλειον δ' αὖ λέγεται καὶ ὡς ἀναυξές καὶ ἀεὶ τέλειον, καὶ ὡς ἀμείωτον, ὡς πάντα ἐν ἑαυτῷ προέχον, καὶ ὑπερβλύζον κατὰ μίαν τὴν ἄπαιστον καὶ ταύτην καὶ ὑπερ- C πλήρη καὶ ἀνελάττωτον χορηγίαν, καθ' ἣν τὰ τέλεια πάντα τελεσιουργεῖ καὶ τῆς οἰκείας ἀποπληροῦ τελειότητος.

Atque ista de his dicta sint. Cæterum, si placet, ad id quod potissimum est sermonem transferamus: etenim theologia rerum omnium auctori cum omnium simul omnia tribuit, et ipsum ut perfectum et ut unum laudat. Perfectus itaque est, non tantum seipso perfectus, et per se a seipso uniformiter definitus, totusque secundum se totum perfectissimus; verum etiam ut supraquam perfectus, secundum omnium excessum; atque omnem quidem infinitatem definiens, supra omnem vero finem expansus, et a nullo comprehensus aut contentus, sed ad omnia pariter et supra omnia indeficientibus largitionibus et nunquam finiendis operationibus pertingens. Perfectus item dicitur, ut qui nullum accipiat incrementum, semperque perfectus sit, nec minui possit, omnia in seipso præhabens, et exuberans una et eadem incessabili et supraquam plena et inminuibili largitione, per quam omnia perfecta perficit, et unumquodque congrua sibi perfectione adimplet.

§ II.

Ἐν δὲ, ὅτι πάντα ἐνιαίως ἐστὶ κατὰ μιᾶς ἐνότητος ⁴² ὑπεροχὴν, καὶ πάντων ἐστὶ τοῦ ἐνὸς ἀνεκφοιτήτως αἰτίον· οὐδὲν γὰρ ἐστὶ τῶν ὄντων ἀμέτοχον τοῦ ἐνός, ἀλλ' ὡσπερ ἅπας ἀριθμὸς μονάδος μετέχει, καὶ μία δυάς, καὶ δεκάς λέγεται, καὶ ἡμισυ ἐν, καὶ τρίτον καὶ δέκατον ἐν, οὕτω πάντα καὶ πάντων ⁴³ μέρη τῶν ἐνός μετέχει, καὶ τῷ εἶναι ⁴⁴ τὸ ἐν, πάντα ἐστὶ τὰ ὄντα· καὶ οὐκ ἐστὶ τὸ πάντων αἰτίον ἐν τῶν πολλῶν ἐν, ἀλλὰ πρὸς παντὸς ἐνός ⁴⁵ καὶ πλήθους, καὶ παντὸς ἐνός καὶ πλήθους ὀριστικόν· οὐδὲ D

Unus autem, quia est omnia unice secundum excellentiam unius unitatis et omnium causa, non amittendo suam unitatem; nihil enim illius unius expers est, sed quemadmodum omnis numerus participat unitatem, atque unus binarius denariusque dicitur, et dimidium unum unaque tertia decimaque; similiter etiam omnia et quælibet particula particeps est unius, et hoc ipso quo quid unum sunt, etiam omnia sunt quæcumque sunt. Neque vero unum illud, quod est omnium causa, unum

^m Act. ix, 15.

VARIÆ LECTIONES

³⁸ sic correctum in D. Sar. ἐπαυτῷ. ³⁹ καρτερικώτατον, P. ⁴⁰ χειρούμενον, S. ⁴¹ καὶ non est in S. D. ⁴² ἐνώσιως, Ch. ⁴³ καὶ πᾶν τῶν πάντων, Ch. D. ⁴⁴ καὶ δὴ καί, D. ⁴⁵ παντὸς αἰῶνος, D.

quid est ex pluribus, sed quod ante omne unum omnemque multitudinem, omne unum multitudinemque definit: neque enim unquam multitudo expers est unius, sed ea quæ sunt multa partibus, sunt quid unum toto; et quæ sunt multa accidentibus, **528** sunt quid unum subjecto; et quæ sunt multa numero vel virtutibus, sunt quid unum specie; et quæ sunt multa speciebus, sunt quid unum genere; et quæ sunt multa processionibus, sunt quid unum principio; neque quidquam est in rerum natura, quod non secundum aliquid participet unum in illo, quod per omnia unicum est, et omnia, etiam, tota universa et opposita, unice anticipavit. Ac sine uno quidem non erit multitudo, sed sine multitudine erit unum, sicut et unitas ante omnem numerum multiplicatam; et si quis omnibus omnia quæ unita sunt supposuerit, omnia erunt in toto quid unum.

§ III.

Illud præterea sciendum, ut secundum uniuscujusque speciem præconceptam uniri dicantur ea quæ unita sunt, sitque unum omnium quasi elementum; et si sustuleris unitatem, neque totalitas, neque particula, neque aliud quidpiam in rebus erit; omnia enim in se unum uniformiter anticipant et complectuntur. Hac itaque ratione Scriptura totum Deum, tanquam omnium causam, sub unius appellatione laudat; atque hoc modo unus est Deus et Pater, et unus Dominus Jesus Christus, atque unus idemque Spiritus, per supraquam abundantem totius divinæ unitatis indivisibilitatem, in qua omnia unice sunt conjuncta, et supraquam unita, et præexistentia supra substantiam. Quapropter etiam ad ipsam omnia jure merito referuntur, eique attribuuntur, a qua, et ex qua, et per quam, et in qua, et ad quam omnia sunt, et componuntur, et manent, et continentur, et complentur, et convertuntur: neque quidquam reperies eorum quæ sunt, quod non ex uno illo, secundum quod omnis divinitas supraessentialiter nominatur, et sit id quod est, et perficiatur ac conservetur. Oportet itaque et nos, a multis ad unum virtute divinæ unitatis conversos, singulariter laudare totam et unam divinitatem, unum, quod est omnium causa, ante omne unum et multitudinem, et partem et totum, finitionem et infinitationem, finem et infinitatem, omnia quæ sunt et ipsum esse determinat; et omnium et totorum omnium, et simul ante omnia et supra omnia etiam unice causam, et quod supra ipsum unum, est id quod est et ipsum unum determinat, siquidem quod est unum, **529** iis quæ sunt annumeratur; numerus enim particeps essentiae est. Quod autem est unum supra substantiam, et

A γάρ ἐστι πλῆθος ἀμέτοχόν πη τοῦ ἐνός, ἀλλὰ τὸ μὲν πολλὰ τοῖς μέρεσιν ἐν τῷ ὅλῳ· καὶ τὸ πολλὰ τοῖς συμβεβηκόσιν ἐν τῷ ὑποκειμένῳ· καὶ τὸ πολλὰ τῷ ἀριθμῷ ἢ ταῖς δυνάμεσιν ἐν τῷ εἶδει· καὶ τὸ πολλὰ τοῖς εἶδεσιν ἐν τῷ γένει· καὶ τὸ πολλὰ ταῖς προόδοις ἐν τῇ ἀρχῇ· καὶ οὐδὲν ἐστὶ τῶν ὄντων, ὃ μὴ μετέχει πη τοῦ ἐνός τοῦ ἐν τῷ κατὰ πάντα ἐνικῶ ⁴⁶, πάντα καὶ ὅλα πάντα, καὶ τὰ ἀντικείμενα καὶ ἐνιαίως προσειληφότος ⁴⁷. Καὶ ἄνευ μὲν ⁴⁸ τοῦ ἐνός οὐκ ἐστὶ πλῆθος, ἄνευ δὲ τοῦ πλήθους ἐστὶ τὸ ἐν, ὡς καὶ μονὰς πρὸ παντός ἀριθμοῦ πεπληθυσμένου· καὶ εἰ πᾶσι τὰ πάντα ἠνωμένα τις ὑπόβοιτο ⁴⁹, τὰ πάντα ἐστὰ τῷ ὅλῳ ἐν.

B Ἄλλως τε καὶ τοῦτο ἰστέον, ὅτι κατὰ τὸ ἐνός ἐκάστου προεπινοούμενον εἶδος ἠνωσθαι λέγεται τὰ ἠνωμένα, καὶ πάντων ἐστὶ τὸ ἐν στοιχειωτικόν· καὶ εἰ ἀνέλης ⁵⁰ τὸ ἐν, οὔτε ὀλότης, οὔτε μόριον, οὔτε ἄλλο οὐδὲν τῶν ὄντων ἐστὶ· πάντα γὰρ ἐν ἑαυτῷ τὸ ἐν ἐνοσιδῶς προεβλήθη τε καὶ περιεβλήθη. Ταύτη γοῦν ἡ θεολογία τὴν ὅλην θεαρχίαν, ὡς πάντων αἰτίαν, ὑμνεῖ τῇ τοῦ ἐνός ἐπωνυμίᾳ, καὶ εἰς Θεὸς ὁ Πατήρ, καὶ εἰς Κύριος ⁵¹ Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ἐν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς ὅλης ⁵² θεϊκῆς ἐνότητος ἀμέρειαν, ἐν ἣ πάντα ἐνικῶς συνῆκται, καὶ ὑπερήνωται, καὶ πρόσσεστιν ὑπερουσίως. Διὸ καὶ πάντα ἐπ' αὐτὴν ἐνδίκως ⁵³ ἀναπέμπεται καὶ ἀνατίθεται, ὑφ' ἧς, καὶ ἐν ἧ, καὶ εἰς ἣν πάντα ἐστὶ, καὶ συντέταχται, καὶ μένει, καὶ συνεχέεται, καὶ ἀποπληροῦται καὶ ἐπιστρέφεται· καὶ οὐκ ἂν εὐροις τι τῶν ὄντων, ὃ μὴ τῷ ἐνὶ καθ' ὃ πᾶσα ἡ θεότης ὑπερουσίως ὀνομάζεται, καὶ ἐστὶ τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ, καὶ τελειοῦται, καὶ διασώζεται. Καὶ χρῆ καὶ ἡμᾶς, ἀπὸ τῶν πολλῶν ἐπὶ τὸ ἐν τῇ δυνάμει τῆς θεϊκῆς ἐνότητος ἐπιστρεφομένους, ἐνιαίως ὑμνεῖν τὴν ὅλην καὶ μίαν Θεότητα, τὸ πάντων αἰτίον ἐν, τὸ πρὸ παντός ἐνός καὶ πλήθους ⁵⁴, καὶ μέρους καὶ ὅλου, καὶ ἔρου καὶ ἀρριστίας, καὶ πέρατος καὶ ἀπειρίας, τὸ πάντα τὰ ὄντα καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι ὀρίζον, καὶ πάντων καὶ ὅλων πάντων ⁵⁵, καὶ ἅμα καὶ πρὸ πάντων, καὶ ὑπὲρ πάντων, καὶ ἐνικῶς αἰτίον, καὶ ὑπὲρ αὐτὸ τὸ ἐν ὄν, καὶ αὐτὸ τὸ ἐν ὄν ὀρίζον, ἐπεὶπερ τὸ ὄν ἐν, τὸ ἐν τοῖς οὔσιν, ἐνάριθμόν ἐστιν· ἀριθμὸς δὲ οὐσίας μετέχει. D Τὸ δὲ ὑπερουσίον ἐν, καὶ τὸ ὄν ἐν, καὶ πάντα ἀριθμόν ὀρίζει, καὶ αὐτὸ ἐστὶ, καὶ ἐνός, καὶ ἀριθμοῦ, καὶ παντός ὄντος ἀρχὴ καὶ αἰτία, καὶ ἀριθμὸς καὶ τάξις. Διὸ καὶ μονὰς ὑμνουμένη, καὶ τριάς ἡ ὑπὲρ πάντα Θεότης, οὐκ ἐστὶν οὐδὲ ⁵⁶ μονὰς, οὐδὲ τριάς ἡ πρὸς ἡμῶν, ἢ ἄλλου τινός τῶν ὄντων ⁵⁷ διεγνωσμένη,

VARIAE LECTIONES.

⁴⁶ κατὰ πᾶν ἐνικῶ, P. ⁴⁷ προσυνηληφότος, D. ⁴⁸ καὶ ἄνευ μέντοι, D. ⁴⁹ ὑποβοῖτο, D. ⁵⁰ ἀνέλοις, D. ⁵¹ εἰς ὁ Θεὸς Πατήρ καὶ εἰς ὁ Κύριος, S. P. D. ⁵² τοῖς ὅλοις, D. ⁵³ ἐνικῶς, Ch. D. ⁵⁴ αἰώνος καὶ πλήθους, D. ⁵⁵ καὶ ὅλων καὶ πάντων, P. ⁵⁶ οὐκ ἐστὶ δὲ οὐδέ, P. ⁵⁷ τῶν ὄντων non habet D.

ἀλλὰ ἵνα καὶ τὸ ὑπερῆνωμένον αὐτῆς καὶ τὸ θεογό-
νον ἀληθῶς ὑμνήσωμεν⁵⁸, τῇ τριαδικῇ καὶ ἐνιαῖα
θεωνυμίᾳ, τὴν ὑπερῶνυμον ὀνομάζομεν, τοῖς οὖσι
τὴν ὑπερουσίον. Θύδεμια δὲ μονάς, ἢ τριάς, οὐδὲ⁵⁹
ἀριθμὸς, οὔτε ἐνότης, ἢ γονιμότης, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν
ὄντων ἢ τινι τῶν ὄντων συνεγνωσμένων⁶⁰, ἐξάγει
τὴν ὑπὲρ πάντα καὶ λόγον καὶ νοῦν κρυφιοῦτητα
τῆς ὑπὲρ πάντα ὑπερουσίως ὑπερούσης ὑπερθεότη-
τος⁶¹· οὐδὲ ὄνομα αὐτῆς ἐστίν, οὐδὲ λόγος, ἀλλ' ἐν
ἀθάτοις ἐξήρηται. Καὶ οὐδὲ αὐτὸ τὸ τῆς ἀγαθότητος,
ὡς ἐφαρμόζοντες αὐτῇ, προσφέρομεν, ἀλλὰ πόθῳ τοῦ
ἐννοεῖν⁶² τι καὶ λέγειν περὶ τῆς ἀρρήτου φύσεως
ἐκείνης, τὸ τῶν ὀνομάτων⁶³ σεπτότατον αὐτῇ πρῶ-
τως ἀφιερῶμεν· καὶ συμφωνήσοιμεν ἂν⁶⁴ κἂν τούτῳ
τοῖς θεολόγοις, τῆς δὲ τῶν πραγμάτων ἀληθείας ἀπο-
λειφθησόμεθα. Διὸ καὶ αὐτοὶ τὴν διὰ τῶν ἀποφάσεων

ἄνοδον προτετιμῆκασιν, ὡς ἐξιστῶσαν τὴν ψυχὴν τῶν
Cum theologia mystica (ut Isagoges cap. II, ostendimus) sit ordinis supernaturalis, et naturalem captum penitus transcendentis, S. Dionysius sacrosancte, uti par est, ad eandem se comparat per orationem, et sanctissimæ Trinitatis invocationem; sciebat quippe vir sanctissimus, theologiæ hujus disciplinam marte conative proprio minime acquiri, nedum tradi posse; sed summo ac singulari supremi Numinis beneficio acceptam referri, atque ex ejusdem instinctu atque inspiratione tractari, solisque tanti doni capacibus communicari debere. Quapropter non, sicut in aliis theologiæ partibus fieri assolet, simpliciter lumen aliquod, quo illustretur, expostulat; sed illam ipsammet theologiæ ipsius mysticæ gratiam maximeque insignem prærogativam, qua ad supremam ejus apicem perducatur. Id enim discriminis intercedit inter hanc et alias theologicæ disciplinas, quod in aliis minime necessarium sit eorum quæ tractantur experimentum, seu ipsa possessio, sed tantum lumen aliquod, quo intellectus naturam proprietatesque objecti suo modo agnoscat ac perscrutetur; at mystica theologia, ipsa intra se objectum suum intime complectitur, Deum videlicet, atque intimam cum Deo unionem subsistit ac completur, quæ pura et ardentem in Deum conversione obtinetur, quam non nisi divina gratia præstare potest. Hanc ergo cum Deo conjunctionem in ipso hujus libri limine sibi apprecatur, nec non precando simul huic operi præfatur. Ubi observandum est, deprecatoriam hanc præfationem, totius hujus libelli epitomen complecti, et sub obscuram esse, prout rei obscuræ summam decet. Cæterum quæ hic obscure ac strictim indicat, toto deinceps libello nonnihil fusius extendit, atque particularius exponit.

Recte autem observat Pachymeres, præfationuculam hanc precatorem, ut in mystico instituto est, modo mystico terminisque mysticis esse compositam, nempe ex verbis compositis per ὑπὲρ, quæ quasi propriæ quædam mysticæ theologiæ formulæ existunt. Unde statim in exordio SS. Trinitatem invocans, non quid ipsa sit, sed quid non sit, vel potius supra quæ sit exponit, dicens:

542 § I. *Trinitas supernaturalis*, etc. Nota Trinitatem non vocari supernaturalem, quasi sit supra naturam Dei, cum illi essentielle et maxime naturale sit, esse secundam, et unam eandemque in tribus distinctis personis existere; sed dicitur supernaturalis respectu nostri et angelorum, omnisque substantiæ creatæ, quia nullis naturæ viribus attingi, nec ex ulla notionem naturaliter, sine Dei revelatione cognosci ullo modo potest, uti S. Thomas parte 1, quæst. 52, articulo 1, et seq. docet. Similiter dicitur *supraquam divina, supraquam bona*, id est supra divinitatem et supra bonitatem quovis creato intellectu conceptibilem. Dicitur autem SS. Trinitas *theosophiæ Christianorum præses*, quia soli Christiani mysterium Trinitatis atque individuae unitatis agnoscunt per fidem, et venerantur per religionem, quæ divina prorsus sapientia est, et vita æterna, de qua Christus ipse dicit: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum* ⁹⁰. Nunc quidem hæc Christiani assequuntur in fide, quasi in semine, postmodum autem in gloria, tanquam in fructu, quo beati plene satiantur. Pulchre ad hoc propositum Gregorius theologus in Oratione *De constituendis episcopis*, « Si, inquit, consequi possem, ut hic perfectam universorum scientiam haberem, quid mihi reliquum esset? quid sperarem? Regnum cælorum plane, diciturus es. Arbitror autem, nihil aliud esse hoc, quam adipisci quod purissimum et perfectissimum est. Perfectius autem ex omnibus quæ sunt, cognitio Dei est. Sed hæc quidem partim tenemus, partim vero pergamus ut comprehendamus, quandiu super terram sumus; partim in futurum reservemus, ut illinc hunc fructum laboris habeamus, splendorem scilicet totius sanctæ Trinitatis, quicumque est, et quantus, si fas est dicere. » Hanc ergo sanctam Trinitatem invocans ait: *Dirige nos ad mysticorum oraculorum plusquam indemonstrabile, et plusquam lucens, ac summum fastigium*. Merito sane divinam petit directionem, cum mystica theologia sit ordinis naturam transcendentis, utpote ad quam non humana industria, sed sola dignatione divina pervenitur. Igitur *non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei* ⁹¹. Atque adeo perquam docte vocat *plusquam indemonstrabile, et plusquam lucens fastigium* ejus; siquidem nulla ratiocinatione aut demonstratione (quæ, secundum philosophum scientiam parit) in ejus notionem devenitur, sed solo fidei lumine supernaturali, aut peculiari revelatione. Quare sanctam Trinitatem (quæ mysticæ theologiæ summum est fastigium) significanter Græcè ὑπεράγνωστον appellat, quia quid ipsa sit, non solum ita est indemonstrabile et ignotum, sicut nos intelligere possumus in creaturis aliquid esse ignotum, sed est plusquam indemonstrabile, et supra quam ignotum; quia non possumus naturaliter videre Deum, nec ex ullis creaturis possumus haurire ullam cognitionem, quæ my-

⁸⁷ Joan. xvii, 5. ⁸⁸ Rom. ix, 16.

VARIÆ LECTIONES.

⁸⁹ ἀπομυεῖ, S. P. D. Str. ⁸⁷ μυστικὰς, Ch. ⁸⁸ τοῦ ἑτέρου, S. ⁸⁹ τῆ πάσης γνώσεως, D.

sterium sanctissimæ Trinitatis nobis declaret, cum econtra omnis cognitio, quam habemus ex creaturis, videatur potius ostendere, hoc mysterium esse impossibile. Quare etsi hoc mysterium non sit contra rationem, (ut aliqui falso dixerunt; quia quidquid veritati contrariatur, non debet dici ratio, sed error;) est tamen supra omnem rationem naturalem, ita ut, seclusa revelatione, nunquam possit nobis, tanquam positive probabile, venire in mentem, hoc mysterium esse possibile, quia nihil est unde eam cognitionem possimus concipere, uti passim theologi in parte 1, quæst. 52, docent. Simul tamen recte dicitur hoc mysterium *supraquam lucens*; quia ubi lumen rationis cæcutit et deficit, ibi lumen fidei acutius rutilat credendo, quam quælibet logica vel mathematica ratiocinatio demonstrando, quippe lumen supernaturale atque infallibile, quod falli non potest, nec fallere; unde licet nullam pariat evidentiam, habet tamen certitudinem qualibet evidentia majorem. Possunt hæc etiam de illa revelatione accipi, quæ claritatem habet ex revelante, *ubi simplicia et absoluta*, id est ea quæ nude sicuti sunt, sine symbolicis integumentis, et sine parabolis, ac sine verbis, quæ explicatione indigent, intelliguntur et videntur, Deo aperiente mysteria, quæ sic ostensa et revelata, non possunt postea sermone exprimi, sicut S. Paulus Dionysii institutor, de huiusmodi visione ac revelatione mysteriorum simplici et absoluta, id est nuda et aperta, remotis symbolis et verbis explicatione indigentibus, in raptu illo suo scripsit: *Quæ non licet, inquit, homini loqui*^a; ad hoc enim videtur Dionysius retulisse quod hic dixit, *in caligine plusquam lucente silentii arcana darentis*. Caliginem vocavit, quæ Paulus, ἀρρήτα, id est *arcana*; hæc enim obscurissima, et quæ explicari non possunt (sicut neque videri potest caligo, neque quæ caligine oblecta sunt) vidit, et cognovit Paulus in luce clarissimæ revelationis sine ullis symbolis. Illud etiam observandum est (ne quis interpretationem temere reprehendat, quod veritimus, *aperiuntur in caligine*) male legi in exemplaribus hæcenus editis ἐγκαλύπτεται, id est *teguntur*, cum melius repererit Turrianus noster in exemplari ms. quod Cyparissiotus habuit, ἐκκαλύπτεται, id est *deteguntur*. Cui etiam lectioni astipulatur ms. exemplar Cæsareum. Possit etiam non incongrue per caliginem intelligi fides, quæ est *sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium*^γ. Siquidem in illa, propter 543 obscuritatem ejus, tanquam *in caligine*, sed propter supernaturalem quam ex divino testimonio participat certitudinem, *supraquam lucente*, supra omnem naturalem demonstrationem, *silentium*, quoddam reperitur *arcana* seu mysticæ doctrine, quæ non est in persuasibilibus humane sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis, ut fides nostra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei^z. Quæ in obscuritate tenebrosissima, propter inevidentiam rerum credendarum, *plus quam clarissime*, propter evidentiam credibilitatis, quam parant notæ fidei; *superlucet* supra omnem scientificam demonstrationem, propter divinam revelationem, cui assensus fidei immediate innotuit, et exinde certitudinem sortitur (utpote supernaturalem) qualibet naturali scientia magis infallibilem. Et in omnimoda intangibilitate atque invisibilitate mysteriorum omnem tactum et visum effugientium præpulchris splendoribus humanis divini mentis oculis captas, id est, secundum Apostolum, *in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi*^δ. Superadimplet omni gaudio et pace in credendo^z? ut possint comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo et longitudo, et sublimitas, et profundum: scire etiam supereminentem scientiæ claritatem Christi, ut impleantur in omnem plenitudinem Dei^z. Hæc quidem, inquit, mea sunt vota, hoc est quod opto, quod desidero. Deinceps Timotheum ad mysticam contemplationem informans ait: Tu vero, *chare Timothee, in mysticis rerum divinarum atque cælestium contemplationibus*, non segni et remissa, sed diligenti et intenta exercitatione te excolas oportet: et ideo *sensus relinque*, qui, utpote animales, non capiunt ea quæ sunt spiritus^b; et *intellectuales operationes*, scilicet, quas intellectus agens a rebus sensibilibus abstractis speciebus, in intellectu patiente naturaliter efformat; et *sensibilia omnium sensuum objecta*, et *intelligibilia omnia principia scientiarum naturalium ac ratiocinationum*, et *ea quæ sunt*, id est rerum essentias, quæ quod invariables sunt, a philosophis proprie dicuntur esse; et *ea quæ non sunt universa*, id est omnes res temporales, quæ propter continuam mutationem dicebantur a philosophis non esse. Ut ad unionem, quæ per charitatem fit et gratiam *ejus qui supra essentiam est*, ut auctor essentia, qualibet conceptibili a nobis essentia sublimior, et supra omnem notionem notionis designatricem existens, quantum per gratiam *fas est*, per fidem, *indemonstrabiliter* sine notione ulla naturali, supernaturaliter *assurgas*. Nam fides, cui nulla demonstratio vel naturalis notio suffragatur, primus gradus est quo ascendimus ad charitatem, qua cum Deo conjungimur et unimur. Siquidem per *liberam*, id est voluntariam, et *absolutam*, id est nulli creaturæ adhærescentem, et *puram*, id est sinceram, *tui ipsius*, animæ scilicet et affectionum corporis, *a rebus omnibus creatis*, sive sensibilibus sive intellectibus, *avocationem*, Græce ἐκστάσαι, id est per extasim seu excessum quemdam amoris, et mentis abstractionem, atque omnium abnegationem, *ad supernaturalem illum*, ad quem naturalis omnis intuitus obstupescit, *caliginis divinæ radium*, ubi per fidem Deus apprehenditur, et per dilectionem animæ unitur, *detractis omnibus*, tam sensuum quam ratiocinationum ambagibus, *et a cunctis impedimentis expeditis eveheris*, et anagogicè sublimaberis.

Ubi nota, quomodo dicat ἀγνώστως, id est *indemonstrabiliter*, absque notione naturali, ad divinam unionem assurgendum esse. Non enim curiose inquirendum est, nec demonstrari potest quomodo fiat ista cognitio mysticæ theologiæ per copulationem cum Deo, relicta omni alia cognitione rerum, id quod Paulus apostolus significavit, cum dixit de illa sua cum Deo copulatione, in qua mysteria illa arcana vidit: *Sive in corpore, sive extra corpus, nescio; Deus scit*^c. Nescio, inquit, id est non curiose inquiri, nec demonstrare valeo, satis mihi est vidisse et audisse arcana illa verba, etc. Lessius in Prefatione libri *De perfectionibus vitæ*, ait Dionysium hic agere de modo illo contemplandi, in quo consideratis accurate perfectionibus divinis, quatenus ad certam speciem limitatæ, ac inter se distinctæ offeruntur, mens assurgit ad aliquid sublimius et illimitatum, omnibus istis infinite præstantius, illique ignoto modo se contemplatione et amore conjungit. Heisenavius ad hunc locum, per caliginem intelligit Dei sub ratione lucis create et inaccessibleis in animæ essentiam lapsam, qui ipsam illa inaccessiblei luce perfundat atque absorbeat; vel certe illam supremam conjunctionem, qua anima supra omnes potentias sensitivas et intellectuales, supra omnes sensus aut mentis operationes immediate inhæret Deo per intimam transfusionem (ut ita loquar) essentiæ Dei, quæ lux infinita est, in essentiam animæ; per quam nimirum speciali modo anima Dei sedes constituatur, aut etiam Deus animæ creatur. Caliginem autem vocat dupliè de causa: Prima, quod Deum caliginem inhabitare Scriptura perhibeat. *Nubes et caligo in circuitu ejus*^d; et alibi:

^a II Cor. xii, 4. ^γ Heb. xi, 1. ^z I Cor. ii, 4. ^δ I Cor. x, 5. ^z Rom. xv, 13. ^ε Ephes. iii, 18.
^b I Cor. ii, 14. ^c II Cor. xii, 5. ^d Psal. xcvi, 2.

Posuit tenebras latibulum suum *. Quin et Chaldaicæ, Ægyptiacæ, et Pythagoricæ theologiæ mysticæ studiosis Deus quoque caligo est et habetur non quod ullas tenebras in se admittat (*Deus enim lux est, et tenebræ in eo non sunt ullæ* †) sed potius quia suapte natura lux est infinita et inaccessibilis. Hoc, ut observat Crescollus noster, lib. III *Mystagogis* 544, cap. 9, sapientes omnium temporum sacri et profani viderunt, qui clarissimo testimonio sunt professi, nimirum quantum esse difficile Deum invenire, ut ex Platone prodit Lactantius lib. I *Institut.*, cap. 8, indicari autem in vulgus et explicari nulla ratione posse. Quod Hebræi significare cupientes, nomen Dei aiunt esse ἀβύρρον, ἀνεξφώνητον, inexplicabile, dici et nominari non posse, a quibus opinor cupientes Ægyptii, principem Deum suum nuncupavere *Amun*, quem Græci Latiniq; dicunt *Ammonem*, quod nomen ait Manethos significare *occultum* sive *occultationem*. Hinc Saitæ inter illos sapientiæ nomine celebrati, in propylæo templi Minervæ nobilem illam inscriptionem posuerant: *Meum peplum nemo unquam mortalium detexit*. Justinus Martyr *Adhortatione ad gentes*, ait Armonem philosophum ea causa Deum nominasse πάγκρυφον, *prorsus occultum*. Unde factum, ut omnes sancti Patres cum D. Damasceno lib. I, *De fide*, cap. 15, communi animorum consensione Deum vocent ἀκατάληπτον, *incomprehensibilem*.

Secunda ratio est, quod unio hujusmodi cognitionis seu intellectionis (quæ Dionysio *lux* est) in seipsa expers sit, utpote supra omnem affirmationem et negationem existens, non omnem cognitionem, tum in sensu tum in intellectu impediens, pro eo tempore quo est, uti in fine capituli hujus docet. Vocat tamen ὑπερφανή, *plusquam lucentem*, ne quis existimet meram esse obscuritatem, sed revera potius lucem maximam, et supersplendentem, id est quæ maximo, et supra quam cogitari possit splendore animam impleat; quæ tamen lux ob nimium sui splendorem mentis aciem ac lumen hebetet atque obscuret; non secus ac solis splendor pupillis imbecillioribus lumen visumque aufert, quin et noctuæ oculis nox est, et caligo. Deus enim cum lux perfectissima sit, ubi amplius et efficacius se menti nostræ expandit atque aperit, magis eundem præpotenti splendore suo offuscat et obstupescit, ut ultra nil videat, juxta illud: *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, et non potero ad eam* ‡.

Aliam rationem affert Marsilius Ficinus, vultque caliginem dici, quatenus animus per negationes quasdam hucusque processit, negando videlicet Deum esse hanc aut istam, aut illam rem; lumen vero vocari, quia non aliter de Deo, quam ita negando perspicuam consequimur veritatem. Et huic proposito locum Psalmi ejusdem non incongrue accommodat: *Sicut tenebræ ejus, ita et lumen ejus, et nox tanquam dies illuminabitur* §.

Ex his omnibus (inquit ibidem Hersentius) apparet, quam apte S. Dionysius cum summa luce tenebras conjunxerit. Non enim tantum caliginem seu obscuritatem dicere debuit, nec tantum lucem maximam, quia horum unico non satis hujus divini gradus proprietatem expressisset, quapropter utrumque debuit copulare. Mox autem ubi constituit Deum hoc modo mystice in animam illapsam, vel ipsam cum Deo, qui inaccessibilis lux est, conjunctionem, supremam caliginem nuncupari, quod facultates cognitioni deditas sic obfuscaret et obtenebraret, ut nil concipere nil eloqui possent. Eandem σιγήσ γνόφον, *caliginem silentii* vocat, quod quasi silentium quoddam in animi facultatibus efficiat. Quin etiam posset respectu sui ipsius *caligo silentii* nuncupari; quod nimirum unio hæc, ut ab omni cognitione, locutione, motuque libera est, ita summam pacem ac profundum silentium in se habeat. Denique silentium dicitur, quia omnem affirmationem et negationem longe multumque transcendit. Ne autem silentium istud otiosum aut inane esse videretur, lucemque obfuscando, nil lucis suscipere aut conferre putaretur, κρυφιομύστην, *arcanorum mystam*, vocat composito maxime efficaci, quod tam in activa quam in passiva significatione sumi potest. Nam et mystes dicitur cum qui sacris initiatur, et arcana sacra suscipit ac servat, tum etiam is qui sacra tradit, dicit, ac revelat ut μυσταγωγός. Utro modo accipias, præclarum sensum reddidit. Si enim passive sumpseris, silentium istud arcanorum mystam esse dicit, quatenus anima ad illud silentium redacta, ipsum per se arcanum divinum in se suscipit: (qua ratione Proclus, in suis ad Platonis Theologiam commentariis, contemplationem illustrat comparatione mystarum qui religiosi arcanis seu sacris initiantur.) Si vero active accipias, qui sensus omnibus interpretibus placuit, significat silentium istud esse rerum mysticarum veluti doctorem, initiatorem ac pædagogum. Nam in alio theologiæ genere homo divinitus inspiratus sacrorum initiator existit; in hoc vero mystico, divinarum oraculorum doctor ac rector est divinum silentium, sive ipse Deus cum summa pace et silentio animæ conjunctus. Deinde in aliis theologicis institutionibus aliud est doctor, aliud id quod docetur; hic vero Deus ipse et docet et docetur; docet, inquam, prout se animæ patefacit et conjungit; docetur autem atque agnoscitur per ipsam animæ cum divina essentia unionem seu conjunctionem, de qua regius Psaltes ait: *Gustate et videte quoniam suavis est Dominus* ¶. Non dixit, Videte et gustate, quod in alio contemplationis genere dicendum erat, in quo gustus seu affectus spiritualis a cognitione 545 oritur: sed *gustate et videte*, quia ab ipso Dei, prout in seipso est, gustu et experimento mystica contemplatio exurgit. Cæterum, advertite cum eodem Hersentio (ex quo hæc attuli) S. Dionysium, ut hoc silentium arcanæ loquelæ seu interioris doctrinæ, ejus ipsemet solus Deus auctor sit, minime expers esse ostenderet, significanter κρυφιομύστην, id est *arcana docens*, appellasse. Plura de contemplatione Dei in caligine qui volet, videat apud Joannem de Jesu Maria in libello *De mystica theologia*, et apud Thomam de Jesu lib. III *Divinæ orationis*, cap. 2 et 3, θεοδιδάχτων Rusbrochium, qui σποράδην, prout Spiritus suggerebat mirifice, illum in Operibus suis explicat.

Mirum autem quid hic de caligine illa subinfert sanctus Dionysius, quod in *obscuritate tenebrosissima plusquam clarissime superluceat, et in omnimoda intangibilitate atque invisibilitate, præpulchris splendoribus mentes oculis captas superadimpleat*. Hoc pulchre, uti cætera, sic explicat Hersentius, ut τῷ σκοτεινότητι, *tenebrosissima*, oppositum sit τῷ ὑπερφανέστατον, *plusquam clarissimum*: et ἀοράτω, *invisibilitati*, ὑπέρχαλαι ἀγλαίαι, *præpulchri splendores* respondeant. Splendores autem ipsam divinam essentiam ejusdemque proprietates interpretatur, quæ sub ratione lucis in animam illabuntur, eamque illustrant; vel etiam ipsius divinæ essentia, sive divinarum personarum in seipsis cognitionem, quantum ad omnia cognosci possunt, nimirum perfecta cum ipsius unione. Splendores autem pulchritudinis nomine afficit, ea ratione qua Platonici (quorum primas Dionysius noster merito sibi vindicat, utpote Platonis non tantum sectator accuratissimus, sed Christianissimus emendator) *pulchri* nomine splendorem ac manifestationem intelligunt. Apissime igitur Dionysius hoc loco divinis splendoribus, qui sunt ipsemet essentia divinæ proprietates, pulchritudinis nomen tribuit; quippe illis, seu ipsorum in animam transfusione atque unione Deus ipse, quod est summum bonum, præstantissimo modo cognoscitur. *Præpulchros autem*

* Psal. XVII, 12. † I Joan. I, 5. ‡ Psal. CXXXVIII, 6. § Ibid., 12. ¶ Psal. XXXIII, 9.

sen *superpulchros* vocat, quia divinis nil pulchrius aut amabilius concipi potest. Ubi notandum, quod non splendore, sed *splendoribus* dixerit, quia scilicet Deus non uno genere pulchritudinis ac splendoris animas sibi conjunctas implet, sed multo et vario, utpote qui omnis pulchritudinis fons, abyssus et plenitudo est. Hinc in Psalmis, *Pulchritudo*, inquit, *agri mecum est* [†], scilicet varia et multiplex. Uno verbo, anima sic Deo unita, infinitis quæ in ipso sunt pulchritudinibus ac splendoribus conjungitur, ipsisque illustratur, ornatur, impletur, ita ut evadat deformis, ac sese in lucis inaccessibilis radios immittat, uti docet cap. 2 *De divin. nominibus*. Non dixit autem, *superillustrat*, sed *superadiplet*; nam illustrationes quidem divinæ, seu divinorum luminum in mentem diffusiones qualibet illuminant quidem, et ornant, et adaugent, sed extra hunc statum et gradum non implent; solius enim Dei est animam sui capacem implere. Unde non temere inferre liceat, apicem istum mentis seu mysticum fastigium, proxime accedere ad statum beatorum, in quo Deus ita sanctorum erit plenitudo, ut etiam, teste Apostolo, futurus sit *omnia in omnibus* [‡].

Cæterum ut quis sic Deo impleri possit, primum ut semetipsum ante omnia exinaniat necesse est; siquidem per liberam et absolutam (ut S. Dionysius ait) et puram sui ipsius a rebus omnibus avocationem, ad supernaturalem illum caliginis divinæ radium, detractis omnibus, et a cunctis quis evahitur. Sic enim (ut in *Speculo æternæ salutis*, cap. 8, pulchre Rusbrochius ait) suprema quidem animæ nostræ portio, nunquam non parata erit ad receptionem Dei, siquidem sit prorsus nuda, et formis seu imaginibus vacua, in suum semper principium intuens ac propendens, utpote æternum ac vividum Dei speculum, cujus essentiam ac proprietates in se jugiter representat. Habet hinc animæ nostræ substantia tres quasdam proprietates, quæ tamen natura unum sunt. Prima scilicet proprietas est essentialis et imaginum expers nuditas, quæ nos Patri, ejusque divinæ naturæ similes et uniti sumus. Altera proprietas, ratio superior animæ dici potest, quæ est claritatis speculum, in quo nos Dei Filium, æternam veritatem suscipimus; et in claritate quidem similes ei sumus, in susceptione autem unum cum eo sumus. Tertia proprietas scintillam animæ appellat quæ est animæ naturalis quædam introrsus in suam originem propensio, in qua nos Spiritum sanctum, Dei charitatem suscipimus; et in propensione quidem sancto Spiritui similes sumus, in susceptione autem unus cum Deo spiritus, et unus amor efficiamur. Tres istæ proprietates, una atque indivisa animæ substantia, sunt vitale finitum, et origo virium supremarum. Hæc autem similitudo, istæque proprietates ex natura in nobis omnibus insunt; sed peccatores, in proprio ipsorum fundo, ob vitiorum crassitudinem latent. Quamobrem si regnum Dei intra nos latens, sentire atque experiri velimus, foris et intus vita virtuosa et bene ordinata præditi simus oportet, Christumque in vera charitate modis omnibus sectemur, ita ut gratia, charitas, et virtutes, in supremam nostri partem, in qua vivit regnatque Deus, nos evahere atque elevare queant. Eam enim, quæ Deus est, beatitudinem, nulla **546** neque arte, neque subtilitate vel acumine, lumine naturali absque Dei gratia contemplari vel sentire valemus. Atque hac de causa Deus omnipotens supremas animæ vires ad sui capendam similitudinem (puta gratiam et dona sua) condidit, quibus nos supra naturam sublevamur ac renovamur, eique per charitatem ac virtutes similes efficiamur. Porro per supernaturalem hanc, quam per gratiam et virtutes acquirimus Dei similitudinem, memoria nostra in imaginibus vacuum nuditatem, intellectus in simplicem veritatem, et voluntas in divinam attollitur libertatem: sicque demum Deo per gratiam et virtutes similes evadimus, et supra similitudinem illi felicissime unimur.

§ II. *Hæc autem vide ne quis audiat rudiorum*, scilicet eorum qui religionis Christianæ vel mysticæ theologiæ mysteriis nondum sunt initiati. *Istos dico, qui rebus naturalibus adhærescunt*, materialibus penitus immerisi, et nihil ultra naturalia, in quorum notitiam per sensibilia pervenitur, *supernaturaliter esse imaginantur*, utpote carentes fidei lumine, sine quo res ordinem naturæ transcendentes capi nequeunt. *Quinimo cum abundant in sensu suo, arbitrantur sua cognitione*, quam ex creaturis percipiunt, *nosse eum*, scilicet Deum, *qui posuit tenebras latibulum suum* [§], eo quod ejus natura nullo medio creato cognosci ullo modo possit, præsertim quatenus trinus in personis, et unus in substantia est. *Quod si supra captum horum scilicet philosophorum, qui apud gentiles habebantur sapientes, sint divinorum mysteriorum institutiones*, quæ per solam fidem apprehenduntur ex iis quæ a Deo revelata, et e Scripturis sacris, et apostolicis traditionibus accepta sunt, *quid dixerit quis de illis profanis hominibus, qui magis rudes sunt*, quales sunt idololatæ et vulgi plebecula, *qui summam causam omnium*, scilicet Deum universi conditorem, *ex iis quæ in natura rerum extrema sunt*, v. g. ex rebus materialibus ac sensibilibus, *designant et describunt Deum*, et rebus istis abjectis attribunt divinitatem; *nihilque aiunt eam antecellere impiis multarum formarum imaginibus, quas ipsi fingunt* quilibet pro sua phantasia diversimode Deum effluentes. *Cum oporteret in ea*, scilicet divinitate, *ut omnium causa*, quæ omnium causatorum perfectiones eminenter et supereminenter continet, utpote transcendentaliter exempta, *ponere et affirmare*, eo minime modo, quo Deum decet, enuntiando de ipso, *omnes entium affirmationes*, dicendo verbi gratia, *Deus est vita, Deus est bonitas, etc.*, *quin eas ipse omnes de ea magis proprie negare*, dicendo v. g. *Deus non est vita, non est sapientia, etc.*; qualia videlicet nos mente concipimus aut imaginamur, *tanquam super-existent supra omnia* quæ existunt, vel in intellectum creatum cadere possunt. *Nec existimare negationes affirmationibus esse contrarias*, quia non eadem, eodemque modo affirmantur et negantur; *sed ipsam multo priorem et superiorem privationibus*. Quia enim Deus sit actus purus, essentialiter existens, et omnes simplices perfectiones essentialiter continens, sitque per se causa rerum omnium, quocumque modo conceptibilem; ejus quidem privatio nulla vere concipi potest, et quarumcunque rerum etiam possibilem privationes, ut vere concipiantur, non nisi ipso posteriores concipi possunt. *Esse supra omnem ablationem*, id est negationem; et *positionem*, id est affirmationem, utpote omnem conceptibilem perfectionem quæ de aliquo affirmari vel negari possit, in se ipso anticipans præhabensque, idque modo infinitis perfectiori quam ab ulla creatura excogitari, nedum explicari valeat.

Notandum hic primo cum Hirsentio, Christianis veteribus hoc inprimis curæ fuisse, ut nihil arcanorum nostræ religionis nondum baptizatis revelarent et ut ipse Christus præcipit, non projicerent margaritas ante porcos, neque darent sanctum canibus [¶]. Quod adeo sacrosancte observabant, ut nesuppliciiis quidem exquisitissimis adduci potuerint, ut quidpiam mysteriorum fidei gentiliū iudicibus delegerent, ne scilicet nondum initiatis proposita profanarentur ac viderentur, aut risui exponerentur. Quare mirum minime videri debet si S. Dionysius, in arcanis hisce mysticæ theologiæ, quæ Christianæ religionis veluti apex sunt, silentium plusquam Harpocraticum aut Pythagoricum indicat, cum etiam in aliis Theologiæ

† Psal. XLIX, 11. ‡ Ephe. I, 25. § Psal. XVII, 12. ¶ Matth. VII, 6.

sux libris id obnixè commendat, ut *Ecclesiast. hier.*, cap. 1 et 2; *De divinis nom.*, cap. 1, et passim alibi, quod non tantum a Christianorum disciplina hauserat, verum etiam ex Platonicorum instituto acceperat, quibus pro piaculo habebatur, Theologiæ arcana profanis propalari, ut in *Epistolis suis* Plato his inculcat. Huc quoque spectat symbolum illud Pythagoræ apud Jamblichum: *Dexteram non civis facile injicias*, id est (ut in *Symbolis* Jamblichus explicat) *non probatis et initiatis mysteria ne detegas*. Nam, ut recte observat Maximus Tyrius, ea est humanæ mentis imprudentia, ut quæ aperta sunt et prompta, minus veneretur; quæ vero sunt abstrusa cum admiratione accipiat. Hinc non improbabiliè aliqui conjiciunt rationem, cur hæc scripta S. Dionysii parum cognita fuerint antiquis; quod nimirum ipsemet illa occultari voluerit, et solis Ecclesiæ antistitibus communicari, uti in fine cap. 1 *Ecclesiast. hier.*, Timotheo commendat, et alibi insinuat.

Notandum secundo cum Maximo, quid sit positio, quid sit ablatio. Deum, 547 inquit, omnia esse ut Deum decet, positio est; et nihil eorum esse ut supra substantiam est, negatio. Utrouque proprie dicitur in Dei amplitudine, ut, Deus est vita, Deus est bonitas, positio et affirmatio est; Deus non est vita, non est bonitas, negatio vera est, quia est supra hæc quæ nos per vitam et bonitatem intelligimus. Negationes autem in Deo affirmationibus præferendas esse, superior docuit Dionysius cap. 2 *Cælest. hier.*, ubi etiam vide nostras Adnotationes. Ad confirmationem autem eorum quæ ibi dicta sunt, juvat intelligere quid sanctus Maximus in centuria 2 *Theol.*, cap. 59, hæc de re sentiat. Qui philosophatur, inquit, de Deo aiendo, Verbum facit carnem, dum non potest aliunde, quam ex iis quæ cernimus et contrectamus, Deum cognoscere tanquam causam; qui vero neganter, auferendo philosophatur, Verbum facit spiritum, nupote quod erat in principio, et erat apud Deum; eum qui est supraquam incognitus, ex nulla penitus re earum quæ cognosci possunt, recte cognoscens. Hinc fit perspicuum, quod magis proprium sit philosophari de Deo per negationes quam per affirmationes, quatenus alterum facit Verbum spiritum, alterum facit Verbum carnem. Ac theologia quidem affirmans vim habet comparandi, et figurandi, ac conjectandi; et hoc tantum probat, scilicet Deum esse, ex iis quæ ab ipso facta sunt; theologia vero negans demonstrat Deum esse supra omnia, ac veritatem maxime assequitur, qui dicit non esse Deum quidquam eorum quæ sunt, sed esse suprasubstantiam, et supra omnia. Præterea, ut supra Dionysius docuit, negationes in Deo non sunt contrariæ affirmationibus: nec enim quod affirmatio affirmat, hoc ipsum negatio negat. Quinimo sicut affirmatio non ponit quid sit Deus, sic neque negatio tollit quid sit Deus. Quod enim non ponit, quomodo tollat? Denique æquè non assequitur substantiam Dei tum affirmatio, tum negatio; hoc solum differunt, quod propius accedat ad veritatem qui dicit, Deus non est hoc quod nos existimamus aut concipimus, quippe quid infinitis perfectius, idque in ordine transcendentali ac supernaturali, quam ab ullo intellectu concipi aut cogitari possit.

§ III. *Hæc utique ratione D. Bartholomæus* (unde colligitur S. Bartholomæam aliqua etiam theologia scripta esse, uti et alios apostolos verosimile est, de rebus ac quæstionibus divinis per epistolam pro occasione interrogatos, de iisdem verbi saltem scripto respondisse, et sublimissima, quæ ex ipso Deo hauserant oracula, tradidisse, quæ aliquandiu, uti solent epistolæ, asservabantur, et Catholicis communicabantur; sed postmodum temporum injuriis intercederint) *ait et copiosam esse theologiam*, id est fusam, parte videlicet ex creaturis ut effectis, tanquam a posteriore, ut aiunt philosophi, in creatoris ac causæ primæ notitiam devenitur, quæ quædam pars est theologiæ demonstrantis, vel certe qua parte symbolica est, quæ teste Dionysio cap. seq. longe fusissima existit: *et minimam*, id est brevissimam, qua parte nimirum mystica est, ut ibidem Dionysius explicat; vel certe quia Deus a priori indemonstrabilis est, ut carens. *Atque Evangelium amplum et magnum*, scilicet propter rerum quas continet amplitudinem et granditatem, *et rursus concisum seu contractum*, id est (ut ego quidem interpretor) mole quidem exiguum, sensu autem et perfectione maximum. Unde Apostolus *P* appellat Verbum abbreviatum, utpote continens brevissimum fidei et dilectionis præceptum, quod pro cunctis sinuosæ legis cæremoniis successit, ita Anselmus et Oecumenius. Vel quia continet Verbum incarnatum, ad hominis usque naturam abbreviatum et exinanitum, quod salva fecit reliquias Israel. *Itud, ut mihi videtur, eximie intelligens, quod benigna omnium causa sit et multiloqua*: quatenus videlicet creando omnia semetipsum multis modis manifestat. Omnia namque suo modo dicunt: *Quoniam ipse fecit nos, et non ipsi nos* 1. Atque hoc modo creaturæ sunt quasi quædam vox Dei, qua omnia pulchra testantur ipsum pulcherrimum, dulcissima dulcissimum, sublimia altissimum, pura purissimum, fortia fortissimum, et sic de aliis: *Et breviloqua simul*. Quatenus nimirum uno verbo dicit omnia. *Ipsæ enim dixit, et facta sunt, ipse mundavit, et creata sunt* 2. *Atque nullius sermonis*, quo nimirum a nobis intelligi possit quid sit, *utpote cujus neque dictio, quæ illam quid sit exprimere possit, neque intelligentia sit, qua valeat comprehendi; quia cunctis creatis, non simplici ratione, sed superessentialiter, id est supernaturaliter, supereminet*; ita ut quantumvis intellectus creatur in suo genere perticiatur, nunquam ad quidditativam Dei cognitionem, nec ad sanctissimæ Trinitatis ullam notionem ex qua cognosci possit, perventurus sit, sine lumine ordinis supernaturalis sive gratiæ, sive gloriæ. *Et absque operimentis*, id est sine symbolis, de quibus cap. 1 *Cælest. hierarch.*, et alibi sæpius sermo fuit. *Ac cere ostenditur*, non quidem intuitive, aut facie ad faciem, quod solius patrie est, sed per intellectibilem aliquam abstractionem, *solis iis, qui cuncta quæ impura, scilicet materialia, quæque puræ sunt, id est spiritualia et intellectuæ, pertranseunt*, illis minime immorando, *omnemque omnium sanctorum, justiorum ascensum transcendunt*. Intelligit illas supremorum spirituum summitates, quas cap. 1 *Cælest. hierarch.*, § ult.; et alibi, *vertices* appellat, Græce ἀρχόπτερας, *Et omnia divina lumina*, scilicet qualia Moysi in rubo 3, in 548 columna ignis populo Israelitico 4, Moysi in monte Sinai 5; Eliæ in curru igneo 6, et quale in Christi natiuitate pastores circumfulsit 7, et magos in Bethlehem deduxit 8, et similia. *Et bonos, quales fuerunt dum Moyses 9 erat cum Domino in monte Sinai, item quales describit Ezechiel 1, 24: Audiebam, quales sonum ararum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei, cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis, ut sonus casorum, et similes. Et sermones cælestes relinquunt, quales v. g. fuerunt Domini ad Noe 10 et ad alios patres Veteris Testamenti Abraham, Isaac et Jacob 11, etc., item ad Moysen 12, præsertim in monte Sinai 13; et ad prophetas ut Samuelen 14, ceterosque. Et in caliginem absorbentur*, scilicet illam mysticam, de qua supra, § 1, et cap. seq. cujus figura

1 Joan. 1, 1. 2 Rom. ix, 28. 3 Psal. xcix, 5. 4 Psal. xxxiii, 9. 5 Exod. iii, 2. 6 Exod. xiii, 21. 7 Exod. xix, 18. 8 IV Reg. ii, 11. 9 Luc. ii, 9. 10 Matth. ii, 1. 11 Exod. xix, 16. 12 Gen. viii, 15. 13 Gen. xv, 1. 14 Exod. vi, 1; xiii, 1. 15 Exod. xix, 5. 16 I Reg. iii, 4.

erat illa nubes, quæ, loquente Domino cum Moyse, montem Sinai operiebat ¹. *Ubi vere est, sicut ait Scriptura, Psal. xcii, 6 : Nubes et caligo in circuitu ejus; et Exod. xx, 21 : Moyses accessit ad caliginem in qua erat Deus Qui est ultra omnia, scilicet creata. Non enim temere divinus Moyses expiari primum ipse jubetur, ac deinde a non expiatis searegari.* Exodi enim xix legitur, quo pacto Deus, qui in caligine descendens erat, præceperit populum sanctificari et lavari : in quo intelligere promptum est, ipsum præcæteris lotum et expiatum ad montem accessisse, *Et post omnem expiationem, audit multisonas tubas, cernitque multa lumina, puras ac multiplices radios jacientia.* Hæc vide Exod. xix et xx, fusius descripta. *Postmodum a multitudine separatur et cum electis sacerdotibus, uno quidem aut pluribus; nam cum Aaron legitur conscendisse. Ad summum fastigium divinorum ascensuum pertingit, postquam scilicet populo terminos in monte præfixerat, ultra quos sine periculo ascendere non poterat, quod non esset capax tanta puritatis, neque divinæ lucis radios e propinquo sustinere posset. Sed hæc hactenus nondum versatur cum ipso Deo.* Hæc enim adhuc symbolica erant, et ad congressum Dei disponebant. *Nec eum videt, scilicet ut in se est (inaspectabilis enim est) scilicet omni intellectui creato, lumine gloriæ nondum elevato. Deus enim, (inquit Gregorius Theologus) (51) est lumen summum et inaccessum, quod neque mente comprehendi, neque oratione exprimi potest. Sed locum ubi stetit, scilicet aliquid creatum in quo Deus relucent. Sicut enim in patria Deus est quasi speculum in quo relucent creaturæ, sic in via e converso creaturæ sunt speculum, in quo Creator videtur; unde Apostolus, Videmus, inquit, nunc per speculum, et in ænigmate ². Idem: Invisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur ³.*

Hoc autem existimo significare, divinissima et summa eorum quæ cernuntur et intelliguntur, rationes quasdam esse, quæ subjiciant menti illa, quæ sunt subjecta ei qui universis antecellit : quibus præsentia ipsius, quæ omnem cogitationem mentis vincit, declaratur insistens, tanquam in vestigiis summis intellectibus locorum ejus sanctissimorum. Hæc verborum præcedentium (ut recte notat Hersentius) anagogicum sensum insinuat. Scilicet, ea quæ mira, sublimia, et non usitata Deus operatur sive in sensum cadant, in intellectum, puta signa, miracula, aut miraculosas apparitiones, revelationes, etc., esse rationes quasdam congruas seu argumenta accommodata ad significandum, quod Deus illic, ubi ista sunt, certam habeat præsentiam; siquidem ut se peculiariter præsentem esse alicubi demonstret, mira quædam et præter usum illic operatur. Sic in præsentem proposito, ut Deus in monte se habitare Israelitis demonstraret, et populus intelligeret a Deo ipso se mandata legis accipere, nubes et fulmina et fumum prius emisit, tubas gravisonas audiri voluit; quinimo sub certa specie et figura selectis viris sese patefecit. His itaque omnibus tanquam in exemplo altatis sanctus Dionysius insinuat, Deum cognitionem prorsus omnem transcendere, ideoque supra cognitionem omnem tum sensibilem tum intellectuslem quæri debere ab iis qui ad mysticæ theologiæ apicem contendunt; et si quid in inferioribus contemplationis gradibus sanctum et inusitatum fecerit, ut sunt ipsius apparitiones aut revelationes, peculiarem quidem Dei præsentiam et adventum denotari intelligant, ipsum tamen ut in se est Deum minime videri sciant, quippe qui hæc omnia multum excedit. Itaque qui prodigia a Deo effecta vident, aut qui eum sub certis formis aut intellectualibus aut sensilibus sibi apparentem intuentur, non ipsum proprie vident, sed tantum locum ubi certa ratione habitat. Ad hunc igitur modum, inquit Gregorius theologus (52), de Deo philosophaberis, sis licet Moyses, et Deus Pharaonis ⁴; licet usque ad tertium cælum, ut Paulus ⁵, pervenias, et audias arcana verba; licet supra illos ad statum et ordinem aliquem angelorum aut archangelorum ascendas. Quamvis enim omne cœlestis et aliquid supercœlestis, multo excellentiore natura, quam nos sit, et Deo propinquius, et quasi locus ejus; magis tamen distat a Deo, et a perfecta ejus intelligentia, quam nostram hanc naturam compositam, et humilem, et deorsum inclinatam antecelat. Unde subdit: *At tunc ab iis quæ videntur, scilicet speculis et ænigmatibus, et ab iis quæ vident, scilicet mentibus et intelligentiis, per mentis abstractionem absolutus et expeditus, sine notione, in caliginem vere mysticam incognoscibilitatis* 549 *ingreditur, in qua omnes scientificas apprehensiones excludit, per omnium rerum cognoscibilem negationem, sine propria (cum hæc haberi nequeat) notione, hoc tantum intelligendo et fatendo, Deum infinites, quam ab ulla creatura concipi possit, esse perfectiorem, nec ab ullo hominum vel angelorum penitus cognosci posse (scilicet naturaliter prout in se est, per proprium conceptum). Et sic in omnimode intactili et invisibili hæret, per amorem qui amantem in amatum transfert, existens totus ipsius qui est ultra omnia, scilicet Dei propter plenam sui abnegationem, et a rebus omnibus abstractionem, neque ullius neque suus, neque alterius. Cum eo autem est penitus incognoscibilis, per vocationem omnis cognitionis, secundum meliorem partem copulatus, et eo ipsa quod nihil cognoscit, supra mentem cognoscens, id est per amorem extaticum totus absorptus in Deum, ubi supra mentem, et sermonem, et rationem perficitur. Atque hæc conjunctio cum Deo supra mentem (inquit Cyparissiotus dec. 2, cap. 10) est ingredi per nescientiam perfectam in illud infinitum incomprehensum atque immensum pelagus naturæ divinæ, ubi omnis natura defatigata sistit se, et ulterius progredi non audet, atque a divino quodam odore, et quadam a corpore et a creaturis avocatione, in laudabilem et beatum statum transfertur, non solum admirabilius quam dici, sed quam intelligi possit ab iis qui nunquam statum hunc experti sunt.*

Ex prædictis collige primo, ex citatione sancti Bartholomæi satis idoneum pro libro hoc sancto Dionysio Areopagitæ vindicando argumentum, ut qui hic diserte, uti et alibi, divinorum nominum cap. 2, 5 et 11 testetur et profiteatur, se multas ab apostolorum ore et oraculo hausisse sententias. Nec nos morari debet (inquit Hersentius) quod quidam nostro ævo viri eruditissimi, librorum horum auctorem apostolorum tempore multo posteriorem faciant, audeantque, proh dolor! tantorum operum scriptorem, aliorum omnium (si canonicos excipias) veracissimum, modestissimum ac sanctissimum, ut ipsa ejus scripta abunde testantur, turpissimi mendacii labe infamare quasi libris suis commendationem fraude et impostura conciliare voluerit; qui tamen suo pondere atque præstantia laudem et commendationem non possunt apud omnes non adipisci. Ita autem affecti sumus, ut amplius credamus Dionysio se apostolos et vidisse et audivisse clare profitenti, quam aliis omnibus in contrarium obstrepentibus.

Collige secundo ex eadem sancti Bartholomæi sententia, ut explicat Marsilius Ficinus, mentem circa Deum tres subire gradus. Primo siquidem verbis plurimis utitur, secundo paucis, tertio nullis. Ac plurimis quidem verbis utitur, ubi quæcumque occurrunt, de Deo affirmat atque negat, paribus quidem ver-

¹ Exod. xix. ² I Cor. xiii, 12. ³ Rom. i, 20. ⁴ Exod. vii, 1. ⁵ II Cor. xii, 2.

(51) In Orat. De baptismo.

(52) Orat. 2, De theologia.

bis, sed ratione diversa. Paucis vero verbis agit ubi de Deo loquitur, sub ea ratione qua refertur ad creaturas, et creaturæ ad ipsum, uti fit in libro *De divinis nominibus*. Nullis denique verbis utitur, quando ulterius res creatas ad Deum non refert, neque vicissim Deum ad ipsas, sed tanquam Deus creata omnia, et relationes omnes ad creata, in seipso transcendat, nihil de Deo affirmat atque negat, sed religioso silentio Deum, ut par est, colit. Tunc demum ait sanctus Dionysius mentem *omnem omnium sanctorum fastigiorum ascensum transcendendo in caliginem absorberi*, ubi Marsilius Ficinus per *fastigia seu cacumina*, intelligit naturas ad unitatem reductas, sed easdem universim consideratas, quas tres esse ait; scilicet corporalem, animalem, intellectualem, quarum cogitationem et affectum debeat anima plurimum superare, ut ipsum in seipso bonum adinveniat. Hersentius vero magis mystice, per *sancta cacumina* dicit intelligi eminentiores divinæ contemplationis ac vitæ spiritualis gradus, quibus competat nomen sanctitatis, eo quod hanc efficiant aut certe adaugeant. Et idcirco ait sanctum Dionysium *sanctorum fastigiorum ascensum nominasse*, quia nimirum in rebus gratiæ ac divinæ contemplationis quasi gradibus ascendendum, et quidem semper ascendendum est, juxta illud: *Beatus vir cujus est auxilium abs te, ascensiones in corde disposuit*¹. Et, *Justorum semina quasi lux splendens procedit, et crescit usque ad perfectam diem*^m. Cæterum hos divinæ contemplationis gradus, omnesque vitæ interioris actus ac perfectiones anima contemplatrix transcendere debet, ut ad mysticam et perfectam cum Deo communicationem perveniat. Ut sensus sit: Qualemcunque anima divinarum rerum cognitionem consecuta fuerit, qualemcunque perfectionis interioris statum attigerit, debet tamen longe multumque supra hæc evelli, ut Deo intime et supra mentem conjungatur.

In his autem quæ sanctus Dionysius subjungit de Moyse in nubem ingresso recte notat Hersentius, historiam illam non tanquam exemplum præmissorum afferri (non enim Scriptura narrat in caliginem illam mysticam, de qua hoc libro sermo est, Moysen ingressum fuisse, aut quod idem est, Deo superessentialiter fuisse conjunctum; sed tantum nubem, quæ montem operuerat, subiisse, in qua Deus habitasse dicitur) sed tanquam allegoriam pulcherrimam et appositissimam iis quæ tractantur illustrandis recenseri. Ac primum quidem per purgationem illam **550** Moysis, designat animam, quæ ad vitæ interioris apicem tendit, debere primum peccato mori, carnis pravos motus vincere, hisque omnibus purgari quantum in se est. Gradum autem hunc qui vitæ spiritualis primus est, et in quo maxime mortificationi incumbendum, viri spirituales vitam seu viam purgativam vocant; quam Pythagorici primam et quasi præcipuam philosophiæ suæ partem statuerunt. Per *lumina* autem et *sonos*, via illuminativa intelligitur, in qua Dei et divinarum rerum contemplationibus exercentur animæ spirituales, multisque luminibus ac sonis revelationum atque illustrationum a Deo exceptis adaugentur, multis verbis intellectualibus ad Deum emissis, et vicissim multis a Deo immixtis in via Dei progrediuntur, et paulatim a multis segregantur, dum a creaturarum rerum non solum intelligentia, sed multo magis affectu se junguntur atque secedunt. Quod autem Moyses cum *selectis sacerdotibus montem ascendat, solusque caliginem ingrediatur*, insinuat, paucorum esse ad mysticæ fastigia descendere, siquidem omnes e plebe purgati quidem sunt, et omnes sonitum buccinæ audiverunt, et fulgura viderunt, paucis tamen concessum fuit in montem ascendere, Deumque intueri. Sic plures quoque in via purgativa degunt, pauciores vero in illuminativa, paucissimi vero ad unitivam perveniunt. Moyses enim solus (ut habetur Exodi cap. xx) accessit ad caliginem in qua erat Deus, quam historiam sanctus Dionysius accommodat mystico theologo, qui semota et veluti a tergo relicta intellectuali cognitione, in mysticæ unionis sinum recipitur, ubi est perfecta caligo ignorantis, quæ in seipsa nullam intellectualem lucem aut cognitionem admittit et vere, mystica est, quia intima et occulta, sic ut nulla mens rationem ejus valeat comprehendere.

PARAPHRASIS PACHYMERÆ (53).

Ὁ μὲν ἱερὸς Διονύσιος τοῦ *Περὶ θείων ὀνομάτων* λόγου προέταξε τὸν *Περὶ θεολογικῶν ὑποτυπώσεων*, προθεωρίαν τῶν σποράδην ἐν τῇ Γραφῇ περὶ Θεοῦ εἰρημένων· ὑπέταξε δὲ τὸν *Περὶ συμβολικῆς θεολογίας*, ἐν ᾧ ἐδίδαξε, τίνες αἱ ἀπὸ τῶν ἀσθητῶν ἐπὶ τὰ θεία μετωνυμίας, καὶ τὰ ἐξῆς πολυλογώτερα τῶν *Περὶ θεολογικῶν ὑποτυπώσεων*, καὶ *θείων ὀνομάτων* ὑπάρχοντα, δι' αἰτίαν, ἣν ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τοῦ *Περὶ μυστικῆς θεολογίας* φησί. Μετὰ γοῦν τοῦτον, ἐκεῖνου ἤρξατο. Μηδεὶς οὖν οἰέσθω τὸν *Περὶ συμβολικῆς θεολογίας*, ἐφ' ὃν μετὰ τὸν *Περὶ θείων ὀνομάτων* μετελεύσεσθαι φησι, τὸν *Περὶ μυστικῆς θεολογίας* εἶναι, ἀλλὰ μετ' ἐκεῖνον τοῦτον ἴστω συντετάχθαι τῷ πατρὶ· μὴ εὐρισκομένου δὲ νῦν ἐκεῖνου, **ὁ** *Περὶ μυστικῆς θεολογίας* ἐνθάδε τέτακται.

§ I. Ἐπειδὴ περ *Περὶ μυστικῆς θεολογίας* μέλλει διαλαβεῖν, τῆς ἀπολύτου λέγω παντὸς συμβόλου τε καὶ ὀνόματος, καὶ διὰ τε τῆς πάντων νοητῶν ἀπολύσεως, καὶ τῆς πασῶν νοήσεων ἀποπαύσεως συναγομένης,

A Divus quidem Dionysius, libro suo *De divinis nominibus* præmiserat illum *De theologicis informationibus*, ceu prævium aspectum eorum quæ sparsim in Scriptura de Deo dicta sunt; subjunxerat vero librum *De symbolica theologia*, in quo docuerat, quænam a sensilibus ad divina translationes essent, etc., quæ scripta *De theologicis informationibus*, ac *Divinis nominibus* prolixiora erant, ob causam, quam in tertio capite *De mystica theologia* tradit, post illos itaque tractatus, hunc auspiciatus est. Nemo igitur librum illum *De symbolica theologia*, ad quem, post illum *De divinis nominibus*, se transire dicit, existimet hunc esse *De mystica theologia*, sed post illum sciat istum a sancto Patre compositum fuisse, qui cum modo non reperitur, hic *De mystica theologia* hoc loco subjungitur.

B § I. Cum *De mystica theologia*, ab omni inquam symbolo nomineque absoluta, et omnium intellectuum absolute, omniumque cogitationum cessatione collecta, dicturus esset, quam in aliis quoque ab in-

¹ Psal. LXXXII, 6. ^m Prov. IV, 18.

(53) Vide Scholia S. Max. tom. II, cap. I *Myst. theol.*

 ἀναβλαστήσει μονῆς ἀπομεμένηκεν ἀνεκφοίτητα·
 πῶς ὁ ὑπερούσιος Ἰησοῦς ἀνθρωποφυϊκαῖς ἀλη-
 θειαῖς οὐσίεται· καὶ ὅσα ἄλλα πρὸς τῶν Λογιῶν
 ἐκπερασμένα κατὰ τὰς θεολογικὰς ὑποτυπώσεις
 ὑμνεῖται. Ἐν δὲ τῷ *Περὶ θεῶν ἐνομάτων*, πῶς
 ἀγαθὸς ὀνομάζεται, πῶς ὦν, πῶς ζωὴ καὶ σοφία ¹⁰⁰,
 καὶ δύναμις, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς νοητῆς ἐστὶ θεωνυ-
 μίας· ἐν δὲ τῆ *Συμβολικῇ θεολογίᾳ*, τίνες αἱ ἀπὸ
 τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ θεῖα μετανομῶνται· τίνες αἱ
 θεῖαι μορφαί, τίνα τὰ θεῖα σχήματα, καὶ μέρη, καὶ B
 ὄργανα, τίνες οἱ θεῖοι τόποι, καὶ κόσμοι, τίνες οἱ θυ-
 μοί, τίνες αἱ λῦπαι, καὶ αἱ μῆνιδες, τίνες αἱ μέθαι
 καὶ αἱ κραιπάλαι, τίνες οἱ ὄρκοι, καὶ τίνες αἱ ἀραι,
 τίνες οἱ ὕπνοι, καὶ τίνες αἱ ἐγρηγόρσεις, καὶ ὅσαι
 ἄλλαι τῆς συμβολικῆς εἰσι θεοτυπίας ἐστέπλαστοι
 μορφώσεις. Καὶ σε οἶομαι συνωρακέναι, πῶς πολυ-
 λογώτερα μᾶλλον ἐστὶ τὰ ἔσχατα τῶν πρώτων· καὶ
 γὰρ ἐχρῆν τὰς θεολογικὰς ὑποτυπώσεις, καὶ τὴν τῶν
 θεῶν ὀνομάτων ἀνάπτυξιν βραχυλογώτεραν ¹ εἶναι
 τῆς *Συμβολικῆς θεολογίας*. Ἐπεὶ περ ὅσω πρὸς τὸ
 ἀναντες ἀνανεύομεν, τοσοῦτον οἱ λόγοι ταῖς συνόψεσι
 τῶν νοητῶν περιστέλλονται· καθάπερ καὶ νῦν ² εἰς
 τὸν ὑπὲρ νοῦν εἰσδύοντες ³ γνόφον, οὐ βραχυλογίαν.
 ἀλλ' ἀλογίαν παντελῆ καὶ ἀνοησίαν εὐρήσομεν. Κά-
 κεῖ μὲν ἀπὸ τοῦ ἄνω πρὸς τὰ ἔσχατα κατιῶν ὁ λό-
 γος, κατὰ τὸ ποσὸν τῆς καθόδου, πρὸς ἀνάλογον πλῆ-
 θος ἡδύρνετο· νῦν δὲ, ἀπὸ τῶν κάτω πρὸς τὸ ὑπερ-
 κείμενον ἀνίῶν, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἀνόδου συστέλ-
 λεται, καὶ μετὰ πᾶσαν ἀνοδὸν ὅλος ἀφωνος ἐσται,
 καὶ ὅλος ⁴ ἐνωθήσεται τῷ ἀφθέγκτῳ. Διὰ ⁵ ἡ δὲ ὅλος,
 φῆς, ἀπὸ τοῦ πρωτίστου θέμενοι τὰς θείας θέσεις,
 ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἀρχόμεθα τῆς θείας ἀφαιρέσεως;
 Ὅτι, τὸ ὑπὲρ πᾶσαν τιθέντας θέσιν ⁶ ἀπὸ τοῦ μᾶλ-
 λον αὐτῷ συγγενεστέρου, τὴν ὑποθετικὴν κατάρασιν
 ἐχρῆν τιθεῖναι· τὸ δὲ ὑπὲρ πᾶσαν ἀφαιρέσιν ἀφαι-
 ροῦντας, ἀπὸ τῶν μᾶλλον αὐτοῦ ⁷ διεστηκότων ἀφαι-
 ρεῖν. Ἡ οὐχὶ μᾶλλον ἐστὶ ζωὴ καὶ ἀγαθότης ἢ ἀήρ
 καὶ λίθος; καὶ μᾶλλον οὐ κραιπαλᾶ, καὶ οὐ μῆνιξ,
 ἢ οὐ λέγεται οὐδὲ νοεῖται;

cum id tollimus quod supra omnem est ablationem, ab iis quoque quæ maxime distant removeri
 debebat; nonne Deus magis est vita et bonitas, quam aer aut lapis? magisque non erapulatur
 et non irascitur, quam non dicatur aut intelligatur?

D fundamentum affirmandi ponendum erat; verum

ADNOTATIONES CORDERII.

In theologicis quidem informationibus, etc. Ex hoc capite patet (quod observatione generali II et
 12 probavimus) sanctum Dionysium accurate omnes totius scholasticæ theologiæ partes tradidisse.
 Nam ut hic significat, in theologicis informationibus, quas ὑποτυπώσεις appellat, luculenter et ample

VARIÆ LECTIONES.

⁸⁸ ita legendum. ⁸⁹ in S. P. et Sc. præponuntur hæc verba, τί οὖν ἐστὶ τοῦτο, ἢ. ¹⁰⁰ πῶς σοφία.
¹ βραχυλογώτεραν. S. βραχυλογώτερα, Ch. D. ² καὶ καθάπερ καὶ νῦν, S. ³ εἰσδύοντας, D. ⁴ ὅλος. et
 καὶ ὅλος, S. in D. utraque lectio notatur. ⁵ φῆς, Ch. ⁶ αὐτῷ, Ch.

divinam naturam cum omnibus attributis essentialibus explicat, et quidquid scholastici fusissimis commentariis, de Deo uno et trino, et divinis processibus, et personarum inter se oppositionibus, distinctionibusque, et earum in se invicem circuminsessione proferte disputant: quibus si is quem de angelicis proprietatibus scripserat, et *Cælestis hierarchiæ* liber adjuogatur, primam divi Thomæ partem luculentissime a Dionysio cognosces ante descriptam. Prima vero secundæ, ubi potissimum de actibus humanis, et eorundem bonitate ac malitia, vitiisque et peccatis agit, magnum habuit fundamentum in capite quarto *De divinis nominibus*, ubi fusissime 564 Dionysius disputat de natura bonitatis et malitiæ, majora sine dubio ad illam theologiæ partem subsidia allaturus, nisi libri *De anima*, et *De intellectualibus et sensilibus*, temporum injuriis intercidissent. Ad tractatum autem de legibus haud dubium quin liber ejus *De legali hierarchia* plurimum contulisset, qui pariter non reperitur. Secunda quoque secundæ, ubi de jure et justitia disputatur, aliquod saltem habet fundamentum in capite octavo *De divinis nominibus*, ubi agit de justitia; majus sane subsidium acceptura ex libro Dionysii *De justo divinoque judicio*, nisi similiter maximo Ecclesiæ damno intercidisset. Porro tractatus *De gratia et virtutibus theologicis* e diversis Dionysii locis σποράδην magnum lumen accipit.

Tertia denique pars, ubi agit de divini Verbi Incarnatione, similiter tota, ut hoc loco Dionysius testatur, fuit ab ipso accurate pertractata in libro *Divinarum institutionum*, in quo ait se scripsisse, *quomodo Jesus, qui erat supra substantiam, humanæ naturæ veritatem substantiamque suscepit*. Tractatus autem *De sacramentis* quam accuratissime distinctissimeque in *Ecclesiastica hierarchia* videitur expositus. Neque vero illam quæ in Scripturis explicandis versatur theologiæ partem neglexit; nam dicit se *Symbolicam theologiam*, eamque cæteris fusius conscripsisse, quæ in Scripturis interpretandis tota fuisse videtur: adeo ut etiam hæc theologiæ pars, quæ Scripturis explicandis vacat, ab hoc sancto cumulatissime tradita fuerit. Et sane si illa, quæ maximo theologorum detrimento intercederent, Opera Dionysii exstitissent, nemo præter eum in scholis auctor fuisset prælegendus cum ex ipso, utpote fonte, purior theologia profluxisset.

Ea quæ affirmantis theologiæ. Vide capitis præcedentis adnotationes et in observationibus generalibus 8j et 9, ubi naturam et differentiam affirmantis et negantis theologiæ explicuimus. Pro intelligentia autem eorum quæ hic breviter attingit de divinæ naturæ unitate, et personarum distinctione, et earundem circuminsessione, consule caput secundum *De divinis nominibus*, et nostras ibidem adnotationes, ubi divinæ processiones et mutux in se invicem circuminsessiones explicantur, et quæ Jesu quoque propria sint ac substantialia.

In symbolica vero theologia. Consule inferius Epistolam ix, quæ est ad Titum, et ibidem nostras adnotationes, ubi exponuntur illa quæ ad symbolicam theologiam spectant.

Quanto enim ad altiora contendimus, etc. Rationem tradit cur pro ratione ascensus ad Deum cognitio nostra contrahatur. Quia nimirum quanto magis ipsi Deo appropinquamus, tanto quoque magis ad unitatem ejus accedimus; unde consequens est, ut cognitio etiam nostra contrahatur ac simplicetur, non secus ac lineæ; quæ quanto a circumferentia ad centrum magis appropinquant, tanto quoque contrahuntur, donec, in ipso puncto convenientes, omnem prorsus extensionem amittunt, et inter se et cum puncto quid unum indivisibile fiunt; sicut contra quo plus a centro discedunt, eo magis expanduntur, atque ab invicem discernuntur. Hinc fit ut mystica theologia, dum rerum omnium dividuarum, sive sensuum sive intellectuum, cognitionem deserens atque transcendens, ad centrum suum, qui Deus est, contendit ac pervenit, tandem in omnimodam ἀλογίαν et ἀγνωσίαν, per omnis sermonis et naturalis intelligentiæ defectionem, incidat, in caligine mystica ipsi Deo intime conjuncta.

Hic notandum est, positionem, uti et ablationem, aliam esse simplicem, aliam esse hypotheticam. Positio simplex est, cum dicimus verbi gratia, Deus est vita, bonitas, et cætera. Hypothetica vero est, cum affirmationi adjungimus comparisonem, ut in fine hujus capitis facit Dionysius, dicens. *Magis est Deus vita quam lapis, et magis bonitas quam ignis.* Ablatio autem simplex sive negatio est, ut, Deus non est lapis, non irascitur, et similia. Hypothetica, ut: Magis non est Deus ebrius, quam non est sermone explicatus. Supra utrumque genus positionis et ablationis est Deus. In positionibus hypotheticis, quæ magis Deo conveniunt, illa sortiuntur illud magis, ut: Magis est Deus vita quam aer. Contra vero in ablationibus quæ remotiora sunt a Deo, recipiunt magis, ut: Magis non irascitur Deus, quam non intelligitur.

565 PARAPHRASIS PACHYMERÆ (55).

In theologicis quidem informationibus affirmati- A
væ theologiæ celebratæ sunt, videlicet quomodo sit unica divina natura, quam recentiores ὁμοούσιον appellant; quomodo trina, quam τρισυπόστατον seu tribus subsistentiis subsistere perhibemus; quæ sint proprietates personarum, et quid paternitas ac filiatio significant; et quæ sit sanctificatrix sanctissimi Spiritus virtus et divinum nomen; et quomodo dicatur: *Eructavit cor meum verbum bonum*; et quomodo de adorando Spiritu dictum sit: *Qui ex Patre procedit*: et quomodo in Patre, et in seipsis, et in se mutuo Filius et Spiritus sanctus sint æterne et indivulse et inseparabiliter in

Ἐν μὲν οὖν ταῖς θεολογικαῖς ὑποτυπώσειςιν αἱ καταφατικαὶ θεολογίαι ὑμνήθησαν, δηλονότι, πῶς ἐνικῆ ἢ θεία φύσις, ὃ οἱ νεώτεροι ὁμοούσιον προσεῖπον· πῶς τριαδική, ὃ φασμεν τρισυπόστατον, τίνες αἱ τῶν προσώπων ιδιότητες, καὶ τί δηλοῖ πατρότης καὶ υἰότης, καὶ τίς ἡ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἀγιαστικὴ δύναμις καὶ θεολόγος, καὶ πῶς εἴρηται τὸ, Ἐξηρέυξαι ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν, καὶ πῶς περὶ τοῦ προσκυνητοῦ Πνεύματος εἴρηται· Ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται· καὶ πῶς ἐν τῷ Πατρὶ καὶ ἐν ἑαυτοῖς καὶ ἐν ἀλλήλοις ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα συναϊδίως καὶ ἀσχίστως καὶ ἀδιαιρέτως ἐν μονῇ εἰσιν ἀνεκφοιτήτω. Ἐν δὲ τῷ Περὶ Θεῶν πάλιν ἐνομάτων, πῶς ὄνο-

† Psal. XLIV, 1.

μάζεται ὁ Θεὸς καταφατικῶς, καὶ ὦν, καὶ ζωὴ, καὶ σοφία, καὶ δύναμις. Πάλιν ἐν τῇ *Συμβολικῇ θεολογίᾳ*, τίνες αἱ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν μετωνυμίαι, καὶ τίνες αἱ μορφαί, ἃς περιτιθεῖσιν οἱ προφῆται θεοπρεπῶς τῷ Θεῷ· καὶ ποῖα τὰ σχήματα, καὶ τὰ τοῦ σώματος μέρη, τίνα πρόσωπα δηλονότι, καὶ ὤτα, καὶ χεῖρες, καὶ πόδες, καὶ ποῖα τὰ ὄργανα, καὶ τάλλα, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγωμεν, ἀ δὴ πάντα ἐξ ἀποφάσεως ὀφείλουσι λέγεσθαι ἐπὶ Θεοῦ. Ἔχεις γοῦν γινώσκειν, πῶς τὰ μᾶλλον πῶρρότερον τοῦ Θεοῦ, ἀ δὴ ἔσχατα λέγει, πολυλογώτερά εἰσιν. Ὅσῳ γάρ εἰσιν ἀνοικεῖα Θεῷ, καὶ μὴ προσήκοντα, τοσοῦτῳ δέονται λόγων εἰς παράστασιν, πῶς ἐπὶ Θεοῦ νοηθήσονται. Διὰ τοῦτο αἱ *θεολογικαὶ ὑποτυπώσεις* κατὰ τὸ *Περὶ τῶν θείων ὀνομάτων* βραχύτερά εἰσι τῆς *Συμβολικῆς θεολογίας*, ὅτι ἐν ἐκείνοις καταφατικῶς ἐλέγομεν, ἐν μὲν ταῖς *θεολογικαῖς ὑποτυπώσεσι*, περὶ Θεοῦ, ὅτι μονὰς, ὅτι Τριάς, ὅτι Πατήρ, ὅτι Υἱὸς, καὶ Πνεῦμα· ἐν δὲ τῷ *Περὶ θείων ὀνομάτων*, ὅτι ὦν, ὅτι ζωὴ, ὅτι σοφία, ὅτι δύναμις· ἐν δὲ τῇ *Συμβολικῇ θεολογίᾳ*, ἐπεὶ περὶ συμβόλων λέγει, σχημάτων, μερῶν, ὀργάνων, κραυπαλῶν, ὀρμῶν, ὕπνων, ἐγρηγόρσεων, ἀ δὴ πάντα ἐξ ἀποφάσεως ὀφείλουσι λέγεσθαι, ὡς ἀνοικεῖα καὶ πῶρρω Θεοῦ, εἰκότως πολυλογώτερα τὰ τοιαῦτα συνέβησαν γενέσθαι· ἐπεὶ περ ὅσῳ τῷ Θεῷ οικειότερα λέγωμεν, καὶ ἀνανεύομεν, καὶ ἐγγίζομεν πρὸς αὐτὸν, τοσοῦτῳ οἱ λόγοι ταῖς συνόψεσι τῶν νοητῶν περιστέλλονται. Συνόψεις δὲ τῶν νοητῶν, τὰς τῇ ἀύλῳ αὐτῶν ἀπλήτητι πρεπούσας θεωρίας ἐκάλεσε. Τὸ δὲ *περιστέλλονται* ἀντὶ τοῦ συστέλλονται τέθεικεν. Ὅπερ φησὶ καὶ νῦν ἐπὶ τῇ μυστικῇ θεολογίᾳ πάντως γενήσεται. Καὶ γὰρ παντελῶς εἰς τὸν ὑπὲρ νοῦν καὶ οικεῖον Θεῷ γνόφον εισδύντες, μὴ μόνον βραχυλόγοι γενησόμεθα, ἀλλὰ καὶ ἀλογίαν παντελῆ καὶ ἀνοησίαν εὐρήσομεν. Ἀλογίαν δὲ φησὶ, τὸ μὴ δύνασθαι λόγῳ παραστήσαι τὰ ὑπὲρ λόγον, καὶ ἀνοησίαν τὸ, ἀνενησῆτον, καὶ ὃ μὴ δύναται τις νοησαι, ὡς ὑπὲρ νοῦν ἔν. Κάκει μὲν, ἤγουν ἐν τῷ *Περὶ θείων ὀνομάτων*, ἀπὸ τοῦ ἄνω πρὸς ἀνάλογον πληθους ὁ λόγος ἠρῦνεντο· τὸ γὰρ ὦν, οικεῖον ἔν τῷ Θεῷ βραχυλογίαν εἶχε· τὸ δὲ *Παλαιῶς ἡμερῶν*, ἢ ἄλλο τι πῶρρότερον, εἰκότως πολυλογίας ἐδέετο. Νῦν δὲ, ἀπὸ τῶν κάτω τε καὶ πολλῶν συνθέσεων καὶ συμβόλων πρὸς τὸ ἐνιαῖον καὶ ἀκρότατον ἀνωῶν, εἰκότως κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἀνάδου συσταλήσεται· καὶ τόσον, ὅτι μετὰ τὴν ἀνοδὸν ἄφωνος ἔσται καὶ ὅλος ἐνωθήσεται τῷ ἀφθέγκτῳ διὰ σιγῆς τιμίας τιμῶν τὸν θέμιον σκοτὸς ἀποκρυφῆν αὐτοῦ. Διὰ τί δὲ ὅλως, φῆς, ἀπὸ μὲν τῶν πρωτίστων τὰς θέσεις, ἀπὸ δὲ τῶν ἐσχάτων τὰς ἀποφάσεις ποιούμεθα καταρχόμενοι; Λέγομεν ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν θέσεων κεχρήμεθα τῇ ὑποθετικῇ, τουτέστι τῇ ὑπαγορευτικῇ, καὶ οἷον δηλωτικῇ καταφάσει, ὅτι Θεός, ὅτι ζωὴ, ὅτι ἀγαθότης, ἢ ἄηρ, ἢ λίθος, ἢ πῦρ, ἢ πνεῦμα, ἢ τὰ τοιαῦτα. Τὰ γοῦν πρότερα τῷ Θεῷ οικειότερα καὶ συγγενέστερα· λοιπὸν μᾶλλον ἔστι ζωὴ ἢ ἄηρ, καὶ μᾶλλον Θεός ἢ λίθος, καὶ μᾶλλον ἀγαθότης, ἢ πῦρ, καὶ μᾶλ-

A mansione sine egressu. In libro autem *De divinis nominibus*, quomodo rursum vocetur Deus affirmative et ens, et vita, et sapientia, et virtus. Et rursum in *Symbolica theologia*, quæ sint rerum sensilium translationes, et quæ formæ, quas prophetæ convenienter Deo attribuunt; et quales sint figuræ corporisque membra, quæ facies scilicet, et aures, et manus, et pedes, et qualia instrumenta, et cætera, ne singula recenseamus, quæ utique omnia ex negatione dici debent de Deo. Potes itaque cognoscere quomodo quæ a Deo magis remota sunt quæ utique extrema dicit, verbosiora sint. Quanto enim magis a Deo aliena sunt, eique dissantanea, tanto pluribus verbis opus habent ut explicentur, quomodo in Deo intelligantur. Idcirco *theologicæ informationes* secundum tractatum *De divinis nominibus* breviores sunt *Symbolica Theologia*, quoniam in iis afirmando dicebamus, in *Theologicis* quidem *informationibus*, Deum esse unum, Trinitatem, esse Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum: in libro vero *De divinis nominibus*, Deum esse ens, vitam, sapientiam, virtutem: in *Symbolica* vero *theologia* cum de symbolis, figuris, partibus, instrumentis, crapulis, prepensionibus, somnis vigiliisque tractet, quæ utique omnia negative dici debent, tanquam a Deo aliena et remota, merito quæ sunt ejusmodi pluribus verbis explicari debebant: quandoquidem quanto magis propria de Deo dicimus, illique magis assentimur **566** et appropinquamus, tanto etiam magis sermones nostri rerum intellectilium aspectibus contrahuntur. Conspectus autem rerum intellectilium vocavit contemplationes, immateriali illarum simplicitati congruentes. Posuit autem *περιστέλλονται*, pro *συστέλλονται*, id est *contrahuntur*. Quod autem dicit, etiam nunc in *mystica theologia* omnino fiet. Etenim in *supramentalem* illam Deoque propriam caliginem immergi, non solum breviloqui evademus, verum etiam omnimodam sermonis et intellectionis vacuitatem reperiemus. Ἀλογίαν vero dicit, non posse sermone repræsentare illa quæ supra sermonem sunt: et ἀνοησίαν, id quod intelligi nequit, et quod nullus intelligere potest, cum mentem superet. Atque ibi quidem, scilicet in libro *De divinis nominibus*, a summo ad proportionatam multitudinem sermo dilatatur: nam ens, cum proprium sit Deo, breviloquentiam habebat; *Antiquus* vero *dierum*, vel aliud quid remotius, merito multis verbis indigebat. Nunc vero ab inferioribus et multis compositionibus ac symbolis, ad unicum et summum ascendens, merito juxta modum ascensionis contrahetur; idque in tantum, ut post ascensum, ad omnimodum silentium redigendus sit, atque ineffabili Deo totus conjungendus, cum venerando silentio honorando, qui *posuit tenebras latibulum suum* x. Verum petes cur a primis positiones divinas stantentes, divinas illas ablationes ab extremis auspi-

x Psal. xvii, 12.

cemur. Dicimus, nos in positionibus quidem usos esse enuntiativa, id est definitiva et quasi demonstrativa affirmatione, ut Deum esse, vitam esse, bonitatem esse, vel aerem, vel lapidem, vel ignem, vel spiritum, vel similia. Priora utique Deo magis propria sunt, magisque naturalia; siquidem magis vita est quam aer, et magis Deus quam lapis, et magis bonitas quam ignis, et magis sapientia quam spiritus. Hoc itaque est inchoare a primis in positionibus, quoniam magis intelliguntur in Deo prima quam postrema. In ablationibus vero contra hoc modo: Non inebriatur Deus, non irascitur, non dicitur, non intelligitur. Illud: Non inebriatur, est ultimum, fest enim etiam hominum. Non intelligitur vero, proprium et primum. Illud itaque Deum sermone non efferrī, et mente non concipi, magis proprium est Deo quam non crapulari, neque irasci: **567** siquidem hæc etiam hominibus propria sunt, atque ideoque ultima. Et similiter incipimus, ab extremis ablationis, v. gr. Magis Deus non inebriatur quam non dicatur, et magis non irascitur quam non intelligatur. Quemadmodum igitur in positionibus quæ propria sunt admittebantur magis, et magis dicebamus Deum quam aerem; et magis bonum quam spiritum, ita hic etiam extrema magis habent, quoniam etiam abstractivè dicimus; verbi gratia, Magis non crapulatur quam non intelligatur, et cætera. Crapula autem est copiosa et vehementissima ebrietas, veluti *καραπάλη*, id est τὸ *κάρα*, seu *caput*, *πάλλουσα*, *quatiens*, plurimumque movens: *μηνις* autem non est, quæcumque ira, sed permanens. Ubi autem aer dictus est, et ubi lapis? Lapis quidem a Davide **γ**, sicut etiam Dominus de seipso explicat, aiens: *Nunquid legistis in Scripturis: Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli* ^a? Et iterum ab Apostolo: *Petra autem erat Christus* ^a. Aer vero juxta quod dictum est in libris Regum: *Et ecce aura tenuis, et ibi Dominus* ^b.

λον σφίρα ἢ πνεῦμα. Τοῦτο γοῦν ἐστὶ τὸ ἀργεσθαι ὑπὸ τῶν πρωτίστων, ἐπὶ τῶν θέσεων, ὅτι μᾶλλον νοοῦνται τὰ πρώτιστα ἐπὶ Θεοῦ, ἢ τὰ ἔσχατα. Ἐπὶ δὲ τῶν ἀφαιρέσεων τὸ ἐναντίον, οὕτως· Οὐ μεθύσκειται ὁ Θεός, οὐ μηνιᾶ, οὐ λέγεται, οὐ νοεῖται. Τὸ οὐ μεθύσκειται, ἔσχατον· ἐστὶ γὰρ καὶ ἀνθρώπων. Τὸ οὐ νοεῖται, οἰκεῖον καὶ πρώτιστον. Ἔστι τοίνυν τὸ μὴ λόγῳ λέγεσθαι τὸν Θεόν, καὶ τὸ μὴ νοεῖσθαι, οἰκειότερον Θεῷ μᾶλλον ἢ τὸ μὴ κραιπαλᾶν, μηδὲ ὀργίζεσθαι· ταῦτα γὰρ καὶ ἀνθρώποις οἰκεῖα, καὶ διὰ τοῦτο ἔσχατα. Καὶ ὁμοῦς ἐκ τῶν ἐσχάτων τῆς ἀφαιρέσεως ἀρχόμεθα, οἷον· Μᾶλλον οὐ μεθύει ὁ Θεός, ἢ οὐ λέγεται· καὶ μᾶλλον οὐ μηνιᾶ ἢ οὐ νοεῖται. Ὡσπερ γοῦν ἐπὶ τῶν θέσεων τὰ οἰκεῖα τὸ μᾶλλον εἶχον, καὶ μᾶλλον Θεός ἐλέγομεν ἢ ἄηρ, καὶ μᾶλλον ἀγαθός ἢ πνεῦμα· οὕτως ἐνταῦθα τὸ μᾶλλον τὰ ἔσχατα ἔχουσιν, ὅτι ἀφαιρεματικῶς λέγομεν, οἷον μᾶλλον οὐ κραιπαλᾶ ἢ οὐ νοεῖται, καὶ τὰ λοιπά. Κραιπάλη δὲ ἐστὶν ἡ πολλὴ μέθη καὶ σφοδρότατη, οἷον *καραπάλη* τις οὔσα, ὅ ἐστι τὸ *κάρα* ἦτοι τὴν κεφαλὴν *πάλλουσα*, καὶ *πάνυ* *κινουσα*· *μηνις* δὲ οὐχ ἢ *τυχοῦσα ὀργή*, ἀλλ' ἢ ἐπιμόνος. Πού δὲ ἄηρ ἐλέχθη, καὶ πού λίθος; Λίθος μὲν παρὰ τῷ Δαυὶδ, καθὼς καὶ ὁ Κύριος περὶ ἑαυτοῦ ἐξηγεῖται λέγων· *Οὐδέποτε ἀνέγνωτε ἐν ταῖς Γραφαῖς· Λίθον ἐν ἀπεδοκίμασιν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας; καὶ πάλιν παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ· Ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός· ἄηρ δὲ κατὰ τὸ ἐν ταῖς Βασιλείαις εἰρημέγον· Καὶ ἰδοὺ αὖρα λεπτή, καὶ ἐκεῖ Κύριος.*

CAPUT IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Quod nihil rerum sensibilium sit is, qui omnis rei sensibilis secundum excellentiam est auctor.

Ὅτι οὐδὲν τῶν αἰσθητῶν ὁ παντὸς αἰσθητοῦ κατ' ὑπεροχὴν αἴτιος.

SYNOPSIS CAPITIS.

Exempla ponit negantis theologiae, et ostendit quomodo nihil sensibile Deo competat.

Dicimus ergo, causam omnium, et quæ supra omnia est, nec essentia, nec vitæ, nec rationis, nec mentis expertem esse, neque corpus existere, neque figuram, neque qualitatem aut quantitatem aut molem habere, neque in loco esse, neque videri, neque tactum sensibilem habere, neque sentire, nec sub sensum cadere, nec inordinationem admittere aut perturbationem a passionibus materialibus excitatam, nec imbecillum esse et sensilibus casibus obnoxium; neque lucis indigum existere, neque mutationem aut corruptionem, neque fluxum, neque quidquam sunt, vel esse, vel habere.

Δ λέγομεν οὖν, ὡς ἡ πάντων αἰτία, ὑπὲρ πάντα οὔσα, οὔτε ἀνούσιός ἐστιν, οὔτε ἄζωος, οὔτε ἄλογος, οὔτε ἄνους, οὔδὲ σῶμά ἐστιν· οὔτε σχῆμα, οὔτε εἶδος, οὔτε ποιότητα, ἢ ποσότητα, ἢ ὄγκον ἔχει· οὔδὲ ἐν τόπῳ· ἐστὶν, οὔτε ὁράται, οὔτε ἐπαφήν αἰσθητὴν ἔχει· οὔδὲ αἰσθάνεται, οὔτε αἰσθητὴ ἐστὶν, οὔδὲ ἀταξίαν ἔχει· καὶ *ταραχὴν*, ὑπὸ παθῶν ὀλικῶν ἐνοχλουμένη· οὔτε ἀδύναμός ἐστιν ^γ, αἰσθητοῖς ὑποκειμένη συμπτώμασιν, οὔτε ἐν ἐνδείᾳ ἐστὶ φωτός, οὔδὲ ἀλλοίωσιν, ἢ φθοράν, ἢ μερισμὸν, ἢ στέρησιν, ἢ ρεῦσιν, οὔτε ἄλλο τι τῶν αἰσθητῶν, οὔτε ἐστὶν, οὔτε ἔχει.

^γ Psal. cxvii, 22. ^z Luc. xx, 17. ^a I Cor. x, 4. ^b III Reg. xix, 12.

VARIÆ LECTIONES.

^γ alia lectio in D. notatur, ἀδύνατός ἐστιν.

568 ADNOTATIONES CORDERII.

Dicimus ergo causam omnium. Cum omnia de Deo negaturus sit, ne quis ex istiusmodi negationibus in errorem inducatur, putando Deum nihil esse, aut imaginarium aliquod figmentum exsistere, prudenter præmisit ipsum esse causam omnium, non quidem formaliter effectus suos, sed eminenter et transcendenter eos continentem. Unde cum formaliter et secundum modum concipiendi nostrum omnia de Deo negat, vult intelligi Deum ista omnia eminenter, et supra captum nostrum, non divisim aut partialiter, sed unitim et universim simplicissima ratione, rerum omnium conceptibilium perfectiones ac rationes, supra omnem perfectionem ac rationem conceptibilem complecti. Negantem itaque theologiam incipiens, ne quis ob negationes infra ponendas Deum inanem, mortuum, irrationalem aut amentem imaginaretur, ait eum causam omnium exsistere, et supra omnia, neque essentiali, neque vitæ, nec rationis, nec mentis expertem esse, ubi dum Deum essentiali, vita, ratione ac mente carere negat, hæc ipsa de eodem plusquam excellenter et superessentialiter affirmat.

Nota quod, licet nihil eorum quæ sub sensum cadunt, divinæ naturæ utpote simplicissimæ purissimæque convenient, nec occultum illud Dei manifestent, non male tamen summos theologos de Deo philosophari ex rebus sensibilibus et creaturis, scilicet a posteriori. Quoniam posteriora Dei ipsæ creaturæ sunt, et earum rationes, juxta illud: *A magnitudine enim speciei et creaturæ poterit cognoscibiliter creator horum videri* c. Confirmat hoc Gregorius theologus in secunda oratione de theologia. Currebam quidem, inquit, tanquam Deum cognitione comprehensurus, atque ita ascendi in montem et divisi nubem in eam ingressus. Et paucis interjectis, Cum paululum, inquit, prospexissem, non vidi primam et æternam naturam, quæ sibi, id est Trinitati nota est, et quanta intra primum velum manet, et a cherubin contegitur, sed illam, quæ extrema est, et ad nos pervadit, quæ est (quantum intelligo) amplitudo illa vel, ut David ait, magnificentia, quæ in creaturis et iis quæ ab ipso effecta sunt et gubernantur, cernitur. Hæc enim sunt posteriora Dei, quæ post eum sunt ipsius indicia; sicut solis umbra et imagines in aquis, quæ infirmis oculis solem utinque ostendunt; siquidem impossibile est solem intueri adversum, cujus radiis acies oculorum vincitur.

Et magnus Athanasius velut percunctando ait in quæst. ad Antiochum principem: Cum Deus sit incorporeus, et figura careat, quæ tandem posteriora ejus vidit Moyses? Deinde solvens quæstionem, Credimus, inquit, ante sæcula et ante cunctas creaturas esse Deum totum solum, increatum. Ex quo fit ut posteriora Dei sint creaturæ, et earum rationes, quas cum vidisset, exposuit, inquiens: *In principio creavit Deus cælum et terram* d.

Item Gregorius Nyssenus in libro *De vita Moysis*: Gloria, inquit, increata, natura scilicet divina, omnino est, secundum se ineffabilis, et quæ comprehendi non potest, neque videri. Nihil enim quod est ipsum hoc per se nudum, potest intelligentia liquide comprehendi, aut oculis corporis ullo modo cerni, increatum enim est; quod autem est increatum, nullus potest oculis corporis cernere, quamvis Moyses sit, quamvis Paulus, qui in tertium cælum ascendit, quamvis angelus sit qui Deum videt. Ex quibus clare innotescit valentissimos etiam theologos non ultra creaturam progredi in iis quibus Deum vident; sed potius ipsam creaturam, et quæ in natura ejus insunt, considerare. Quod si, inquit Cyparissiotus, ad hunc modum et hac via et ratione de Deo disserunt, necessario sequitur theologiam, quæ in negatione versatur, longe præstantiorem esse, et ad contemplationem magis idoneam ea theologia quæ in affirmatione cernitur. Unde Dionysius hoc et sequenti capite omnia de Deo negat.

Neque corpus exsistere. Nam Joannis iv dicitur Deum esse spiritum, ex quo Christus infert, eum spiritualiter adorandum esse, nec indigere templis corporeis; ex quo patet eum spiritum ibi proprie sumere, et prout distinguitur a corpore. Hinc S. Thomas, parte 1 ad 1, docet Deum non esse corpus; quia cum corpus sit spiritu imperfectius, Deus, qui est ens perfectissimum, non potest esse corpus, sed spiritus. Manichæi olim et quidam alii hæretici, dicti Vadiani sive Audiani, dixerunt Deum esse corporeum et humanam formam, ob quædam loca Scripturæ, in quibus Deus dicitur habere brachium, digitos, pedes, etc., atque illud: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* e, de corpore intelligebant. Sed hæc rationes nullius momenti sunt; nam locus ille aperte de anima intelligitur, et alia loca Scripturæ metaphorice intelligenda sunt.

Neque figuram neque formam, etc., habere. Ex quibus (inquit Cyparissiotus dec. 10, cap. 9) fit manifestum, quod in unitate Trinitatis neque reperitur principium, **569** neque medium, neque finis. Si quis vero aliquid horum quærat, multa reperitur, et non unitas. Principium enim et medium, et finis, eorum plane sunt quæ dividi possunt, unitas vero individua est. Similiter quod habet principium, et medium, et finem, totum aliquid est ex his coagmentatum; quod autem sic est totum, ex partibus etiam est totum; partes autem multæ, igitur totum ex multis. Unitas vero expers partium est, et non ex multis, aut ex partibus totum. Præterea, quod neque principium, neque finem habet, neque terminum in utroque habet: et ideo infinita est unitas. Bifariam enim, inquit, cum infinitum contemplamur, scilicet secundum principium et finem, quod non est ex his, et est supra hæc, infinitum appellatum est. Sed neque formam habet, vel figuram, vel speciem, vel colorem, divina unitas. Sic enim Magnus Basilius libro quarto τῶν ἀντιρρήτικῶν: Si, inquit, Filius vere est imago Patris, omnia autem imago vel substantiæ, vel formæ, vel figuræ, vel speciei, vel coloris imago est, Deus autem in nullo horum est, sed in sola substantia. Filius igitur, cum sit imago substantiæ, sequitur, ut sit ὁμοούσιος, id est ejusdem substantiæ Patris; et relinquatur ut sit unitas expers formæ, et figuræ, et speciei, et coloris. Expers igitur est formæ, quia idem est forma et substantia Dei. Hoc enim ab omnibus theologis concessum est. Si igitur in sola substantia est Deus, non igitur in forma circa substantiam; hæc enim forma non est sola substantia. Est etiam sine figura, quia demonstratum est non habere medium; si autem non habet medium, neque rotundi, neque recti particeps est; quia ubi non est medium, nec extrema aequaliter a medio distabunt, quod quidem in rotundis evenit; neque rursus ab extremo ad extremum aequaliter procedit linea, quod quidem in rectis reperitur. Si autem nec hoc, nec illud; caret igitur figura unitas divina. Est præterea expers speciei, quia species continentur in generibus; unitas vero divina, nec est in alio, nec in se. In alio quidem si esset, eveniret ei perinde ac si in medio esset comprehensa, quod in circuli centro contingit: demonstratum vero est, non habere eam partes, neque figuram; non est igitur in alio, imo nec in se; alioqui idem etiam quod circulo, ei accideret, si ipsa se complecteretur et contineret. Non enim

c Sap. xiii, 5. d Gen. 1, 4. e Gen. 1, 26.

potest esse aliquid in seipso, quin a seipso contineatur. Etsi enim Deus ex se, et ipse seipsum continet; tamen fieri non potest, ut idem contineat et a se contineatur. Si autem ab alio continetur, hoc est quod dicebamus ad figuras pertinere. Caret etiam colore, quia est substantia quæ non est in subjecto. Quomodo recipiet colores, quæ non potest cadere sub aspectum, qui colores discernit? Sicut ergo non est hæc omnia divina unitas, sic neque habet universitatem vel universum, quod partes recipiat alioqui incidet utrumvis eorum quæ diximus. Omnis enim oratio, vel effertur universe in universis, aut in universis non universe, sed particulariter, ut ait Dionysius cap. 11 *De divinis nominibus*.

Neque in loco esse. Hoc enim proprium est corporum et rerum circumscriptarum, Deus autem incorporeus est, et nullo termino circumscriptus, quare nec ipse est in loco, neque quæ in ipso sunt tanquam in loco sunt; sed habet ea ut seipsum habens, et in eis existens, omnibus quidem simul existentibus, et in impartibili in ipso existentibus, distinctis vero in impartibili impartibiliter.

Neque videri, etc. Divinus Diodochus et silentii magister, in libello *De spirituali perfectione*: Nemo, inquit, cum sensum mentis audit, speret videre oculis gloriam Dei. Sentire enim eam dicimus gustu quodam, qui exprimi non potest, divinæ consolationis, cum quis animam purgaverit; non autem apparere ei aliquid eorum quæ sub aspectum cadunt: siquidem nunc per fidem, et non per speciem ambulamus, sicut Apostolus ait ^f: Si cui igitur eorum qui certant (56) vel lumen, vel figura quæpiam, vel aliquid ad similitudinem ignis appareat, ne amplectamur huiusmodi visum; est enim fallacia inimici manifesta. Quæ quidem res multos sefellit, qui propter ignorantiam a via veritatis male deflexerunt. B. Chrysostomus in oratione *De incomprehensio*: Quod in Deo est incomprehensum, non sic nos scimus, sicut illæ potestates, quæ tanto magis sciunt, quanto mundiores, et sapientiores, et perspicaciores, quam humana natura sunt. Accretio enim sapientiæ accretionem reverentiæ creat, sicut id quod ex radiis solis non potest aspectus ferre. Non sic cernit cæcus, sicut qui videt: ad eundem modum quod est in Deo incomprehensum, non sic nos, ut illi, cognoscimus. Quantum enim interest inter cæcum et videntem, tantum interest inter nos et illos. Et rursus idem in iisdem: Illi igitur angeli aspectus tegunt, hi vero alioqui homines contendunt intendere oculos impudenter in gloriam inexplicabilem. Quis eos non defeat? quis non luceat hanc vecordiam et extremam dementiam? Et iterum idem, cum explanat illud: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre* ^g. Non, inquit, vidissemus, nisi per corpus nobis assuetum, et nobiscum altum, nobis apparuisset. Et adhuc in homilia 15 in Joannem: Si Deum nemo vidit unquam ^h, quid igitur, inquit, respondebimus grandiloquo Isaïæ, cum ait: *Vidi* **570** *Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum* ⁱ? et Joanni, qui ei testimonium præbet, cum ait: *Hæc dixit quando vidit gloriam ejus* ^k? Quid Ezechieli? siquidem ipse etiam vidit eum sedentem super cherubim ^l. Quid Danieli? cum ait: *Antiquus dierum sedii* ^m. Quid Moysi? qui dixit: *Ostende mihi faciem tuam, ut sciam te* ⁿ. Jacob autem hinc nomen accepit, cognominatus Israel, id est, *Videns Deum* ^o. Quid igitur ait Joannes: *Deum nemo vidit unquam* ^p? Liqueat omnia illa ad condensationem pertinuisse. Quia enim futurum erat, ut Filius Dei in vera carne appareret, assuefaciebat eos a principio Deus in gloria Dei videnda, quantum ab eis videri poterat. Quid enim sit Deus, non solum prophetæ, sed nec angeli, nec archangeli viderunt; solus Filius et Spiritus sanctus eum vident. Quomodo enim omnis natura creata videre poterit non creatum? Nam si potestatis incorporeæ, quamvis creatæ, visionem claram penitus capere non possumus (et hoc sæpenumero in angelis demonstratum est), multo magis substantiæ non creatæ. Idcirco Paulus ait: *Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest* ^q. Et de Filio dicit, non esse spectabilem non solum hominibus, sed et superis potestatibus ^r. Postquam enim paulo post dixit Paulus, *Manifestatus est in carne*; subjunxit: *Apparuit angelis* ^s. Itaque tunc visus est angelis, quando carnem induit. Sed quomodo nunc dicit: *Ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est* ^t? Quid igitur? Faciemne habet Deus, et in cælis circumscriptus est? Quid ergo est quod dicitur; sicut cum dicit: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* ^u. Aspectum mentis, quem habere poterimus, et notionem de Deo dicit: sic et in angelis interpretandum est, propter puram ipsorum et vigilantem naturam, nihil aliud quam Deum semper cogitare.

Ubi nota, cum Patres dicunt nullam creaturam videre Deum posse, intelligendos esse de naturali, vel de comprehensiva visione, et quid sit. Etsi autem ante incarnationem quoque videbatur Deus ab angelis, et apparebat eis, tamen quia cum in mundo apparuit per carnem, tunc illis ipsis angelis excellentius apparuit, et visus est; idcirco Scriptura tunc dixit, *ὠφθη*, id est *apparuit*, et visus est angelis quando carnem induit. Tunc enim perfectus et divinus cognoverunt illa quæ sunt Dei propria, bonitatem, justitiam, misericordiam, sapientiam, potentiam, et alia quæ in mysterio incarnationis ac reparationis humanæ maxime eluxerunt.

PARAPHRASIS PACHYMERÆ (57).

Omnium causa et supra omnia Deus est. Hæc A itaque nec essentiæ, neque vitæ, neque rationis, neque mentis expers existit; gradatim vero et secundum ordinem, ab extremis incipiens, ad sublimiora conscendit, quoniam est theologia negativa. Magis enim Deus est non expers substantiæ, quam non expers mentis; plures nimirum concesserint

Ἡ πάντων αἰτία καὶ ὑπὲρ πάντα ὁ θεὸς ἐστίν. Αὐτὴ γοῦν οὔτε ἀνούσιός ἐστιν, οὔτε ἄζωος, οὔτε ἄλογος, οὔτε ἄνους· κλιμακῶδην δὲ καὶ κατὰ τάξιν ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἀρχόμενος, ἀνεισιν ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα, ἐπεὶ ἀποφατικὴ ἡ θεολογία ἐστὶ. Μᾶλλον γὰρ οὐκ ἀνούσιος ὁ θεός, ἢ οὐκ ἄνους· δηλονότι πλείονες ἂν συντεθεῖεν, ὅτι οὐκ ἀνούσιος, ἢ ὅτι οὐκ ἄνους· τὸ μὲν γὰρ

^f II Cor. v, 7. ^g Joan. i, 14. ^h Ibid. 18. ⁱ Isa. vi, 1. ^k Joan. xii, 41. ^l Ezech. x, 1. ^m Dan. vii, 9. ⁿ Exod. xxxiii, 15. ^o Gen. xxxii, 28. ^p Joan. i, 18. ^q I Tim. vi, 16. ^r I Tim. i. ^s I Tim. iii, 16. ^t Matth. xviii, 10. ^u Matth. v, 8.

(56) Certamen intelligit, quo certamus cum lege carnis.

(57) Vide Scholia S. Maximi tom. II, cap. 4 *Myst. theol.*

ἀνούσιος παχυτέραν ἔχει τὴν παραλογίαν, τὸ δὲ ἀνοὺς λεπτοτέραν· καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἀπόφασιν ἐκείνου εὐκολωτέρας δέξονται ἢ τὴν τούτου. Ἀναγκαιῶς δὲ διὰ τούτων ὁ Πατήρ προσηφάλισατο τὸν ἀκροατὴν, ὥστε μὴ ἐν ταῖς ἐξῆς ἀποφάσεσιν, ὅτε λέγει· Οὐτε σῶμά ἐστιν, οὔτε τὸ, οὔτε τὸ, ἀεσθαι ὅπως μὴ εἶναι τὸ θεῖον. Ἄλλ' ἐν τούτοις μὲν τὸ εἶναι αὐτῷ ὑπέθετο· εἰπὼν γάρ, οὔτε ἀνούσιος, οὐσίαν ἐδήλωσεν· οὔτε ἄζωος, ζῶσαν ἐδήλωσεν· οὔτε ἄλογος, λόγον ἐδήλωσεν· οὔτε ἄνοους, νοῦν ἐδήλωσεν. Ἐν τούτοις οὖν ὑποθέμενος τὸ εἶναι αὐτὸ, ἐν τοῖς ἐφεξῆς, ὅτε λέγει τὸ σῶμα, καὶ τὰ λοιπὰ, τὸ κατὰ μηδὲν τῶν ὄντων εἶναι, ἀλλ' ὑπερούσιον ἠνίκατο· τὸ γὰρ μὴ ὄν ἀνούσιον. Καὶ πάλιν οὐ σῶμα, ἀλλ' ὑπὲρ πάσαν, ἐτέραν οὐσίαν, καὶ ἐστὶ καὶ ὑπερούσιον ἐστίν. Εἰπὼν δὲ, Οὐτε σῶμα ἐστίν, ἀναιρεῖ καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα· ἀσχημάτιστον γάρ, καὶ ἀνειδέον, καὶ ἄποσον, καὶ ἄποιον, καὶ ἄογκον. Ἄλλ' οὐδ' ἐν τόπῳ ἐστὶ· πᾶν γὰρ περιγραφτὸν ἐν τόπῳ, ἐπεὶ ὁ τόπος πέρας ἐστὶ τοῦ περιέχοντος. Τὸ δὲ θεῖον, πανταχοῦ παρὸν, καὶ πληροῦν τὰ πάντα, οὐ περιέχεται παρ' οὐδενός· ἀλλ' οὐδ' ὁράται· οὐδ' ἐπαφῆν ἔχει, ὅτι οὐδ' αἰσθητὸν ἐστίν (αἱ γὰρ αἰσθήσεις περὶ τὰ αἰσθητά), ἀλλ' οὐδ' αἰσθάνεται· οὐδὲ γὰρ αἰσθητικόν ἐστίν, οὐδ' αἰσθήσεις ἔχει. Οὐτε ὑπὸ παθῶν ἐνοχλεῖται, οὔτε ἐξ ἀδυναμίας αἰσθητοῖς ὑπόκειται πάθεσιν. Οὐτε δαὲ αὐτῷ τοῦ φωτός, οὔτε ἀλλοιοῦται, οὔτε φθειρεται· ἀναλλοιωτὸν γὰρ καὶ ἀθάνατον. Οὐδὲ μερισμὸν ὑφίσταται ἐν τῷ τὰς τρεῖς ζωαρχικὰς ὑποστάσεις ἰδιοὑποστάτως εἶναι τε καὶ νοεῖσθαι. Οὐδὲ στέρησιν· τὰ γὰρ προσόντα τῷ Θεῷ ἀγαθὰ καὶ ὑπερπλήρη καὶ φυσικά ἐστίν. Οὐδὲ ρεῦσιν ὑφίσταται, ἀρρέυστως γὰρ ὁ μονογενὴς Λόγος ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννᾶται, καὶ ἀπαθῶς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Οὔτε ἄλλο τι τῶν αἰσθητῶν οὔτε ἐστίν, οὔτε ἔχει. Τὸ μὲν ἐστὶ, διὰ τὰ καθ' αὐτὰ ὑφειστώτα λέγει, ἤγουν πνεῦμα, ἄηρ, λίθος· τὸ δὲ ἔχει, διὰ τὰς δηλωθείσας σωματικὰς ποιότητας.

naturalia. Neque fluxum sustinet, siquidem sine fluxu unigenitum Verbum ex Patre gignitur, et sanctus ille Spiritus sine passione ex Patre procedit. Neque quidquam aliud rerum sensibilium vel est vel habet. Dicit quidem illud *est*, propter ea quæ per se subsistant, ut spiritus, aer, lapis; illud vero *habet*, propter jam declaratas corporeas qualitates.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε΄.

D

572 CAPUT V.

*Ὅτι οὐδὲν τῶν νοητῶν ὁ παντὸς νοητοῦ καθ' ὑπεροχὴν αἰτίας.

Quod nihil rerum intellectilium sit is qui omnis rei intellectilis secundum excellentiam est auctor.

SYNOPSIS CAPITIS.

Docet, Deum nihil esse eorum quæ nos cognoscimus; sed esse supra omnia ista quæcunque quomodocunque a nobis concipi vel intelligentia percipi possunt.

Αἰθίς δὲ ἀνιόντες λέγομεν*, ὡς οὔτε ψυχὴ ἐστίν, οὔτε νοῦς· οὔτε φαντασίαν, ἢ δόξαν, ἢ λόγον, ἢ νόησιν ἔχει· οὐδὲ λόγος ἐστίν, οὔτε νόησις· οὐδὲ λέγεται οὔτε νοεῖται· οὔτε ἀριθμὸς ἐστίν, οὔτε τάξις, οὔτε μέγεθος,

Rursus autem ascendentes dicimus, quod nec anima sit, neque mens, nec imaginationem, vel opinionem, vel rationem, vel intelligentiam habeat; neque sermo est, neque intelligentia; neque dici-

VARIÆ LECTIONES.

* λέγομεν, S. P. Sc.

tur vel intelligitur; neque numerus est, neque ordo, neque magnitudo, neque parvitas, neque æqualitas, neque similitudo, neque dissimilitudo; neque stat, neque movetur, neque quiescit, neque habet potentiam; nec est potentia, neque lumen, neque vivit, neque vita est, neque substantia est, neque sæculum, neque tempus, nec est ejus tactio intellectilis, neque scientia, neque veritas est, neque regnum, neque sapientia, nec unum, nec unitas, neque divinitas, neque bonitas, neque spiritus est, ut nos spiritum cognoscimus; nec est filiatio, neque paternitas, nec aliud quidquam eorum, quæ nobis, aut ulli eorum qui sunt, cognita sunt; neque aliquid eorum quæ non sunt, neque quæ sunt; neque quæ sunt eam cognoscunt quatenus est, nec ipsa cognoscit quæ sunt quatenus sunt; nec est illi ratio, neque nomen, neque cognitio; neque tenebra est, neque lumen, nec error, neque veritas; nec est ejus in universum positio, nec ablatio; imo cum eorum, quæ post ipsam sunt, positiones et ablationes facimus, ipsam neque ponimus, neque tollimus; quia supra omnem positionem est perfecta; et singularis omnium causa; et supra omnem ablationem exsuperatio omnium simpliciter abstracta, et ultra omnia.

A οὐτε σμικρότης, οὐτε ἰσότης, οὐτε ἀνισότης, οὐτε ὁμοιότης ἢ ἀνομοιότης· οὐτε ἔστηκεν, οὐτε κινεῖται, οὐτε ἡσυχίαν ἔχει, οὐτε ἔχει δύναμιν, οὐτε δύναμις ἔστιν, οὐτε φῶς· οὐτε ζῆ, οὐτε ζῶή ἔστιν· οὐδὲ οὐσία ἔστιν, οὐτε αἰών, οὐτε χρόνος· οὐδὲ ἐπαφή ἔστιν αὐτῆς νοητῆ· οὐτε ἐπιστήμη, οὐτε ἀλήθειά ἔστιν· οὐδὲ βασιλεία, οὐτε σοφία· οὐδὲ ἐν, οὐδὲ ἐνότης, οὐδὲ θεότης, ἢ ἀγαθότης, οὐδὲ πνεῦμά ἔστιν ὡς ἡμᾶς εἶδέναι· οὐτε υἰότης, οὐτε πατρότης, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν ἡμῖν ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν ὄντων συνεγνωσμένων· οὐδὲ τι τῶν οὐκ ὄντων, οὐδὲ τι τῶν ὄντων ἔστιν, οὐδὲ τὰ ὄντα αὐτὴν γινώσκει ἢ αὐτὴ ἔστιν· οὐδὲ αὐτὴ γινώσκει τὰ ὄντα ἢ ὄντα ἔστιν· οὐδὲ λόγος αὐτῆς ἔστιν, οὐτε ἔνομα, οὐτε γνῶσις· οὐδὲ σκότος ἔστιν, οὐδὲ φῶς· οὐτε πλάνη, οὐτε ἀλήθεια· οὐδὲ ἔστιν αὐτῆς καθόλου θέσις, οὐτε ἀφαιρέσις· ἀλλὰ τῶν μετ' αὐτὴν τὰς θέσεις καὶ ἀφαιρέσεις ποιοῦντας αὐτὴν, οὐτε τίθεμεν, οὐτε ἀφαιροῦμεν· ἐπεὶ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν θέσιν ἔστιν ἡ παντελῆς καὶ ἐνιαῖα τῶν πάντων * αἰτία, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἀφαιρέσιν ἡ ὑπεροχὴ τοῦ πάντων ἀπλῶς ἀπολελυμένου καὶ ἐπέκεινα τῶν ὄλων.

B

573 ADNOTATIONES CORDERII.

Pro meliori horum intelligentia, consulenda sunt in Generalioribus observationibus, octava et nona, quæ ex Lessio notavimus: apud quem etiam vide caput secundum, libro primo *De perfectionibus divinis*, ubi agit de Dei incomprehensibilitate

Nec anima est, neque mens. Per animam tanquam per partem hominis principalem, designat hominem; per mentem vero angelum intelligit, qui definitur *νοῦς ζῶν*, id est *mens viva*, scilicet ob intelligendi præcellentiam præ cæteris creaturis. Unde a philosophis angeli κατ' ἐξοχὴν *intelligentiæ* nuncupantur. Vult itaque dicere Deum neque hominem esse neque angelum, atque adeo *neque imaginationem vel opinionem, vel rationem, vel intelligentiam habere*, qui sunt quatuor gradus cognitionis. Atque inter illos infimus quidem est imaginatio, quæ est rerum sensui subjectarum sensibilis et interna representatio. Hanc sequitur, et in ea fundamentum habet opinio, quæ est assensio debilis animæ rationis, probabilitate quidem mixta, sed non omnino expers formidinis. Tertium locum tenet ratio, id est scientia, quæ ratiocinatione seu demonstratione oritur. Quartum denique et supremum gradum obtinet mens seu intelligentia, quæ est pura et simplex rerum contemplatio; qualis angelorum propria est, et de speciali quadam Dei gratia in spiritualibus quibusdam viris ac mysticis theologis quandoque reperitur. Hos igitur omnes cognoscendi modos hic a Deo removet, qui omnino alia ratione intelligit quidquid intelligit, scilicet seipso, nullo interveniente actu a se distincto, ut verbo dicam, incomprehense. Hinc *neque sermo est*, quo scilicet homines loquuntur, *neque intelligentia*, quali utuntur angeli; *neque dicitur, vel intelligitur*, quippe inominabilis et inintelligibilis, ut sæpe dictum est. Pulchre Synesius hymno quarto de Deo trino et uno, Deum Patrem invocans, ait, Πάτερ ἄγνωστε νόω, ἄρρητε λόγῳ, et Arnobius libro primo, De quo, inquit, nihil dici et exprimi mortalium potis est significatione verborum, qui ut intelligaris, tacendum est; atque ut per umbram te possit errans investigare suspicio, nihil est omnino metuendum. Non est mirum, si ignoraris; majoris admirationis est, si sciaris. Quin et argute Augustinus libro primo *De doctrina christiana* capite quinto et sexto: Diximusne, inquit, aliquid et sonimus aliquid dignum Deo? Imo vero me nihil aliud quam dicere voluisse sentio. Si autem dixi, non est hoc quod dicere volui. Hoc unde scio, nisi quia Deus ineffabilis est? Quod autem a me dictum est, si ineffabile esset? at per hoc ne ineffabilis quidem dicendus est Deus, quia et hoc cum dicitur, aliquid dicitur; et sit nescio quæ pugna verborum; quoniam si illud est ineffabile quod dici non potest, non est ineffabile quod vel ineffabile dici potest; quæ pugna verborum silentio cavenda potius, quam voce paranda est.

Neque numerus est. Quia per se unitas, et solus vera unitas, a qua omnis numerus, cum sit supra numerum. *Neque ordo*, cum hic sit inter diversa, Deus autem perfectissime unus et idem Deus, ita ut nec in personis divinis sit ullus ordo dignitatis, sed tantum originis et processionis. *Neque magnitudo, neque parvitas, neque æqualitas, neque similitudo, neque stat, neque movetur, neque quiescit.* De hisce singulis consule caput nonum *De divinis nominibus*, et ibidem nostras adnotationes. *Neque habet potentiam, neque est potentia.* Vide de his quæ dicta sunt capite octavo et decimo *De divinis nominibus*. *Neque lumen, neque vita est;* vide ibidem caput sextum. *Neque substantia est;* vide ibidem caput quintum. *Neque sæculum, neque tempus;* vide ibidem caput decimum. *Neque est ejus tactio intellectilis, neque scientia, neque veritas est;* vide ibidem caput septimum. *Neque regnum;* vide ibidem caput duodecimum. *Neque sapientia;* vide ibidem caput sextum. *Nec unum, nec unitas;* vide ibidem caput tertium decimum.

Neque divinitas, neque bonitas. De his vide *De divinis nominibus* caput duodecimum et quartum.

Nota, inquit sanctus Maximus, quod neque divinitas substantia est Dei (scilicet prout a nobis concipi-

VARIE LÉCTIONES.

* ἐπάντων, S. P

tur) sicut nec unum aliquid eorum quæ dicta sunt, neque contrariorum eis; quare nihil ipsorum est. Non enim sunt hæc substantia, sed gloria circa eum. Non dixit gloria in eo, quæ est increata, id est ipsa essentia, sed circa eum sunt, quæ ab eo creata sunt, ex quibus a nobis glorificatur et laudatur. Sic et Gregorius theologus sermone tertio *Theologiæ* suæ dixit, quod neque divinitas, nec ingenitum, neque paternitas substantiam Dei significent, scilicet ut nos divinitatem cognoscimus. Cognoscimus enim divinitatem creatam in iis, qui per participationem dii dicuntur, sive angeli sive homines sint. Hujusmodi **574** autem divinitas creata nec est, neque significat divinitatem Dei, quæ essentia sive substantia ejus est; sed potius divinitas, bonitas, sapientia, et cætera, ut nos cognoscimus ista, gloria sunt circa Deum, quæ ab his quæ ab eo creata sunt, glorificatur et celebratur.

Observa præterea, quod *neque spiritus est, ut nos spiritum cognoscimus; neque filiatio est, neque paternitas*, scilicet ut nos Patrem et Filium cognoscimus. Illud enim, *ut nos cognoscimus*, in omni negatione superiorum accipe. Declarat autem, quod dici solet secundum nostram cognitionem.

Neque (inquit Cyparissiotus) te moveat hoc caput, ut putes hunc divinum auctorem aliquid blasphemæ dicere. Propositum enim est ei demonstrare, Deum nihil eorum esse quæ sunt, sed esse supra omnia. Etenim si ipse omnia produxit, quomodo potest esse aliquid eorum quæ sunt? Dixit autem, quod nec ea quæ sunt, cognoscant Deum causam omnium; at non cognoscere Deum, interitus plane est. Verum statim id exposuit, quod dixerat, cum subjunxit: *Quatenus ipsa est*; quod perinde est ac si dicatur: Nihil ex iis quæ sunt, cognoscit Deum, adæquate seu comprehensive; *dictum enim est: Nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius* ^v.

Rursum subjungit magnus Dionysius, et ait: *Nemo cognoscit Filium quatenus est*, nec ipse Deus *cognoscit ea quæ sunt quatenus sunt*, id est (ut explicat Cyparissiotus) non novit intendere mentem secundum sensum, ad ea quæ sensilia sunt; nec ad substantias quatenus substantiæ sunt. Hoc enim non convenit Deo, qui non cognoscit alia quatenus sunt in seipsis, sed in se ipso, id est in sua essentia, in qua omnes species rerum sunt comprehensæ, et multo excellentius in eo quam in se ipsis sunt. Nos enim qui homines sumus, ea quæ sensu percipiuntur, aut aspectu, aut gustu, aut tactu, intelligimus quid sint: ea vero quæ sub intelligentiam cadunt, aut per disciplinam, cum ex magistro discimus, aut per doctrinam, cum nostro studio et industria sine magistro docemur; aut per illuminationem, cum Deus revelat, cognoscimus; Deus autem nullo modo ex istis novit ea quæ sunt, sed potius ex seipso cognitionem omnium habet. Hoc enim insinuat Scriptura cum ait: *Qui novit omnia antequam fierent* ^x. Quod quidem declarat, non secundum rationem productionis eorum novisse ea Deum, secundum sensum aut intelligentiam; sed potius supra omnem sensum et intelligentiam, in se tantum intuens.

Item Gregorius theologus loco supra citato. Quæ sunt, inquit, id est creaturæ, non possunt supra naturam suam ferri intelligendo. Consentaneæ igitur, cum in se intuentur, divinam naturam ignorant secundum illud quod ipsa est. Sic igitur divina natura in se ipsam intuens, non novit in se esse creaturas secundum rationem substantiæ eorum, quia ipsa divina essentia est propria ratio substantiæ cujusque creaturæ in infinitum perfectior, quam propria ratio substantiæ in ipsa creatura. Hoc enim significavit cum dixit: *Quatenus sunt*: siquidem est supra omnia quæ sunt, et ipsum esse supra substantiam habet; aliter enim nemo dicet ignorare Deum creaturas suas.

Ex quibus fit manifestum, quod unitas supra substantiam ab omnibus abstracta est et supra omnia est. Immensis enim mensuris, et quæ conferri non possunt, causæ, supra effectus locantur et eximuntur, et ab eis absunt, ut sæpe dictum est. Quomodo enim creaturæ et facta, et quæcumque vocabulo entium significantur, conferri possunt cum natura quæ ultra omnia est? Unde convenienter sibi causa omnium, non est unum eorum quæ sunt, non dico quæcumque aliquis numeraverit, sed si quis cogitatione fingeret, et ad illa quæ ultra sæcula sunt, refugeret, opinionibus essent rationis apud nos inaniter quidem ad illa, quæ ultra omnia sunt, proficiscentis; tantum vero a re distant quantum simulacrum a veritate, et domus ab eo qui eam fabricavit, et umbra ab iis quæ sunt et per se existunt. Non enim fieri potest, ut quæ finita sunt, pertranseant quod infinitum est; quamvis mens multas infinitates reperiat, et secum reputet, nihilominus ab infinitate vera excidit, et tanquam cum umbra pugnare convincitur, attrectans; sicut qui tenebris crassissimis involuti sunt, et in iis ruunt. Ob hanc causam theologiam secundum negationem in multis valentior esse theologia affirmante, demonstratum est; non quidem quod theologia ex negantibus magis Deum assequatur et attingat (ex æquo enim utraque aberrat a conjectura de Deo), sed quod theologia negans plus profiteatur nescire, et hoc ipso verior sit. Hanc enim solam, inquit sanctus Maximus, habet Deus veram cognitionem, non cognosci. Ex his patet Deum esse supra omnem affirmationem et negationem; et nos solum ignorando perfecte, et non videndo cognoscere eum, et de eo philosophari.

Ex omnibus igitur, quæ hactenus dicta sunt, constat, theologiam mysticam **575** ad ignitionem Dei, qui perfecte hic in via neque cognosci neque videri potest, pertinere; atque adeo non tam esse partem theologiæ, quam supra theologiam, quippe quæ supra mentem et sermonem ac rationem perficiatur. Hanc ergo cognitionem supra mentem vocant omnes illi præclari ac divini viri, qui, ut mihi videtur, ex eo quod illam experti sunt, nomen ei indiderunt. Conjunctio enim cum Deo supra mentem, est ingredi per ignorantiam perfectam in illud infinitum, et quod comprehendere non potest, et in pelagus immensam naturæ ejus, ubi omnis natura defatigata sistit se, et ulterius progredi non audeat, quod a divino quodam odore, et quadam a corpore et a creaturis avocatione, in laudabilem et beatum statum, non solum admirabilius quam dici possit, sed quam intelligi, aliquando restituit; conjunctio ergo hæc cum Deo supra mentem, et hujusmodi divina exstasis, cum sit supra speciem theologiæ, a sancto Dionysio recte *mystica* seu arcana theologia nominatur. Dionysius Carthusianus, qui doctissimos simul et piissimos in sanctum Dionysium edidit Commentarios, epilogi loco pulchram movet quæstionem, quæ digna visa sunt ut hic ex eodem ad totius Operis complementum adjiceretur, cum iis quæ hactenus explicata sunt, illustrationem aliquam afferre posse videatur.

QUÆSTIO MYSTICA.

An mens humana in visione ac contemplatione mysticæ theologiæ videat seu intelligat vere et objective ipsummet Deum. Quod si ita, an videat ipsum intuitive, an abstractivè: atque insuper, an habeat de Deo conceptum distinctum ac proprium, vel quidditativum, an solum confusum ac generalem.

Quod in contemplatione tam theologiæ affirmativæ, seu propriè dictæ (de qua tractat sanctus Dio-

^v Matth. xi, 27. ^x Dan. xii, 12.

nysius libro *De divinis nominibus*) quam theologiæ negativæ seu mysticæ (de qua jam in hoc libro *De mystica theologia* actum est) Deus vere et objective intelligatur, hoc modo videtur probari posse.

Primum, quia in omni intelligentiæ actuali, reali et vera, est aliquod verum et reale objectum; sed utraque ista Dei cognitio est vera, realis, et actualis intellectio Dei; ergo habet verum et reale objectum circa quod versatur, et cui infigitur ac intendit; alioquin esset apprehensio vana, phantastica et frivola. Hoc ergo objectum reale vel est ens creatum, aut increatum. Si sit increatum, habet propositum; si creatum, omnes illæ cognitiones seu contemplationes sunt falsæ, cum nullum ens creatum proprie dicatur, prædicetur aut verificetur de superbeatissimo infinitæ excellentiæ Deo.

Præterea, cum verbi gratia dico, Deus est ens omnifarie perfectum, seu perfectionaliter infinitum, Deus est actus purus, Deus est universorum creator; istæ et consimiles propositiones sunt veræ atque catholicæ, ac proprie dictæ; non metaphoricæ, aut symbolicæ seu translativæ. In omnibus autem his apprehendo æternum et increatum objectum de quo solo verificantur, et illud aliquo modo intelligo et agnosco; ergo et illud intueor, cum istud intelligere sit mentaliter intueri. Unde et distinctum ac proprium de hoc objecto conceptum apprehendo, formo ac habeo qui de alio nullo verificatur, et ad Dei essentialia pertinet, in quo nullum est accidens.

Similiter in propositionibus mysticæ theologiæ, cum dico, Deus non est ens nec esse, nec essentia, nec vivens, nec vita; item, Deus non est unus nec unitas, nec trinus nec trinitas, nec sapiens nec sapientia, nec virtus neque omnipotens, nec verus nec veritas, etc., in hujusmodi propositionibus negativis relinquatur ac supponitur seu præsupponitur positio et affirmatio aliqua, sensusque positivus, ut puta, supergloriosissimus et superessentialissimus, Deus est ens et esse atque essentia, et Deus ac Deitas, unus et unitas, trinus et Trinitas, vivens et vita, sapiens ac Sapientia, scilicet infinite sublimius, perfectius ac gloriosius quam capere valemus: ita ut nihil horum intelligamus, concipiamus, aut intueamur, secundum naturam et modum quo in Deo sunt, et ei conveniunt, et sunt quod ipse est; quia nihil horum intelligimus quidditative seu ut *quid est*, aut a priori, aut in seipso, sed tantum ex suis effectibus, et in illis, et quantum ad *quia est*, puta a posteriori. Attamen ipsum ens increatum est objectum apprehensionum et contemplationum istiusmodi.

In contrarium vero hujus arguitur. Primum, Si in præfatis cognitionibus Deus sit immediatum proximumque objectum, immediate inspicimus ac cognoscimus **576** eum quidditative, et intuebimur essentialitatem ejus ut in seipsa est, quod fieri non posse expresse docet sanctus Dionysius in *Epistola ad Caium*, dicens: *Si quis videns Deum, intellexit id quod vidit, non ipsum vidit, sed aliquid eorum quæ sunt circa ipsum, id est aliquid divinarum effectuum.* Quod ipsum etiam in hoc libro *Mysticæ theologiæ* affirmat. Sed et Joannes Damascenus libro primo, cap. 4, asserit: « Quæcunque dicimus de Deo affirmative, non naturam ejus, sed ea quæ sunt circa naturam ejus ostendunt. » Et iterum: « Oportet, inquit, quodlibet eorum quæ de Deo dicuntur, non quid ipse est secundum substantiam significare, sed quid non est, ostendere; aut habitudinem quamdam, aut aliquid eorum a quibus separatur et distinguitur, aut aliquid eorum quæ consequuntur, naturam, aut operationem. »

Præterea (ut in superioribus frequenter ostensum est, et nominatim in fine capitis primi *Mysticæ theologiæ* perfectissima Dei contemplatio, secundum S. Dionysium, in præsentem est illa, qua conjungimur ei tanquam prorsus incognito, non ergo ipsum objective cognoscimus.

Verum his denuo contrariari videntur quædam verba sanctorum Patrum aliorum, ut S. Gregorii, qui in libro *Dialogorum* ait: « Animæ videnti Creatorem, angusta est omnis creatura. Quamlibet enim parum de luce Creatoris aspexerit, breve sit ei omne quod creatum est; quia ipse luce intimæ visionis mentis laxatur sinus, tantumque expanditur in Deo, ut superior existat mundo. » S. Hieronymus item in *Regula* sua fatetur se sæpius per hebdomadas raptum fuisse, increatamque lucem, id est ipsam superbeatissimam Trinitatem, conspexisse. Et multi sanctorum multoties in hac vita rapti fuerunt in divitias gloriæ Dei, et in abyssum lucis immensæ absorpti. Unde et gloriosus Pater Bernardus in *Epistola ad fratres de Monte Dei* juxta sublimem suam experientiam scripsit: « Quidquid in via hac de visione et cognitione Dei fidelibus impartitur, speculum est et ænigma, tantum distans a visione futura et cognitione, quantum a veritate distat fides, umbra a luce, tempus ab æternitate; nisi dum aliquando sit quod de Deo in libro *Job* legitur: *Qui abscondit lucem in manibus, et præcipit ei ut rursus oriatur, et annuntiat de ea dilecto, quod possessio ejus sit, et ad eam possit ascendere*. Electo etenim et dilecto Dei, aliquando lumen quoddam vultus Dei ostenditur, sicut lumen clausum in manibus, quod patet et latet ad tenentis arbitrium, ut per hoc quod quasi in transcurso seu puncto videre permittitur, inardescat animus ad possessionem æterni luminis plenam, hæreditatemque gloriosam beatificæ visionis. Cui ut aliquatenus innotescat, id quod ei deest, nonnunquam quasi pertransiens gratia perstringit sensum amantis, et eripit eum sibi, et rapit in diem qui est sine tumultu ad gaudia silentii, et præ modulo suo ad momentum, ad punctum id ipsum ostendens ei videndum sicuti est. Interim etiam efficit ipsum in idipsum, ut sit et ipse pro modulo sicut illud est. »

Amplius hanc difficultatem tangit Joannes de Gerson in tractatu suo *De mystica theologia*: « Si divinum, inquiens, Dionysium edoctum a conscio secretorum celestium Paulo, placet inspicere, ubi de mystica disseruit theologia cum expositoribus suis, invenimus eum tenere modum avertendi se a phantasmatis corporeis, ut, abnegatis omnibus quæ vel sentiri possunt vel imaginari, sive intelligi, ferat se spiritus per amorem in divinam caliginem, ubi ineffabiliter et supermentaliter Deus cognoscitur. Dat exemplum de statuatico sculptore, qui ex ligno aut lapide abradens format agalma pulcherrimum, hoc est simulacrum, per solam ablationem. Conformiter spiritus removens omnia per abnegationem quæ hic potest cognoscere, quæ suam utique secum gerunt imperfectionem, vel potentialitatem, vel dependentiam, vel privationis, rei mutabilitatis, invenit omnibus his ablatis tandem pulcherrimum Dei agalma, id est notitiam rei actualissimæ sine potentialitate, supremæ sine dependentia, perfectæ et puræ sine privatione, necessariæ sine mutatione. »

Cæterum an notitia illa sit solum experimentalis in affectu supremo deitati per amorem unito, an vero possit dici etiam intellectualis, non quidem intuitiva, sed abstractiva, et non solum connotativa, sed absoluta, consideratione et inquisitione dignissimum.

Habet utraque pars suos elevatissimos defensores. Sunt enim, qui exponentes sanctum Dionysium primam tenent; sunt item alii, qui ultra prædictam experimentalem seu experimentativam de Deo noti-

tiam, dicant etiam haberi posse intellectivam per conceptum proprium absolutum esse divini, quamvis non intuitivam, si imperfectio ab ipso removeatur et abstrahatur. Idem de vita, de bonitate, de sapientia, de potentia, et consimilibus prædicatis perfectionalibus dicunt.

Ad secundam hanc partem flecti videtur sanctus Augustinus pluribus locis, præsertim in libro *De Trinitate*, docens hoc modo nos ferri in bonum absolutum. Sanctus quoque Bonaventura in suo *Itinerario* capite sexto idem insinuat. Unde videtur, quod, abstracta ab ipso esse, omni potentialitate, dependentia, privatione, **577** et alia omni imperfectio ac finitate, resultat conceptus Dei absolutus ac proprius.

Advertendum autem, quod (uti idem ait in scripto Quarti) abstractio ista possit tot modis contingere, quot modis invenitur dissimilitudo. Primo enim contingit dissimilitudo, dum forma participatur secundum eandem rationem speciei, sed non secundum eundem modum seu gradum perfectionis, ut in duobus quorum unus est albius alio. Secundo, dum forma participatur secundum eandem generis rationem, non speciei, ut inter duos coloratos, quorum unus sit albus, alius niger. Tertio adhuc minor est similitudo, dum aliqua non conveniunt in genere, sed in analogia, ut est similitudo coloris ad hominem, in hoc quod utrumque sit ens, sicque deficiens est omnis similitudo creaturæ ad Deum.

Insuper quidam (ut Rabbi Moses et Avicenna) dixerunt, quod perfectiones creaturarum non conveniant Deo nisi dupliciter, ut puta negative et causaliter. Ac negative quidem primo, ad removendam privationem seu defectum oppositum, ut cum dicimus Deum sapientem, ad innuendum quod in eo non sit insipientiæ malum. Secundo, prout ex negatione relinquatur seu consequatur aliquid; ut ex hoc quod quis dicitur immaterialis relinquatur quod sit intelligens; atque ita, secundum istos hujusmodi nomina Deo attribuuntur magis ad removendum, quam ad ponendum quidquam in eo. Causaliter vero seu per modum causalitatis conveniunt Deo; primo secundum quod causat perfectiones in creaturis, ita ut dicatur bonus ac sapiens, quia sapientiam ac bonitatem rebus infundit; secundo, quia ad modum creaturæ se habet, ita ut dicatur volens ac pius, quoniam in causando, instar volentis ac pii se habet. Sicut etiam dicimus eum iratum. Et juxta istam positionem, omnia quæ dicuntur de Deo et creaturis, dicuntur de his pure æquivoce, et nulla similitudo est creaturæ ad creatorem, ex hoc quod creatura vocetur sapiens, justa, pia, etc., quod etiam expresse assèrit Avicenna.

At his objicitur, quod simili modo Deus posset dici lapis et lignum; quia est causa horum; nec sic ex cognitione creaturarum duceremur in veram Dei cognitionem; nec verum videretur id quod Dominus dixit: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* *. Quod item in Ezechiele habetur: *Tu cherub signaculum similitudinis Dei* *. Omnis quoque effectus dicitur participata suæ causæ similitudo.

Verumtamen huic opinioni concordare videtur, quod super mysticam theologiam scribit Albertus, dicens: « Deus non habet aliquid commune quod sit in ipso et creaturis, neque ut species, neque ut genus, neque ut analogiæ principium; sed est ibi tantum imitationis communitas, qua creata imitantur creatorem ut queunt; et hæc non est communitas. Propter quod etiam non est vera aliqua apud nos prædicatio vera de Deo. » Quæ verba inepte sonare videntur, nisi forsitan sumat prædicationem veram, pro prædicatione proprie dicta.

Est etiam alia positio, quatenus perfectiones creaturarum sunt in Deo præeminenter, idque quoad tria. Primo, quantum ad universalitatem; quia in Deo sunt omnes perfectiones aduatae. Secundo, quantum ad plenitudinem; quia in Deo sunt cum infinita perfectione. Tertio, quoad simplicitatem et unitatem; quæ enim in creaturis sunt diversa ac multa, in Deo sunt unum. Hæc est doctrina sanctorum Dionysii et Anselmi, ac plurimorum aliorum quos doctores præcipui, sanctus Thomas, Alexander, sanctus Bonaventura, Richardus, Petrus Ægidius, et alii multi sequuntur, et rationabilior quoque videtur. Verumtamen Scotus, in scripto suo *Super primum sententiarum*, tenet, quod conceptus entis sit univocus et communis Deo et creaturis, atque ita ens univoce prædicetur de eis; negat tamen, Deum esse in aliquo prædicamento. Aliqui vero dicunt, quod in prædicamento existat, ut Franciscus de Maronis, et qui Nominalistæ dicuntur. Denique Guilielmus Parisiensis in *Divinali suo de Trinitate*, et Antiodorensis in *Summa* sua, Henricus etiam de Gandavo in *Summa* sua, et in *Quodlibeticis* tuentur, Deum in prædicamento non esse, nec aliquid de ipso et creaturis dici univoce sed analogice tantum. Quæ positio non solum est verior, sed etiam congruentior infinitæ superincomparabili et superessentiali majestati divinæ, ac conformior beatissimi Dionysii documentis, qui Deum in libris suis tam frequenter supersubstantialem, superessentialem, supermagnum, supersapientem, et prorsus ineffabilem, incognoscibilem, indefinibilem, illimitabilem nominat. Si autem esset in prædicamento, haberet genus et differentiam, ex quibus posset cognosci, describi seu definiri ac notificari.

Vis rationum D. Thomæ in hoc fundatur, quod nimirum cognitio fiat per formam seu speciem et similitudinem cogniti, idque dupliciter. Primo, per propriam formam seu speciem, juxta illud philosophi: « Lapis non est in anima, sed species ejus. » Secundo, per formam alterius similis sibi, ut causa per similitudinem effectus sui, et homo per formam suæ imaginis. Porro, per propriam formam **578** aliquid dupliciter videtur: Primo, per formam quæ est ipsamet res, quemadmodum Deus cognoscit se per suam essentiam, similiter angelus per propriam essentiam cognoscit seipsum; secundo, per formam quæ est a re ipsa, sive sit abstracta a re ipsa, ut quando forma seu intelligibilis species est immaterialior quam ipsa res, ut species lapidis abstracta a lapide; sive sit impressa intelligenti ab intellectu, ut dum res intellecta simplicior est quam species ejus, sicut secundum Avicennam, intellectus humanus cognoscit substantias separatas per impressionem earum in ipsum.

Cum itaque Deum in hac vita non cognoscamus nisi per suos effectus, qui a plena repræsentatione divinæ essentiæ deficient infinite, neque adæquant potentiam creatoris (imo ab adæquatione ac perfecta repræsentatione omnipotentis ejus distant atque desciscunt penitus in immensum) non possumus Deum in via cognoscere clare in se et immediate, seu quantum ad *quid est*, sed solum a posteriori, et *quia est*. Verumtamen in hac cognitione Dei *quia est*, est etiam gradus et ordo, ita ut unus sic cognoscentium Deum, cognoscat eum multo perfectius et clarius quam alius; causa namque ex suo effectu tanto perfectius cognoscitur, quanto per effectum plenius apprehenditur habitudo causæ ad suam effectam. Porro hæc habitudo in effectu non pertingente ad adæquationem causæ suæ, attenditur penes tria; videlicet quoad progressum effectus a causa, et secundum hoc quod effectus consequitur plus de similitudine suæ causæ, atque secundum id quod deficit a perfecta ejus consecutione. Atque ita mens humana tripliciter proficit in cognitione Dei ex effectibus ejus. Primo, secundum quod perfectius cognoscitur efficacia Dei ad producendum; secundo, prout nobiliorum effectuum noscitur esse causa (cum enim causata aliquam

* Gen 1, 26. * Ezech. xxviii, 12

Dei similitudinem gerant, eminentiora, quæ illi similia sunt, excellentiam ejus magis commendant), tertio, prout cognoscitur, magis elongatus ac eminentis a cunctis creatis, et ab omnibus quæ resplendent et sunt in illis. Unde in *Divinis nominibus* sanctus Dionysius ait, cognosci Deum ex omnium causalitate, et excessu, et remotione. In hoc demum cognitionis profectu maxime juvatur mens humana, dum naturale lumen ipsius confortatur supernaturali lumine fidei, ac doni sapientiæ, et intellectus, ac nova illustratione superna, quæ per mentis puritatem, et probam conversationem acquiruntur; per quæ omnia mens in contemplatione supra se elevatur, in quantum cognoscit Deum esse supra omne quod apprehendit. Verumtamen quia ad ejus essentiam videndam pertingere nequit, dicitur in seipsa quasi reflecti ab illius lumine superexcellenti, juxta illud Geneseos: *Vidi Deum facie ad faciem*^b; quocirca scribit sanctus Gregorius: « Visus animæ dum in Deum intenditur, immensitatis illius coruscatione reverberatur. »

Ex his certum censetur, quod in cognitione Dei per propriam speciem atque essentiam ipse superpræstantissimus Deus a beatis clare et objective, quidditative et intuitive cognoscatur; non tamen simpliciter comprehensive, id est non tam clare ac plene, sicut ex natura sua cognoscibilis est. Etenim sicut infinitæ est actualitatis, entitatis ac perfectionis, ita et infinitæ cognoscibilitatis; sicque sibi soli comprehensibilis et cognitus est, a qua comprehensione omnes beati infinite deficient; attamen plenarie contentantur et quietantur, quoniam vident illum sicuti est^c, et tota illorum naturalis capacitas impleta est, et superimpleta. Hinc et comprehensores vocantur.

At vero in contemplatione Dei in presenti vita, per affirmativa de ipso proprie non metaphorice dicta (de quibus in libro *De divinis nominibus* agitur) cognoscitur Deus modo præfata, quia est; attamen objective et immediate, ita ut non sit medium per quod in ratione objecti, sit tamen medium per quod in ratione speciei intelligibilis; quia per formas similitudinesque creatas, et non clare in seipso cognoscitur, ita ut ipsius essentia sit quod et quo, id est objectum et species per quam.

In contemplatione autem seu visione mysticæ theologiæ, qua Deus per omnium ablationem et abnegationem cognoscitur, clarius et sublimius noscitur et videtur, quam in contemplatione prædicta per affirmationes, ideo et objective, non tamen quid est, sed quia est, attamen per appropinquationem gradum ad notitiam quidditatis. Cæterum in hac contemplatione dicitur apex mentis et intelligentiæ vertex Deo uniri tanquam omnino ignoto, et in omnimoda caligine versari, nihilque penitus de illo cognoscere, non quod ab illius inspectione omnimode vacet (præsertim cum ista sit altissima, clarissima, perfectissima ac profundissima Deitatis contemplatio, cognitio, et visio huic vitæ possibilis, ut ipsemet magnus Dionysius, et expositores ipsius testantur), sed quia in hac contemplativa, et sapientiosissima ac ferventissima unione cum Deo mens acutissime et limpidissime conspiciat, quam superincomprehensibilis, et supersplendidissimus, et superluminosissimus, et superpulcherrimus, et superamabilissimus, et supergaudiosissimus sit ipse Dominus Deus omnipotens, et immensus, atque 579 quam infinite et indicibiliter a plena illius cognitione et beatifica ejus fruitione ac visione faciali, immediate ac clare intuitiva distet, deficiat et occumbat. Ideo præ admiratione et amore deficit et defluit a seipsa, gaudiose quoque ac dulciter absorbetur, obdormit, et quiescit in superdulcissimo Deo, creatore, salvatore ac miseratore, imo et supergratiosissimo suo sponso, totius beatitudinis suæ superpiissimo fonte, omnipotentissima et liberalissima causa.

Nec refert, sanctum Thomam (58) in hujus questionis determinatione, sicut et alibi sæpe, affirmare, intellectum nostrum intelligere non posse nisi speculando phantasmata. (« Intellectus, enim inquit, noster secundum statum vitæ habet habitudinem determinatam ad phantasmata, quoniam comparatur ad ea sicut visus ad colores; phantasmata autem ab exterioribus formis abstrahuntur, ideo non potest Deum in hoc statu per essentiam ipsius cognoscere, nec per aliquam speciem spiritalem quæ sit Dei similitudo, propter ipsius intellectus connaturalitatem ad phantasmata. ») Nam idem sanctus doctor alibi congruentius affirmat, ac bene probat in *Summa contra gentiles*, animam rationalem adhuc manentem in corpore, quantum ad vires suas inorganicas, immateriales, intellectivas, supremas, super corpus esse elevatam, et per se subsistere, nec quoad totum suum esse comprehensam a corpore. Nec enim potentiæ ejus sunt nobiliores aut elevatiores quam sua essentia (ut Proclus insolubiter probat); ergo vires illæ superiores jam actuatæ scientia competenti et intelligibili forma, agere queunt ex sua natura sine communiione et conversione ad corporale phantasma, et absque adjuvulo virium sensitivarum, cum modus agendi sequatur modum essendi, et proprietas actionis naturam agentis.

Præterea, si istud negetur, non poterit naturali ratione ostendi immortalitas animæ (cujus oppositum sanctus Thomas sæpius scripsit). Nam et philosophus (59) libro *De anima dicit*: Si anima rationalis in hac vita non habet aliquam operationem liberam, propriam ac separatam a corpore, non potest extra corpus subsistere; si autem habet actionem hujusmodi, potest a corpore separari. Quod si dixeris, quod separata habeat alium modum essendi, ergo et operandi; jam præsupponis quod restat probandum. Adde quod in ipsa scientia rei, et intelligibili speciei ejus, sufficienter refulceat natura objecti, etiam purius et illuminatius quam si species illa ad phantasmata retorqueatur; ergo per speciem illam purius cernit, quod et experimento docetur in his qui interdum omnino abstrahuntur a corpore.

Neque his obstat quod sanctus Dionysius cap. 1 *Cælestis hierarchiæ* dicat, fieri non posse ut aliter divino-principalis ille radius nobis illucescat, nisi sacrorum varietate operimentorum anagogice obvelatus, nobis quoque paterna providentia connaturaliter ac proprie sit accommodatus; quia hoc intelligendum est quantum ad primam intellectus informationem, juxta quod philosophus ait: « Intelligentem oportet phantasmata speculari. » Sed hæc locum maxime habent in mystica contemplatione, ad quam cap. 1 hujus libri Timotheum instituens ait: *Tu vero, o chare Timothee, circa mystica spectacula intensa exercitatione, et sensus relinque, et intellectuales operationes, et sensibilia et intelligibilia omnia, et ea quæ sunt, et quæ non sunt omnia, ut ad unionem ejus qui supra omnem essentiam et notionem est, quantum fas est, indemonstrabiliter assurgas. Num tui ipsius*

^b Gen. xxxii, 30. ^c I Joan. iii, 2.

(58) S. Thomas *super Boetium*, proposit. 45.

(59) Aristoteles.

et r-rum omnium libero et absoluto excessu, ad supernaturalem divinæ caliginis radium, ab omnibus abstractius et absolutus, pure eveheris. Quo quid clarius, quid sententiosius a sancto doctore dici potuit? Certe qui phantasmata speculari, handquaquam pure ac penitus omnem sensum et sensibilia universa deserit aut transcendit. Attamen in mystica illa contemplatione minime sufficit sensibilia relinquere, nisi et intelligibilia omnia deserantur, et res omnes creatæ, operationesque propria, et ipse qui contemplatur, ne semetipsam quidem intueatur. Quil enim in ista contemplatione conferre possent phantasmata, quando jam apex ipse mentis, soli increatæ luci intentus, et per theoricæ lumina, per sapientiæ radium, per impressiones deificas eidem intimæ est unitus?

Rursus eodem capite ait, de bona omnium causa, quod ipsa omnibus superessentialiter supereminet, iisque solis absque velamine vereque effulgeat, qui et impura omnia, et pura pertranseunt, et omnem omnium sanctorum cacuminum ascensum transcendunt, et omnia divina lumina et sonos, verbaque cælestia quasi a tergo relinquunt, et in caliginem absorbentur. Quod si igitur in hac contemplatione oportet etiam angelicas purissimas mentes transcendere, quomodo non magis vilia et materialia ista phantasmata?

Præterea, si sine phantasmate nequit mens humana quidquam cognoscere, quomodo vera sunt quæ de anagogica ac pure mentali contemplatione, et superna illustratione sancti locuti sunt et scripserunt? Cur beatus David cæteris præsertim prophetis, qui imaginarias visiones sortiti sunt, quod ipse anagogicæ et pure immaterialiter sine phantasmatum velamento divina præviderit mysteria, et sacra **580** cognoverit arcana? *Incerta, inquit, et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi* ^d. Audi iterum quid ipse de se dicat: *Spiritus, inquit, Domini locutus est per me, et sermo ejus per linguam meam. Sicut lux auroræ oriente sole, mane absque nubibus rutilat, et sicut pluvius aëminat herba de terra* ^e.

Quod si dixerint, mentem humanam non illuminari immediate a mente angelica luce immateriali, sed lucem illam uniri phantasmati, et prout in illo relucet a mente humana conspici. At contra, nonne mens humana simplex, immaterialis ac deiformis, capacior est directæ et immediatæ lucis angelicæ, quam materiale phantasma?

Ad illud autem quod superius ex sancto Dionysio et Damasceno dictum fuit, nempe illa quæ de Deo et creaturis prædicantur, non ipsum Deum designare, sed aliquid eorum quæ sunt circa ipsum, et quid non est; ita videtur intelligendum, quod nimirum non significant Deum pure ac plene prout est in seipso, sed prout in suis relucet effectibus; seu secundum quod cognoscitur ex iisdem, non quod significant quid creatum in recto, quamvis denotent tate quid in obliquo; et quod aptius negentur de Deo secundum quod nos ea concipere possumus. Attamen magna est differentia nominum divinorum; et quamvis quædam designent Deum secundum modum proprium sibi, non tamen talia intelligimus quoad significata, nisi quantum ad quia non quoad quid. Ex quibus rite intellectis, superiora objecta facile solvi possunt.

Denique si cogitatio intuitiva dicatur, qua res in seipsa, et quoad suam quidditatem cognoscitur, mentaliterque videtur, dicendum est, nos Deum in hoc sæculo non posse intuitive cognoscere. Quod si vero intuitio laxius sumatur pro cognitione qua aliquid quomodocunque objective agnoscitur quoad essentialia sua seu propria sibi, quamvis non clare ac distincte secundum quod in seipso est; posset etiam dici, quod in vita hac cognoscamus Deum etiam intuitive, scilicet quoad quia est, non autem quoad quid est, nisi valde obscure et imperfecte. Nihilominus etiam distinctam aliquo modo de Deo habemus cognitionem, ita ut multa de ipso cognoscamus quæ ei soli conveniunt, verbi gratia, quod sit esse ejus increatum, independens, purum, perfectum, et cætera, quamvis ignoremus quid hoc sit. Hinc in Commentariis ad librum Boetii *De Trinitate* sanctus Thomas fatetur, de nulla re posse sciri an sit nisi aliquo modo sciatur de ea quid sit, aut perfecte aut confuse, secundum philosophum in principio *Physicorum*.

Ex his quoque apparet dicendum, quod ultra, et præter notitiam Dei experimentalem affectivam et mysticam, haberi etiam possit aliqua de Deo notitia intellectualis mystica abstractiva et absoluta, juxta modum prædictum, abstrahendo ipsum esse ab omni prorsus imperfectione, accipiendoque illud cum omnimoda excellentia, nobilitate et perfectione, ac perfectionali infinitate; quemadmodum etiam Alpharabus et Avempothe dixerunt, quod intellectus noster cognoscendo quidditates sensibilibus ac materialium substantiarum, abstractissime cognoscerat quidditatem substantiæ separatæ; quorum tamen opinio non fuit omnino vera, quia ex tali sensibilibus abstractissima cognitione, non sciretur propria et ultima differentia cujuscunque separatæ substantiæ, quemadmodum etiam ex prædicta Deitatis abstractiva contemplatione non agnosceretur quidditas esse divini.

Postremo patere videtur ex dictis, quomodo Deus dicatur innominabilis, ineffabilis, indesignabilis, quia videlicet nullo nomine exprimi potest, quo clare ac plene insinuari atque intelligi possit quid sit, et qualiter in seipso sit ens, etc. Nihilominus innumerabilia nomina sunt ipsius, quæ ipsum aliquo modo, imo et variis modis designant; quædam perfectius, quædam minus perfecte. Quod vero in libro *De causis* asseritur, primam causam non narrari nisi per causas secundas, non est intelligendum, quasi nomina secundarum causarum proprie et univoce conveniant causæ primæ; sed quod sicut cognoscitur per causas secundas, omni illarum imperfectione tandem exclusa, sic nominetur per eas, verumtamen per excellentiam infinitam.

581 PARAPHRASIS PACHYMERÆ (60)

Ἀποφηνάμενος πρῶτον μὲν τὰς στέρησεις, μετέπει-
τα δὲ τὰς θέσεις τῶν αἰσθητῶν, ἐν τῷ εἰπεῖν, Ὅστε
ἀνούσιος, καὶ τὰ λοιπὰ στέρητικά· καὶ αὖθις ἐν τῷ
εἰπεῖν, Ὅστε σῶμα, καὶ τὰ λοιπὰ θετικά· νῦν ἀποφαί-

A Cum primum quidem privationes explicasset,
deinde vero positiones rerum sensibilibus, dicendo:
Neque substantiæ est expers, et cætera privativa;
atque iterum dicendo: Neque corpus, et cætera

^d Psal. I, 8. ^e II Reg. xxiii, 2.

positiva; nunc etiam demonstrat intellectilia, dicendo: Neque anima, neque mens. Verum nec habet illa, quoniam etiam ibi de ratione ac mente mentionem fecit, dicens: Neque rationis neque mentis experts; et cæteroquin etiam ibi intellectilia demonstrat. Sed scito ibi illa quæ talia sunt, sensilia esse: neque enim declarat rationem absolutam, vel mentem a sensilibus separatam; sed rationis mentisque carentiam, animalia nimirum sensilia, ratione menteque privata; verum hæc dicit, neque animam esse, neque quidquam illorum quæ animæ portiones idque secundum ordinem participant, ut neque habeat imaginationem solam irrationalem et debilem illam formam quam etiam bruta habent; neque opinionem, obscuram illam cognitionem quæ non ratiocinatur, quam habent ea quæ utuntur ratione; neque rationem, id est cognitionem et scientiam, neque intellectionem seu mentis operationem, quæ potissima pars animæ est. Postea derivat sermonem ad ipsas nudas virtutes sine illis qui eas habent, et ait: Neque sermo est prolaticus, neque intellectio, sive locutio interna. Atque iterum adhuc adducit rationem, atque ex his Deum eximit, aitque: Utquid hæc memoro? neque ipsa ratio, neque intellectio valet Deum concipere. Post hæc omnia enumerat quæ in nobis videntur, sed sunt incorporea, atque adeo intellectilia, hactenus tamen in subjectis conspecta. Intellectilis porro tactus, est mentis cognitio. Sicut enim tactus sensibilis, est sensatio, quia tunc sentimus, quando tactus sensilium a sentientibus sive C sensu percipitur; siquidem etiam nobis eminus igni assidentibus, dummodo calefiamus, quidam contactus dicitur existere. Et in olfactu cæterisque etiam idem accidit; neque enim simpliciter contactus corporeus fit dum corpora conjunguntur, sed dum in sensilibus excitant sensationem. Sicut itaque hæc, inquam, se **582** habent in tactu sensili, sic etiam cogita in tactu intellectili sive cognitione. Neque vero veritas est, neque sapientia, tametsi Dominus dicat: *Ego sum veritas* ^f; et divus Paulus apostolus: *Christus Dei virtus, et Dei sapientia* ^g; quia ipsa per se veritas, et per se sapientia est, et supra nostram veritatem et sapientiam. Aliter etiam, quia nec hæc Dei substantiam significant. Unum autem et unitas ab invicem differunt; siquidem unum significat subjectum, unitas vero ipsammet qualitatem; sicut album et albedo, bonum et bonitas. Neque vero divinitas substantia est Dei, quemadmodum neque bonitas; neque spiritus est, tametsi in divinis Evangeliiis audiamus: *Spiritus est Deus* ^h; et rursum: *Spiritus veritatis*; sed sicut nos scire ait beata illa sanctaque nomina personarum sanctissimæ Trinitatis; hoc enim hic etiam accipe, et in omni negatione, prout videlicet nos intelligimus, sive secundum nostram intelligendi facultatem. Non enim ea jam enumerata ut bonitas,

Α νεται καὶ τὰ νοητά, τὸ, Ὅστε ψυχὴ, οὕτε νοῦς. Πλὴν μὴ ἔχη, ὅτι κάκεισε περὶ λόγου καὶ νοῦς ἐμνημόνευσεν, Ὅστε ἄλογος, εἰπὼν, οὕτε ἄνους· καὶ λοιπὸν ἀποφαίνεται κάκει τὰ νοητά. Ἄλλ' ἴσθι, ὅτι ἐκεῖ τὰ τοιαῦτα, αἰσθητά εἰσιν· οὐδὲ γὰρ ἀποφαίνεται ἀπὸλυτον τὸν λόγον, ἢ τὸν κεχωρισμένον τῶν αἰσθητῶν νοῦν· ἀλλὰ τὸ ἄλογον καὶ τὸ ἄνου, ζῶα δηλαδὴ αἰσθητά, ἐστερημένα λόγου τε καὶ νοῦς. Ἄλλ' ἐνταῦθα λέγει, ὡς οὕτε ψυχὴ ἐστίν, οὕτε τι ἀπὸ τῶν ἐχόντων τὰ μέρη ταύτης, καὶ ταῦτα κατὰ τάξιν· οὕτε τι ἔχον φαντασίαν μόνην ἄλογον, καὶ τύπον ἀσθενῆ, ἣν δὴ ἔχουσι καὶ τὰ ἄλογα· οὕτε δόξαν, ἀσυλλόγιστον γινώσιν καὶ ἀμυδράν, ἣν τὰ λογικὰ ἔχουσιν· οὕτε λόγον, δηλονότι διάνοιαν καὶ ἐπιστήμην· οὕτε μὴν νόησιν, ἐνέργειαν νοῦς, μέρους κρείττονος τῆς ψυχῆς. Μετὰ ταῦτα ἀνάγει τὸν λόγον εἰς αὐτὰς γυμνάς τὰς δυνάμεις δίχα τῶν ἐχόντων αὐτὰς, καὶ λέγει, Ὅτε λόγος ἐστὶ προφορικὸς, οὕτε νόησις, δηλαδὴ ἐνδιάθετος λόγος. Καὶ αὖθις ἔτι ἀνάγει τὸν λόγον, καὶ αὐτῶν ἐξαιρεῖται τὸ θεῖον, καὶ λέγει· Τί λέγω ταῦτα; οὕτε αὐτὸς ὁ λόγος καὶ ἡ νόησις ἐφικνεῖται εἰς τὸ θεῖον καταλαβεῖν. Μετὰ ταῦτα ἀριθμεῖται πάντα τὰ ἐν ἡμῖν μὲν φαινόμενα, ἀσώματα δὲ, καὶ διὰ τοῦτο νοητά, πᾶσι δὲ ἐν ὑποκειμένοις θεωρούμενα. Νοητὴ δὲ ἐπαφή ἐστίν ἡ τοῦ νοῦς γινώσις. Ὡς γὰρ ἐπαφή αἰσθητῆ ἐστίν ἡ αἰσθησις· τότε γὰρ αἰσθανόμεθα, ὅτι ἐπαφή τῶν αἰσθητῶν τοῖς αἰσθανομένοις ἢ τῇ αἰσθήσει γίνεται, καὶ μακρόθεν γὰρ τοῦ πυρὸς καθήμενων ἡμῶν, εἴπερ μόνον θερμαίνόμεθα, ἐπαφή λέγεται εἶναι· καὶ ἐπὶ τῆς ὁσφρήσεως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τοῦτο συμβαίνει· οὐδὲ γὰρ ἀπλῶς ἡ ἐπαφή σωματικὴ γίνεται ἐν τῷ τὰ σώματα συνεχίζεσθαι, ἀλλ' ἐν τῷ τὴν αἰσθησιν προσβάλλειν τοῖς αἰσθητοῖς. Ὡς γοῦν οὕτω ταῦτα ἐπὶ τῆς αἰσθητῆς ἐπαφῆς, οὕτω νόει καὶ ἐπὶ τῆς νοητῆς ἐπαφῆς, ἤγουν τῆς γινώσεως. Ὅστε δὲ ἀλήθειά ἐστίν, οὕτε σοφία, καίτοι γε τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Ἐγὼ εἰμι ἡ ἀλήθεια*· καὶ τοῦ θεοῦ ἀποστόλου Παύλου· *Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία*· ὅτι αὐτοαλήθεια καὶ αὐτοσοφία ἐστὶ, καὶ ὑπὲρ τὴν ἡμετέραν ἀλήθειαν καὶ σοφίαν. Καὶ ἄλλως, ὅτι οὐδὲ ταῦτα Θεοῦ οὐσίαν σημαίνουσι. Τὸ δὲ ἐν καὶ ἡ ἐνότης ἀλλήλων διαφέρουσι· τὸ μὲν γὰρ ἐν δηλοῖ τὸ ὑποκείμενον· ἡ δὲ ἐνότης αὐτὴν τὴν ποιότητα· ὡσπερ λευκὸν καὶ λευκότης, ἀγαθὸν καὶ ἀγαθότης. Ὅστε δὲ ἡ θεότης οὐσία ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, ὡσπερ οὐδὲ ἡ ἀγαθότης· οὐδὲ πνεῦμά ἐστι, καίτοι γε ἐν τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις ἀκούομεν, *Πνεῦμα ἐ Θεός*· καὶ πάλιν, *Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας*· ἀλλ' ὡς ἡμᾶς εἰδέναι φησὶ τὰ μακαριστικὰ καὶ ἀγιαστικὰ ὀνόματα τῶν τῆς ἁγίας Τριάδος ὑποστάσεων· τοῦτο γὰρ λαβὲ καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐπὶ πάσης ἀποφάσεως τὸ ὡς ἡμᾶς εἰδέναι, ἔγγουν κατὰ τὴν ἡμετέραν δύναμιν. Οὐ μέντοι γε οὐσία τὰ ἀπηριθμημένα Θεοῦ, ἡ ἀγαθότης, ἡ θεότης, καὶ τὰ λοιπὰ, ἀλλὰ δόξα περὶ αὐτὸν ἐστίν. Οὕτω καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ τρίτῳ τῶν αὐτοῦ Θεολογικῶν λόγων λέγει, ὡς οὕτε ἡ θεότης, οὕτε τὸ ἀγέννητον, οὕτε ἡ πατρότης οὐσίαν σημαίνει Θεοῦ. Μὴ ταραττέτω δὲ σε τό· Ὅστε ὁ Θεὸς οἶδε τὰ ὄντα ἢ

^f Joan. xiv, 6. ^g 1 Cor. i, 24. ^h Joan. iv, 24.

ὄντα εἰσι· σκοπὸς γὰρ τῷ ἁγίῳ δεῖξαι τὸν Θεὸν μηδὲν μῆτε τῶν ὄντων, μῆτ, μὴν τῶν οὐκ ὄντων ὄντα. Τὸ δὲ, Μηδὲν τῶν οὐκ ὄντων ὑπερβολικῶς τέθεικε· τίνα γὰρ εἰσι τὰ μὴ ὄντα, ὡς ἂν εἰποιμεν, ὅτι οὐκ ἔστι τι τῶν μὴ ὄντων, ἀλλὰ οὐδὲν τῶν ὄντων οὕτως· ὅτι, ἐπεὶ τὰ πάντα παρήγαγε, πῶς ἔχει εὐρεθῆναι ἐν τι τῶν ὄντων; Λέγε τοίνυν, ὅτι οὐδὲ τὰ ὄντα γινώσκει τὸν πάντων αἴτιον Θεόν· ἀλλὰ ταχέως αὐτὸ ἐσαφήνισεν, εἰπὼν· Ἡ αὐτὸς ἐστι, τουτέστιν, Οὐδὲν τῶν ὄντων γινώσκει Θεὸν καθὼς ἐστιν, ἀντὶ τοῦ τὴν ἀνεκνόητον καὶ ὑπερούσιον αὐτοῦ οὐσίαν καὶ ὑπαρξίν· εἰρηται γὰρ· Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ, καὶ τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός. Καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου ἐπάγει ὁ Πατήρ οὗτος, καὶ φησιν, Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Θεὸν ἢ ἐστιν, οὐδὲ αὐτὸς ὁ Θεὸς γινώσκει τὰ ὄντα ἢ ὄντα ἐστί· τουτέστιν, οὐκ οἶδεν ἐπιβάλλειν τοῖς αἰσθητοῖς αἰσθητῶς ἢ ταῖς οὐσίαις, ὡς οὐσίαις· ἀνοικεῖον γὰρ τοῦτο Θεοῦ. Οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὰ μὲν αἰσθητὰ ἢ διὰ θέας, ἢ δι' ἀφῆς, ἢ διὰ γεύσεως νοοῦμεν τί εἰσι· τὰ δὲ νοητὰ ἀπὸ μαθήσεως, ἢ διδασκαλίας, ἢ ἐλλάμψεως καταλαμβάνομεν. Ὁ δὲ Θεὸς οὐδὲ ἐξ ἐνός τοιούτου τρόπου οἶδε τὰ ὄντα, ἀλλὰ γινώσκει ἔχει τὴν αὐτῷ πρέπουσαν· τοῦτο γὰρ αἰνίττεται τό· Ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, δηλονότι, οὐ κατὰ τὸν λόγον τῆς γενέσεως τῶν ὄντων οἶδεν αὐτὰ ὁ Θεός, ὅπερ ἐστὶν αἰσθητῶς, ἀλλὰ καθ' ἕτερον γινώσεως τρόπον. Οἱ ἄγγελοι δὲ γνωστικῶς καὶ ἀϋλως αὐτὰ γινώσκουσιν, οὐχ ὡς ἡμεῖς αἰσθητῶς. Οὕτως οὖν καὶ ὁ Θεὸς ἀσυγκρίτως καὶ ὑπεραναβεβηχότως, οὐ μὴν ταῖς οὐσίαις συμβάλλων, οἶδε τὰ ὄντα. Λοιπὸν τὰ ὄντα Θεὸν οὐκ οἶδεν ἢ ἐστὶ Θεός· ὑπὲρ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἐκταθῆναι ταῖς νοήσεσιν οὐ δύναται. Εἰκότως οὖν εἰς ἑαυτὰ βλέποντα, ἀγνοεῖ τὴν θείαν φύσιν καθὼς αὐτὴ ἐστίν. Οὕτως οὖν καὶ ἡ θεία φύσις ἑαυτὴν βλέπουσα, οὐκ οἶδεν ἐν ἑαυτῇ τὰ ὄντα κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, ἐπειδὴ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα ἐστὶ, καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι κέκτηται ὑπερουσίως. Καὶ πάλιν ἀνωτέρω μὲν εἶπεν, Οὔτε φῶς, οὔτε ἀλήθεια· νῦν δὲ, Οὔτε σκότος, οὔτε φῶς, οὔτε πλάνη, οὔτε ἀλήθεια. Καὶ ἐστὶν εἰπεῖν, ὅτι· τὸ μὲν πρῶτον φῶς λέγων, περὶ τοῦ ἀπολύτως φωτὸς λέγει, ἡγουν περὶ τῶν ἀγγελικῶν οὐσιῶν, καὶ ἀλήθειαν τὴν αὐτοαπολελυμένην· οὐ μὴν δὲ τὴν ἀντικειμένην τῷ ψεύδει ἀλήθειαν, ἀφ' ἧν ἀποφάσκει τὸ Θεῖον, ὅτι καὶ ὑπὲρ ταῦτα ἐξηρημένον ἐστίν. Ἐνταῦθα δὲ λέγει, ὅτι Οὔτε τῶν πρὸς τι, μᾶλλον δὲ τῶν κατὰ στέρησιν καὶ ἔξιν· οἷον, ὅτι οὔτε ἐκ σκοτῶς εἰς φῶς μετέβαλεν, ὡσανεὶ ἐκ τοῦ δυνάμει φωτὸς εἰς τὸ ἐνεργεῖα φῶς· οὔτε πάλιν ἐκ τοῦ πλάνην εἶναι, δηλονότι δυνάμει ἀλήθειαν, εἰς ἀλήθειαν ἐνεργεῖα μετέβαλε· πάντα γὰρ ταῦτα δεύτερα αὐτοῦ, καὶ τὸ φῶς καὶ ἡ ἀλήθεια, ἐξ αὐτοῦ προνοητικῶς φανέντα. Οὐδέ ἐστὶ παντελῶς αὐτοῦ θέσις, ὡς εἶναι ἢ ζωὴν ἢ ἀλήθειαν, ἢ ἄλλο τι τῶν ὄντων. Οὐδὲ πάλιν ἀφαίρεσις παντελῶς, ὡς μηδαμῆ μηδαμῶς εἶναι, ἀλλὰ τῶν μετ' αὐτὸν, δηλονότι τῶν κτισμάτων τὰς θέσεις καὶ ἀφαιρέσεις ποιῶντες· θέσεις μὲν, οἷον ζωὴν, ἀλήθειαν, ὄν· ἀφαιρέσεις δὲ, οἷον οὐ ζωὴν, οὐκ ἀλήθειαν, οὐκ ὄν.

A divinitas, et cætera, substantia sunt Dei, sed gloria circa ipsum. Sic etiam Gregorius theologus libro tertio *Theologiæ* suæ dixit, quod neque divinitas neque ingentum, neque paternitas substantiam Dei significant. Neque te hoc moveat turbetve quod dicat Deum non nosse entitates quatenus sunt entitates; propositum enim est huic sancto demonstrare, Deum nihil esse eorum quæ sunt, neque tamen quidquam esse eorum quæ non sunt. Id autem. Neque eorum quæ non sunt, per excessum posuit; quædam enim sunt non entia; ac si diceremus, quod non sit aliquid eorum quæ non sunt, et hoc modo sit nihil eorum quæ sunt; etenim si ipse omnia produxit, quomodo potest esse aliquid eorum quæ sunt? Dicit itaque, quod nec ea quæ sunt, cognoscant Deum causam omnium; verum statim idem exposuit, dicens: Quatenus ipse est: quod perinde est ac si dicatur: Nihil ex iis quæ sunt, cognoscit Deum quatenus est, id est substantiam ejus quæ supra substantiam est, et quæ intelligi non potest: vel ejus existentiam; dictum est enim: *Nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi Filius* ¹. Atque e contrario subjungit hic Pater, atque ait: Nemo cognovit Deum quatenus est, nec ipse Deus cognoscit ea quæ sunt quatenus sunt; id est, non novit intendere mentem secundum **583** sensum ad ea quæ sunt sensilia, nec ad substantias quatenus substantiæ sunt; hoc enim non convenit Deo. Nos enim qui homines sumus, ea quæ sensu percipiuntur, aut aspectu aut gustatu aut tactu intelligimus quid sint; ea vero quæ sub intelligentiam cadunt, aut per disciplinam, aut doctrinam, aut per illuminationem cognoscimus. Deus autem nullo modo ex istis novit ea quæ sunt, sed potius ex seipso cognitionem sibi congruam habet; hoc enim insinuat Scriptura, cum ait: *Qui novit omnia antequam fierent* ², scilicet non secundum rationem generationis rerum novit ea Deus, quod est sensibiliter, sed secundum alium intelligendi modum. Angeli vero illa cognoscunt scienter et immaterialiter, non sensibiliter, ut nos. Sic utique etiam Deus absque comparatione et transcendentaliter, non autem cum substantiis comparantes novit. Cæterum ea quæ sunt, non noverunt Deum in quantum Deus est, quoniam non possunt supra naturam suam ferri intelligendo. Consentaneæ igitur cum se intuentur, divinam naturam ignorant secundum illud quod ipsa est. Sic igitur divina natura in seipsam intucens, non novit in se esse creaturas, secundum rationem substantiæ earum, siquidem est supra omnia quæ sunt, et ipsum esse suprasubstantiam habet. Et rursum superius quidem dixit: Neque lux, neque veritas; nunc vero: Neque tenebræ, neque lux, neque error, neque veritas. Et dicere liceat, primum quidem, cum lumen dicit, ipsum loqui de lumine absoluto, sive de substantiis angelicis, et esse veritatem earum

¹ Matth. xi, 27. ² Dan. xiii, 42.

per se absolutam, non autem esse veritatem mendacis oppositam, quæ in Deo negat, quoniam supra ista exemptus est. Hic autem dicit : Nec eorum quæ ad aliquid, magis autem eorum quæ secundum privationem et habitum existunt; ut quod ex tenebris in lumen non sit commutatus, quasi ex lumine quod tantum est virtute, mutatus sit in lumen quod actu est lumen; neque rursus ex errore existat, scilicet ex veritate virtuali, in veritatem actualem commutatus; hæc enim omnia ipso posteriora sunt; et lumen, et veritas ipsius providentia lucent. Neque penitus ejus est positio, ut sit vel vita, vel veritas, vel quidquam aliud eorum quæ sunt. Neque rursus omnimoda ablatio, ut nullo modo quidquam sit; sed earum quæ post 584 ipsum sunt, scilicet creaturarum, etiam positiones et ablationes faciunt; positiones quidem, veluti vitam, veritatem, ens; ablationes vero, veluti non vitam, non veritatem, non ens. Hæc itaque quæ post ipsum sunt, et ponentes et auferentes, Deum ipsum neque ponimus, sive ex ipsis substantiam ejus noscimus, neque auferimus omnino, ut qui perfecte incomprehensibilis existit (quod enim perfecte est incomprehensibile, et spem et conatum excedit), verum imagines quasdam ex iis quæ circa ipsum sunt concinantes, obscuram quemdam veritatis conceptum componimus, quandoquidem sit supra omnem etiam positionem, tanquam exempta rerum omnium causa, et supra omnem ablationem collocata, cum secundum nullam rerum ablationem Deus cognoscatur; siquidem ab omnibus absolutus, etiam supra omnia existit.

Α Ταῦτα γοῦν τὰ μετ' αὐτὸν καὶ τιθέντες καὶ ἀφαιροῦν-
τες, αὐτὸν τὸν Θεὸν οὔτε τίθεμεν, ἤγουν ἐξ αὐτῶν
τὴν οὐσίαν αὐτοῦ γνωρίζομεν, οὔτε ἀφαιροῦμεν παν-
τελῶς ὥστε τελῶς ἀληπτον εἶναι, (τὸ γὰρ τελῶς
ἀληπτον, ἀνέλπιστον καὶ ἀνεπιχειρήτων)· ἀλλ' εἰκόνας
τινάς ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν ἀναματτόμενοι, ἀμυδρὸν τι
συνάγομεν τῆς ἀληθείας ἰνδαλμα, ἐπεὶ καὶ ὑπὲρ πᾶ-
σαν θέσιν ἐστίν, ὡς ἐξηρημένη αἰτία πάντων· καὶ ὑπὲρ
πᾶσαν ἀφαιρέσιν ἐν τῷ κατὰ μηδεμίαν τῶν ὄντων
ἀφαιρέσιν τὸ Θεῖον γινώσκεισθαι· ἀπολελυμένον γὰρ
πάντων, καὶ πάντων ἐστὶν ἐπέκεινα.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΡΕΟΠΑΓΙΤΟΥ
ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

SANCTI
DIONYSII AREOPAGITÆ
EPISTOLÆ.

Interprete Balthasare Corderio, Societatis Jesu doctore theologo.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α'
ΓΑΙΩ ΘΕΡΑΠΕΥΤΗ.

585 EPISTOLA I
CAIO MONACHO.

SYNOPSIS CAPITIS.

Docet, illam Dei ignorationem, quam in libro De mystica theologia supra omnem cognitionem commendat, non privative sed superlate intelligendam esse. Et simul ostendit, omnem notitiam, quam per cognitionem de Deo habemus, ex creaturis accipi.

Τὸ σκότος ἀφανὲς γίνεται τῷ φωτὶ, καὶ μᾶλλον τῷ Α. πολλῷ φωτὶ· τὴν ἀγνωσίαν ἀφανίζουσιν αἱ γνώσεις, καὶ μᾶλλον αἱ πολλαὶ γνώσεις. Ταῦτα ὑπεροχικῶς, ἀλλὰ μὴ κατὰ στέρησιν ἐκλαθῶν, ἀπόφησον ὑπεραληθῶς¹⁰, ὅτι λαμβάνει τοὺς ἔχοντας ὄν φῶς, καὶ ὄντων γνῶσιν¹¹ ἢ κατὰ θεὸν ἀγνωσία· καὶ τὸ ὑπερκεῖμενον αὐτοῦ σκότος καὶ καλύπτεται παντὶ φωτὶ, καὶ ἀποκρύπτεται πᾶσαν γνῶσιν. Καὶ εἴ τις ἰδῶν θεὸν, συνῆκεν ὁ εἶδεν, οὐκ αὐτὸν ἐώρακεν, ἀλλὰ τι τῶν αὐτοῦ τῶν ὄντων καὶ γνωσχομένων· αὐτὸς δὲ ὑπὲρ νοῦν καὶ ὑπὲρ¹² οὐσίαν ὑπεριδρυμένος, αὐτῷ τῷ καθόλου μὴ γινώσκεισθαι, μηδὲ εἶναι, καὶ ἔστιν ὑπουσιῶς¹³ καὶ ὑπὲρ νοῦν γινώσκεται. Καὶ ἡ κατὰ τὸ κρείττον παντελὴς ἀγνωσία γνῶσις ἔστι τοῦ ὑπὲρ πάντα τὰ B γινώσχομενα.

Tenebræ abolentur lumine, et præsertim copioso lumine; ignorationem abolent cognitiones, præsertim amplæ cognitiones. Hæc superlate et non privative accipiens, plusquam vere enuntia, quod sui possessores verum lumen, et rerum cognitionem, latet ignoratio illa quæ est secundum Deum; et tenebræ ejus supereminentes omni quoque lumini occuluntur, omnem abscondunt cognitionem. Et si quis, viso Deo, cognovit id quod vidit, nequaquam ipsum vidit, sed aliquid e rebus ejus quæ existunt et cognoscuntur; ipse autem supra mentem et substantiam constanter manens, per hanc ipsam cognitionis et essentiae negationem et supra substantiam existit, et supra mentem cognoscitur. Et illa perfectissima in bonam partem ignoratio, notitia est ejus qui est supra omnia quæ in cognitionem cadunt.

586 ADNOTATIONES CORDERII.

Et non privanter. Ne id secundum sensum communem intelligendum esse suspiceris, quod sicut tenebræ lumine solvuntur, et multo lumine maxime solvuntur; aut sicut ignorantia, quæ est tenebræ quædam, cognitione tollitur, et multa cognitione maxime tollitur; sic ignorantia de Deo similis sit ignorantie per inscitiam. Imo quo magis quis illuminatur in cognitione Dei, et quo magis cognitionem colligit eorum quæ sunt, id est intellectilium et intelligentium, angelorum, inquam, et animarum, eo magis ascendens et altio rem cognitionem, cognoscat, hoc ipsum, non posse scilicet comprehendi, et ignorari lumen esse, et cognitionem supra omnia cognita. Non igitur secundum privationem dicitur ignorari Deus.

VARIÆ LECTIONES.

¹⁰ ὑπεραληθῶς, S. P. et Vien. ¹¹ ὄντως γνῶσις, D. Sc. ¹² ὑπὲρ non habet S. D. Sc. Sar. ¹³ γρ. ὑπερουσιῶς.

sed secundum superlationem cognitionis; non enim sic ignoramus, quasi alius aiquis sciat, siquidem non alio sciente nos ignoramus, tanquam qui non didicerimus, quod esset ignorare privanter, sive secundum privationem; sed ignoramus quod ab omni creatura ignoratur et omni creaturæ supra quam ignotum est, quod est ignorare superlate.

Si quis, viso Deo, cognovit id quod vidit, nequaquam ipsum vidit, etc. Ita quoque Chrysostomus in homilia *De Eutropio*, quando inventus extra Ecclesiam abstractus et absorptus fuit, « Nemo, inquit, vidit id quod Deus est. » Non igitur, cum Deus videtur, apparet quod est, sed quod potest videre is cui apparet; non mutans substantiam suam, sed aspectum figura informans pro varietate rerum subjectarum.

Nunc Cyparissiotus decade 2, cap. 5, ait, quod neque integram de Deo cogitationem habere in hoc sæculo possumus; aut per eam plene de Deo philosophari; neque per aliam quamlibet a nobis informatam notionem. Et Gregorius theologus in secunda oratione *De theologia*: Justificatus, inquit, est ex fide magnus patriarcha Abraham¹ et sacrificat sacrificium novum et inauditum, ac illius magni sacrificii imaginem. Deum vero non ut Deum vidit, sed ei tanquam homini cibum apposuit^m; et laudatus est quod tantum venerationis adhibuit, quantum intelligentia comprehendit. Ibidem cum de Jacob meminisset: Et Inretatur, inquit, cum Deo tanquam cum homineⁿ, quæcumque ista est Dei cum homine lucta, fortassis humana virtutis cum divina comparatio. Rursus in eodem loco: Quomodo Manoem judicem prius, et Petrum discipulum postea, non es miratus? illum quidem, quia nec aspectum Dei typo et imagine informati passus est: unde illud, Perimus, inquit, o uxor, vidimus Deum^o; tanquam non possint homines imaginem Dei in sensus notione effictam et informatam capere nedum naturam ejus; nunc vero, quia Christum quem cernebat, in naviculam non recipiebat, et ob eam causam illum dimittebat^p. Et Gregorius Nyssenus: Quomodo, inquit, reperiatur quem nihil eorum quæ notescunt declarat? Non forma, non color, non circumscriptio, non figura, non quantitas, non qualitas, non locus, non conjectura, non similitudo, non proportio, quin potius semper est extra omnem viam comprehendendi. Unde Cyparissiotus ibidem, cap. 6, concludit, quod Deus neque ex representatione naturali cognoscitur, nec quidquam ex intelligentibus aut intellectis, ut ex substantia ejus liceat de eo philosophari. D. Maximus primo capite ex Theologicis⁶¹: Unus, inquit, Deus sine principio, incomprehensibilis, totam vim, ut sit, habens per totam notionem quando et quomodo sit, penitus repellens⁶², utpote nulli eorum qui sunt ex representatione naturali cognitus. Et rursus idem: Omnis, inquit, intelligentia sicut in substantia omnino ponitur, ut qualitas, sic etiam circa substantiam qualitate affectam habet motionem; non enim aliquid ex toto solutum, et simplex per se existens potest ipsam intelligentiam suscipere, quia non est soluta et simplex; Deus autem cum in utroque horum omnino simplex sit, et substantia scilicet soluta ab eo quod est in subjecto, et intelligentia non habens ullum prorsus subjectum; efficitur, ut neque sit ex his qui intelligunt, neque quæ intelliguntur, quippe quæ supra substantiam et intelligentiam sit. Adhuc idem cap. 11 primæ centuriæ: Res omnes quæcumque sunt, intelligentia prius perceptas, nominamus, quæ in seipsis habent principia notitiarum demonstrabilia; at Deus non cognitus nominatur, quin potius ex his tantum, quæ intelligentia percipiuntur, creditur esse, quamobrem nihil eorum quæ intelliguntur, cum eo quacumque ex parte confertur. Unde concluditur, magis propriam theologiam esse quæ versatur in negantibus quam quæ in aientibus quamquam æquo intervallo ambæ istæ theologiæ a Deo absint. Est enim Deus supra omnem negationem et affirmationem quæ sit cognitio ejus, adeoque, juxta Dionysium, verior est theologia mystica, nihil videlicet de eo cognoscere aut philosophari, sed potius nescienter, et sine omni intelligentia eorum quæ intelligentia percipiuntur, cum eo conjungi et copulari.

587 *Et illa perfectissima in bonam partem ignoratio.* Ignorantiam vocat non quidem inscientiam, quæ est quædam tenebræ animæ; sed relicta omni cogitatione rerum externarum, et omni intelligentia a proposito aliena, uniri in quodam silentio secundum meliorem partem cum Deo ignoto quid sit, quid est super omnem cognitionem, et nihil aliud cognoscendo et contemplando, supra mentem cognoscere et contemplari, ut Dionysius in *Mystica theologia*, cap. 1, tradit. Hæc ignoratio vocata est Exodi xix, caligo, in quam dicitur Moyses ingressus, ut S. Maximus notavit. Hanc unionem optat Dionysius Timotheo in principio *Mysticæ theologiæ*, unde melius eam licet intelligere.

Vide Schol. S. Maximi et Paraphr. Pachym. in Epistola 1, tom. II.

EPISTOLA II.

EIDEM CAIO MONACHO.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Β'.

Τῷ ΑΥΤῷ ΓΑΙΩ ΘΕΡΑΠΕΥΤῃ.

SYNOPSIS EPISTOLÆ.

Explicat quo sensu dicatur Deus esse supraprincipium divinitatis et bonitatis, scilicet participatæ et creatæ.

Quomodo qui est supra omnia, etiam supra prin- A Πῶς ὁ πάντων ἐπέκεινα καὶ ὑπὲρ θεαρχίαν ἐστὶ
cipium divinitatis et supra principium bonitatis exsi- καὶ ὑπὲρ¹⁴ ἀγαθαρχίαν; Εἰ θεότητα καὶ ἀγαθότητα
stat? Si divinitatem et bonitatem intelligas, rem νοήσας αὐτὸ τὸ χρῆμα τοῦ ἀγαθοποιοῦ καὶ θεοποιοῦ
ipsam deifici et bonifici doni, et inimitabilem imi- δώρου, καὶ τὸ ἀμίμητον μίμημα τοῦ ὑπερθέου¹⁵ καὶ

¹ Gen. xv, 6. ^m Gen. xviii, 5. ⁿ Gen. xxxii, 24. ^o Jud. xiii, 22. ^p Luc. v, 8.

(61) Centuria 1, cap. 1.

(62) Centuria 2, cap. 2.

VARIÆ LECTIONES.

¹⁴ ὑπὲρ non est in D. ¹⁵ τὸ ὑπερθέου, S.

ὑπεραγάθου, καθ' ὃ θεοῦμεθα καὶ ἀγαθονόμεθα. Καὶ ἄ γὰρ εἰ τοῦτο ἀρχὴ γίνεται τοῦ θεοῦσθαι καὶ ἀγαθόνεσθαι τοὺς θεοῦμένους καὶ ἀγαθονομένους¹⁶, ὁ πάσης ἀρχῆς ὑπεράρχιος, καὶ τῆς οὕτω λεγομένης θεότητος καὶ ἀγαθότητος, ὡς θεαρχίας καὶ ἀγαθαρχίας ἐστὶν ἐπέκεινα· καθ' ὅσον ἀμίμητος¹⁷ καὶ ἀσχετος, ὑπερέχει τῶν μιμήσεων καὶ σχέσεων, καὶ τῶν μιμουμένων καὶ τῶν¹⁸ μετεχόντων.

tationem supraquam Dei et supraquam boni, secundum quam deificamur et boni efficiuntur. Etenim cum hoc etiam principium sit deificationis ac bonificationis eorum qui deificentur et boni efficiuntur, qui est omnis principii supra quam principium, etiam sic dicta divinitate ac bonitate, tanquam principium divinitatis, et principium bonitatis superior existit; in quantum inimitabilis et incomprehensus, antecellit imitationibus et comprehensionibus, et eis qui imitantur et participes fiunt.

ADNOTATIONES CORDERII.

Supra principium divinitatis, etc. Scilicet in creaturis, quia Deus est auctor divinitatis in sanctis hominibus et angelis, qui Deum imitantur, et eis similes fiunt, de quibus scriptum est: *Ego dixi, dii estis, et filii Excelsi omnes* 9. Eodem sensu cap. 11, *De divinis nominibus*, § 6, sub finem ait Deum auctorem esse per se bonitatis et per se divinitatis. Vocant autem (inquit) per se bonitatem, et per se divinitatem, donum a Deo profectum, quod bonos et deos facit. Nempe tanquam principium, participans principium omnium rerum, quod non potest participare, neque in se participari, quia non potest fieri pars alicujus, quod est selus Deus; et tanquam principium imparticipatum, quia est formale principium participantibus in suo genere; ut per se bonitas, principium formale bonis non re, sed ratione separatam a bonis, qui participatione bonitatis creatæ dicuntur et sunt formaliter boni. Et similiter in reliquis hujusmodi principii, secundum uniuscujusque principii naturam et ordinem. Vide adnotationes ad cap. 6 et 11 *De divinis nominibus*.

Nota hic ipsam imitationem Dei, vocari deificationem, quia non deificamur nisi imitando Deum. Deificationis autem ipsa quæ dici solet per se deificatio est donum Dei, et principium nostræ deificationis, a Deo donatum nobis. 588 Deus igitur est supra hujusmodi principium formale divinitatis deificæ, quæ tanquam dono Dei boni efficiuntur ab eo. De hoc deificationis principio S. Maximus in disputatione contra Pyrrhum: Sicut, inquit, inflammatio inflammatum et inflammantem secum infert, et refrigeratio refrigeratum et refrigerantem, et visio visum et videntem, et intelligentia intellectam rem et intelligentem (non enim potest habitudo sine habitis dici aut intelligi) sic, ut consequens est, deificatio deificatum et deificantem secum inducit. Idem: Oportebat, ut vere dicam, eum qui est auctor eorum quæ secundum naturam sunt, esse etiam auctorem deificationis secundum gratiam. Idem iterum: Demonstravi, inquit, divinam potentiam, quæ supra substantiam est, efficere deificationem eorum qui secundum gratiam deificati sunt. Nonnunquam etiam latius sumitur deificatio, ut a Gregorio theologo in oratione postquam factus est presbyter: Solitudinem, inquit, maxime omnium amplexus sum, et tanquam adjutricem et parentem divini ascensus; et deificam vehementer admiratus sum.

Vide Schol. S. Maximi et Paraphr. Pachym. in Epistol. 2, tom. II.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Γ.

Τῷ ΑΥΤῷ ΓΑΙΩ.

B

EPISTOLA III.

EIDEM CAIO.

SYNOPSIS EPISTOLÆ.

Quid significet vox ἐξαίφνης, seu repente, et quam vim habeat de incarnatione pronuntiata.

Ἐξαίφνης ἐστὶ τὸ παρ' ἐλπίδα, καὶ ἐκ τοῦ τέως ἀφανοῦς¹⁹ εἰς τὸ ἐμφανές²⁰ ἐξαγόμενον. Ἐπὶ δὲ τῆς κατὰ Χριστὸν φιλανθρωπίας, καὶ τοῦτο οἶμαι τὴν θεολογίαν αἰνίττεσθαι²¹, τὸ ἐκ τοῦ κρυφίου τὸν ὑπερούσιον εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς ἐμφάνειαν ἀνθρωπικῶς οὐσιωθέντα προσληλυθέναι²². Κρύφιος δὲ ἐστὶ καὶ μετὰ τὴν ἐκφανσιν, ἥ, ἵνα τὸ θεϊότερον εἴπω, καὶ ἐν τῇ ἐκφάνσει καὶ τοῦτο γὰρ Ἰησοῦ κέκρυπται, καὶ οὐδενὶ λόγῳ οὔτε νῦν τὸ κατ' αὐτὸν ἐξῆκται μυστήριον, ἀλλὰ καὶ λεγόμενον ἄρρητον μένει, καὶ νοούμενον ἀγνωστον.

Repente est, quod præter spem, et ex eo quod hucusque obscurum erat, profertur in lucem. In Christi autem humanitate, arbitror hoc etiam sermonem divinum voluisse insinuare, ex abdito suprasubstantialem illum in conspectum nostrum humanitus substantiatum prodiisse. Attamen occultus etiam est post ipsam manifestationem; aut, ut divinius dicam, in ipsa manifestatione: etenim hoc Jesu mysterium occultum est, nec ullo sermone vel intellectu expressum; quinimo dum profertur, arcanum; et dum intelligitur, ignotum manet.

9 Psal. LXXXI, 6.

VARIÆ LECTIONES.

¹⁹ τοῖς θεοῦμένοις καὶ ἀγαθονομένοις, D. ¹⁷ ὁ ἀμίμητος, P. ὁ ἀμικτος, Ch. ¹⁸ τῶν non habet D. S. ¹⁹ ἐκ τοῦ οἷον τέως, Ch. D. ἀφανώς, S. ²⁰ ἐκφανές, S. D. Ch. ²¹ αἰνίττεται. ²² προσληλυθέναι, S.

ADNOTATIONES CORDERII.

Nota primo, hic alludi ad illud Malachiæ cap. iii, 1: *Ecce ego mitto angelum meum, et præparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum Dominator, quem vos quæritis, et angelus testamenti quem vos vultis.* Ubi agit de adventu Christi, et Joanne ejus præcursore. Loci hujus explicationem vide apud Cornelium.

Nota secundo, Christi mysterium hic etiam occultum dici, post ejus declarationem; quia ut supernaturali non intelligitur, sed solum creditur. *Fides autem est argumentum non apparentium* (Hebr. xi, 1).

Unde in hoc mysterio, uti et in aliis supernaturalibus, non est quærendum quomodo et quare, ut bene monet S. Justinus Martyr in oratione *De recta confessione*. Evidens, inquit, argumentum est perfidie dicere de Deo: Quomodo? Quomodo cæli effector est? quomodo terræ? quomodo maris aerisque et stirpium et animantium omnium et tui ipsius? Qui omnia diligenter de Deo quæris, plane dices, omnia produxisse potentia sua. Num igitur potentia Dei aderat secundum accidens iis quæ fiebant, an secundum substantiam? Si secundum accidens, 589 aderat quidem illis quasi essent antequam fierent; siquidem accidens non est secundum naturam per se, sed in aliquibus prius subjectis existit. At si hoc ridiculum est, relinquatur, potentiam Dei omnibus adesse secundum substantiam. Num igitur, quia potentia Dei omnibus quæ sunt secundum substantiam aderat, nihil amplius templum ipsum in quo fuit, habebat? Habet hoc dubitationem, et illud habet: et fides est utriusque dubitationis solutio. Ibidem: Dic igitur, quomodo Verbum caro factum cælos non dereliquit? Sane dicetis, quod manens Deus sic factus est. Rursus ergo dicite nobis, quomodo manens factus est? Si enim mansit quod erat, quomodo factus est quod non erat? Sin autem factus est quod non erat, quomodo mansit quod erat? Dubium habes de solutione, habe etiam dubium de modo unionis. At credis quod manens factus est; crede etiam adesse ubique secundum substantiam Verbum et præcipuo quodam modo esse in templo suo.

Vide Schol. S. Maximi et Paraphr. Pachym. in Epistol. 3, tom. II.

EPISTOLA IV.

EIDEM CAIO MONACHO.

A

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Δ΄.

Τῷ ΑΥΤῷ ΓΑΙῷ ΘΕΡΑΠΕΥΤῃ.

SYNOPSIS EPISTOLÆ.

Quod Christus et verus homo fuerit et simul supernaturali ratione naturam humanam assumpserit Deus homo.

Quomodo, inquis, Jesus, cum sit omnibus superior, cæteris hominibus substantialiter aggregatus est? Non utique ut auctor hominum, hoc loco homo dicitur, sed in quantum est revera homo, secundum totam hominis substantiam. Nos autem Jesum non humanitus definimus, neque enim ille homo tantum est (quia nequaquam suprasubstantialis existeret, si solus homo foret); sed revera homo præcipuo quodam hominum amore captus supra homines, et secundum homines, ex hominum substantia, cum supra substantiam existeret, substantiam assumpsit. Verumtamen suprasubstantialitate supra modum plenus est, ut qui semper supra substantiam sit, abundantia quadam suprasubstantialitatis; etiam ad substantiam vere veniens supra substantiam substantiatus est, et supra hominum conditionem gessit ea quæ sunt hominis. Quod declarat et Virgo quæ supra naturam parit: et aqua profluens, quæ pedum ex materia terraque concretorum gravitatem sustinet, neque cedit; sed virtute supernaturali, sine diffusionem subsistit. Quid vero cætera, quæ valde multa, quis memoret? in quæ si divinus quispiam intueatur, supra mentem etiam cognoscet ea quæ de humanitate Jesu affirmantur, excellentis quoque negationis virtutem continere. 590 Nam, ut summam dicamus, ne homo quidem erat, non quod non esset homo, sed

Πῶς, φῆς, Ἰησοῦς ὁ πάντων ἐπέκεινα, πᾶσιν ἐστὶν ἀνθρώποις οὐσιωδῶς συντεταγμένος; Οὐ γὰρ ὡς αἷτιος ἀνθρώπων ἐνθάδε λέγεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς αὐτὸς κατ' οὐσίαν ὅλην ἀληθῶς ἄνθρωπος ὢν. Ἡμεῖς δὲ τὸν Ἰησοῦν οὐκ ἀνθρωπικῶς ἀφορίζομεν· οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπος μόνον (οὐδὲ ὑπερούσιος, ἢ ἄνθρωπος μόνον), ἀλλ' ἄνθρωπος ἀληθῶς ὁ διαφερόντως φιλόανθρωπος ὑπὲρ ἀνθρώπους καὶ κατὰ ἀνθρώπους ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων οὐσίας ὁ ὑπερούσιος οὐσιωμένος. Ἔστι δὲ οὐδὲν ἤττον ὑπερουσιότητος ὑπερπλήρης ὁ ἀεὶ ὑπερούσιος, ἀμέλει τῇ ταύτης περιουσίᾳ²³ καὶ εἰς οὐσίαν ἀληθῶς ἐλθὼν, ὑπὲρ οὐσίαν οὐσιώθη, καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπων ἐνήργει τὰ ἀνθρώπου. Καὶ δηλοῖ παρθένος ὑπερφυῶς κύουσα, καὶ ὕδωρ ἄστατον, ὕλικῶν καὶ γερῶν ποδῶν ἀνέχον βᾶρος, καὶ μὴ ὑπεῖκον, ἀλλ' ὑπερφυεῖ δυνάμει πρὸς τὸ ἀδιάχυτον συνιστάμενιν. Τί ἂν τις τὰ λοιπὰ, πάμπολλα ὄντα, διέλθοι; δι' ὧν ὁ θεῖως ὄρων, ὑπὲρ νοῦν γινώσκει, καὶ τὰ ἐπὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Ἰησοῦ καταφασκόμενα, δυνάμιν ὑπεροχικῆς²⁴ ἀποφάσεως ἔχοντα. Καὶ γὰρ, ἵνα συνελόντες εἴπωμεν, οὐδὲ ἄνθρωπος ἦν, οὐκ ὡς μὴ ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς²⁵ ἐξ ἀνθρώπων, ἀνθρώπων ἐπέκεινα, καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀληθῶς ἄνθρωπος γεγονώς. Καὶ τὸ λοιπὸν, οὐ κατὰ Θεὸν τὰ θεῖα δράσας, οὐ κατὰ ἀνθρώπου²⁶ κατὰ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἀνδρωθέντος Θεοῦ, καινὴν τινα τὴν θεανδρικὴν ἐνέργειαν ἡμῖν πεπολιτευμένως.

VARIÆ LECTIONES.

²³ ἀγαθότητι, S. ²⁴ γο. ὑπεροχικῶς. ²⁵ ἀλλὰ τέως, S. ²⁶ ἀνθρώπινα, Ch. οὐτε ἀνθρώπεια, S. Sc.

quod ex hominibus natus, homines longe superaret, et supra hominem vere homo factus sit. Cæterum divina non qua Deus patrabat, neque humana quatenus homo gerebat; sed quatenus erat Deus et homo, novam quamdam nobiscum conversando dei-virilem operationem exhibebat.

ADNOTATIONES CORDERII.

Nota primo, Christum non sic hominem dici, sicut in *Divinis nominibus* Deum vocavit lucem, vitam, sapientiam, etc., quia est auctor lucis, vitæ, etc.; sed proprie et substantialiter hominem vocari, propter substantialem naturæ humanæ in persona Verbi unionem. De qua vide D. Thomam in iii part. quæst. 2, art. 3.

Nota secundo, Christum a Dionysio dici hominem suprasubstantialem sive supranaturalem, quia subsistentia divina unioque hypostatica, qua humana ejus natura terminatur et subsistit, omnem naturæ ordinem transcendit. Unde Christus quoque magis proprie θεάνθρωπος, id est *Deus-homo*, dicitur, quam homo.

Nota tertio, quod actiones quoque Christi, dignitatis sunt plus quam humanæ imo angelicæ, quia sunt suppositi divini, et merito ejus opera non humana sed θεανδρικά, id est *Dei virilia* nuncupantur. De quibus in Actis sextæ synodi œcumenicæ sic habetur: Utriusque naturæ utramque operationem sci- mus, naturalem dico et substantialem, et congruam sine divisione ex utraque, substantia et natura, prodeuntem, secundum operationem et qualitatem naturaliter insitam; et simul neque partibilem neque confusam alterutrius substantiæ operationem conjuncte inductam, hoc facit differentiam operationum in Christo, sicut et differentiam naturarum. Ubi observa cum Turriano, quod dicat *sine divisione*, scilicet personæ. Non enim propter differentiam substantiarum divinæ et humanæ, divisus est Christus, quin potius idem est perfectus Deus et perfectus homo. Rursus *sine divisione*, quia operatio divinæ naturæ, est operatio trium personarum, quarum unitas essentiæ (ut est in synodo sexta, actione 14) non potest partiri, nec alteri unitati copulari, sed potius singularis est, et extra omnem numerum. Item, *operationem alterutrius substantiæ conjunctæ inductam* dicit; quia sic operabatur utraque natura quod proprium erat, ut altera simul operaretur convenienter sibi, et ut se decebat. Sive enim operationes essent Deo convenientes, ut miraculorum, caro operabatur; ut cum potestate divina remittebat peccata, et ore dicebat: *Remittuntur tibi peccata tua* ^r; et potestate divina restituebat visum ^s, et manu et sputo liniebat oculos ^t; sive operationes humanæ naturæ convenirent; ut sitiire, esurire, fatigari ^u. Verbum operabatur permittendo et volendo; sive operationes essent mixtæ, id est partim divinæ, partim humanæ, hoc est Deo convenientes et homini, ut ambulare super mare ^v; ambulare enim homini conveniebat, non deprimi ambulando super mare, Deum decebat; quæ operationes, uti supra diximus, θεανδρικά a Dionysio dicuntur, id est simul divinæ et humanæ.

Vide Schol. S. Maximi et Paraph. Pachym. in Epistola 4, tom. II.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ε΄. ΔΩΡΟΘΕΩ ΔΕΙΤΟΥΡΓΩ.

A

EPISTOLA V. DOROTHEO MINISTRO.

SYNOPSIS EPISTOLÆ.

Explicat quid sit caligo divina, de qua egit libro De mystica theologia.

Ὁ θεῖος γνῶφος ἐστὶ τὸ ἀπρόσιτον φῶς, ἐν ᾧ κατοικεῖν ὁ θεὸς λέγεται. Καὶ ἀοράτω γε ὄντι διὰ τὴν ὑπερέχουσαν ²⁷ φανότητα, καὶ ἀπροσίτω τῷ αὐτῷ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὑπερουσίου ²⁸ φωτοχυσίας, ἐν τούτῳ γίγνεται πᾶς ὁ θεὸν γινῶναι καὶ ἰδεῖν ἀξιούμενος, αὐτῷ τῷ μὴ ὄραϊν, μηδὲ γινώσκειν, ἀληθῶς ἐν τῷ ὑπὲρ ὄρασιν καὶ γινῶσιν γιγνόμενος, τοῦτο αὐτὸ γινώσκων, ὅτι μετὰ πάντα ἐστὶ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ νοητὰ, καὶ προφητικῶς ἐρῶν· Ἐθανυστώθη ἡ γινῶσις σου ἐξ ἐμοῦ ²⁹, ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύναμαι πρὸς αὐτήν. Ὡσπερ οὖν καὶ ὁ θεὸς Παῦλος ἐγνωκέναι τὸν θεὸν λέγεται, γνοὺς αὐτὸν ὑπὲρ πᾶσαν ὄντα νόησιν καὶ γινῶσιν· διὸ καὶ ἀνεξι-

Divina caligo lux est inaccessa, quam inhabitare Deus perhibetur ^r. Et cum quidem sit inaspectabilis, ⁵⁹¹ propter exuberantem supernaturalis luminis effusionem, ad hanc pertingit, quisquis Deum nosse ac videre meruit, eoque ipso quo neque videt neque cognoscit, in illo vere, qui visionem et cognitionem superat, existit hoc ipsum sciens, eum in omnibus, tam sensilibus quam intellectibus, existere, et cum Propheta pronuntians: *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, et non potero ad eam* ^s. Quemadmodum etiam divus Paulus Deum cognovisse dicitur, quando illum supra B omnem scientiam et intelligentiam existere cognos-

^r Matth. ix, 5. ^s Luc. xviii, 42. ^t Joan. ix, 6. ^u Joan. xix. ^v Matth. xiv, 25. ^x I Tim. vi, 16. ^r Psal cxxxviii, 6.

VARIAE LECTIONES.

²⁷ ὑπερουσίαν, S. Sc. ²⁸ δὲ ὑπερβολὴν ὑπερουσίου, D. S. P. ²⁹ ἀπ' ἐμοῦ, Ch. D. S.

vit : quocirca etiam vias ejus ininvestigabiles esse asserit, et inscrutabilia judicia illius, et inenarrabilia dona ejus^a, et pacem ipsius omnem sensum exsuperare^a; quippe ut qui invenerat eum qui est supra omnia, et supra mentem agnoverat, eum qui rerum omnium auctor est, rebus quoque omnibus superiorem esse.

Α χνιάστους εἶναι τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ φησι, καὶ ἀνεξερευνήτα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεκδιηγήτους τὰς δωρεὰς αὐτοῦ, καὶ τὴν εἰρήνην αὐτοῦ ὑπερέχουσαν πάντα νοῦν, ὡς εὐρηκῶς τὸν ὑπὲρ πάντα, καὶ τοῦτο ὑπὲρ νόησιν ἐγνωκῶς, ὅτι πάντων ἐστὶν ἐπέκεινα πάντων αὐτοῦ ὢν.

ADNOTATIONES CORDERII.

Divina caligo lux est inaccessa, etc. Alludit S. Dionysius ad illud I ad Timoth. vi, 16, ubi de Deo dicit : *Qui lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nos videre potest*, scilicet juxta legem ordinatam a Deo in hac vita, aut viribus naturæ. Vide S. Thomam p. 1, quæst. 2, art. 1 et seq. item quæ de divina caligine dicta sunt primo et secundo capite *Mysticæ theologiæ*, et in Adnotationibus ibidem.

Dicitur autem *divina caligo lux inaccessa* scilicet viribus naturæ, quia nimirum Deus neque ex representatione naturali cognoscitur, nec est quidquam ex intelligentibus aut intellectis, ut ex substantia ejus liceat de eo philosophari. Representatio enim naturalis in mente sive intellectu est, quæ oritur et principium ducit ex phantasmatibus rei sub sensum cadentis, cum qua Deus nullo modo potest comparari, ut intellectus conversus ad phantasmata possit aliquo modo Deum cognoscere, sicut potest alias substantias alioqui incorporeas. Omnia enim quæ intelliguntur, habent in se principium cognitionis, quia vel sunt in sensilibus, quorum sunt phantasmata, a quibus abstrahuntur species intelligibiles quibus intellectus informatus intelligit; aut sunt incorporea, quæ in se habent unde comparentur cum sensilibus, ad quorum phantasmata, quæ sunt imagines et similitudines eorum, ad animos pervenientes, se convertit intellectus ut aliquid de incorporeis intelligat. Sunt autem similitudines principia sentiendi et intelligendi, ut ait S. Thomas p. 1. q. 84, art. 3. Deus autem non potest sic cum creatura sensibili comparari, unde non sic intelligitur, sed tanquam causa per excessum, ut ait S. Thomas eadem quæstione 84, art. 7, vel per revelationem supernaturalem, sive fidei, quæ obscura est; sive quæ evidentiam simul habet in attestante, et perfectissima est, quæ in hac vita haberi potest. Et in utraque Deus tanquam caligine et inaccessa luce cognoscitur, quæ omnem superat demonstrationem, in qua videlicet mens nostra sine ulla notione, et absque omni intelligentia eorum quæ naturali intelligentia percipiuntur, cum Deo conjungitur et copulatur.

Est igitur hæc *lux inaccessa*, quia, ut ait Gregorius theologus lib. 1 *De theologia*, quid tandem Deus sit substantia et natura, nemo hominum unquam reperit, neque reperire queat. Et rursus ibidem : Salomon, inquit, qui fuit sapientior cunctis hominibus, qui ante eum et post eum fuerunt; cui fuit latitudo cordis donum Dei, et affluentia contemplationis copiosior arena maris; quanto plus scrutatur profundum, tanto magis æstuat, et finem quemdam facit sapientiæ invenire quantum effugerat. Paulus autem comatur quidem assequi non dico naturam Dei (hoc enim omnibus modis fieri non potest) sed judicia tantum Dei. Quia vero non potest reperire exitum, nec ubi gradum ascensus sistat, nec ubi desinat curiositas⁵⁹² mentis; dum semper aliquid subapparet ejus quod relinquitur (o rem miseram! ut mihi similiter eveniat) stupore orationem circumscribit: et divitias Dei, atque profundum hanc rem vocat; confiteturque judicia Dei comprehendere non posse^b; eadem fere atque David loquens^c, qui nunc quidem judicia Dei vocat abyssum multam, ejus fundum mensura aut sensu non licet comprehendere. Aliquando vero dicit, admirabilem factam esse cognitionem ex seipso, et ex sui formatione. Et adhuc idem in eodem libro: Quia expetit quidem omnis natura primam causam; comprehendere vero non potest, propter causas quas dixi: laborans desiderio, et veluti anxia, et damnum non potens ferre, secundam navigationem suscipit, ut intueatur scilicet in ea quæ cernuntur; et aliquid ex eis faciat Deum, male docta. Quid enim quod sub aspectum cadit, eo qui aspicit, altius et Deo similis est, ut hic colat, illud colatur?

S. Gregorius Nyssenus in *Vita Moysis*: *Non poteris videre faciem meam, non enim videbit homo faciem meam, et vivet*^d. Hoc autem non dicit Scriptura, quasi Deus sit causa mortis (quomodo enim facies vitæ fieri unquam potest causa mortis eis qui appropinquaverunt?) sed quia Deus est natura vitæ auctor. Proprium autem signum divinæ naturæ est esse celsius omni signo. Qui igitur aliquid eorum quæ cognoscuntur, Deum esse arbitratur, tanquam ab eo qui vere est, male deflexus ad id quod comprehensione fictæ cogitationis esse existimatur, vitam non habet. Qui enim est auctor eorum quæ sunt, is est vera vita; hic autem cognosci non potest (scilicet quid sit). Quia igitur cognitionem vincit natura effectrix vitæ, sic expletur Moysi desiderium per id quod fecit, ut maneret cupiditas inexplebilis. Idem in explanatione illius beatitudinis: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*^e. Qui cor suum, inquit, ab omni affectione turbida emundavit, in propria pulchritudine imaginem divinæ naturæ perspicit. Mensura enim perspicientiæ Dei, quæ a te capi potest, in te est. Igitur qui se ipse videt, in se quod desiderat videt, atque ita mundus corde efficitur beatus, cum intuens in suam munditiam, in imagine sua videt exemplar. Hæc cordis mundities ad mysticam contemplationem prorsus necessaria est, nec sine illa ulli ad divinam caliginem aditus patet.

Ex his liquet, quod Deus nec naturali representatione cognosci ab ullo unquam possit. Fugit enim omnibus modis cognitionem, quando aut quomodo sit, nec est eorum quæ intelligunt, aut eorum quæ intelliguntur. Est enim substantia, quæ subjectum esse non potest; et notio quæ nulla ratione subjectum habet. In quo igitur id fundatum cognoscet, quod non potest prorsus recipere subjectum ad notionem? Recte igitur est immensitas supra substantiam, et mens omnibus cogitationibus incogitabilis; quin potius mens non cadens sub intelligentiam, et ratio ineffabilis nobis, idque propter superationem substantiæ et intelligentiæ.

Vide Schol. S. Maximi et Paraphr. Pachym. in Epistol. 5, tom. II.

^a Rom. xi, 55. ^b Phil. iv, 7. ^c Rom. xi, 55. ^d Psal. xxxv, 7. ^e Exod. xxxiii, 20, Math. v, 8.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Γ'.
ΣΟΣΙΠΑΤΡΩ 'ΙΕΡΕΙ.

A

EPISTOLA VI.
SOSIPATRO SACERDOTI.

SYNOPSIS EPISTOLÆ.

Suadet Sosipatro, ut non tam in falsis opinionibus arguendis, quam in veritate stabilienda se occupet.

Μὴ τοῦτο οἶσιν νίκην, ἱερὲ Σωσίπατρε, τὸ εἰς θρησκείαν ἢ δόξαν ὑβρίσαι, μὴ ἀγαθὴν φαινομένην· οὐδὲ γὰρ οὐδ' εἰ κεκριμένως αὐτὴν ἐξελέγξεις, ἤδη τὰ Σωσιπάτρου καλὰ· δυνατὸν γὰρ καὶ σὲ καὶ ἄλλους ἐν πολλοῖς τοῖς ψεύδεσι καὶ φαινομένοις, ἐν ὧν καὶ κρύφιον τὸ ἀληθὲς λαυθάνειν. Οὐδὲ γὰρ, εἴ τι μὴ ἐρυθρὸν, ἤδη λευκόν· οὐδὲ, εἴ τις μὴ ἔππος, ἐξ ἀνάγκης ἀνθρωπος. Οὕτω δὲ ποιήσεις, ἐμὸς πειθόμενος· ἀφέξῃ μὲν τοῦ καθ' ἑτέρων λέγειν, ὑπὲρ ἀληθείας δὲ οὕτως ἐρεῖς³⁰, ὡς πάντῃ εἶναι ἀνεξέλεγκτα τὰ λεγόμενα.

Noli hoc putare victoriam, venerande Sosipater, quod in eam religionem vel opinionem inveheris, quæ non bona videatur; neque enim, si illam recte coarguas, continuo Sosipatri res bene habent; potest enim tam te quam alios, inter multa falsa et apparentia unum illud et occultum et verum latere. Neque enim ut quid rutilum non sit, jam continuo album est; neque, si quis non equus, necessario est homo. Sic itaque, si me audies, facito; desistes quidem adversus alios dicere, sed omnino
B ita pro veritate dices, ut et ea quæ dicuntur refelli non valeant.

593 ADNOTATIONES CORDERII.

Nota prudentissimum Dionysii consilium pro iis qui agunt cum hæreticis, cum quibus non est contentiose arguendum, quia id parum utile est, juxta illud ad Titum III, 9: *Contentiones et pugnas legis devota, sunt enim inutiles*. Prodest autem proferre ac stabilire veritatem, qua cognita, errores non secus ac tenebræ in luce evanescent.

Vide Schol. S. Mazimi et Paraphr. Pachym. in Epistol. 6, tom. II.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ζ'.
ΠΟΛΥΚΑΡΠΩ 'ΙΕΡΑΡΧῃ.

EPISTOLA VII.
POLYCARPO ANTISTITI.

SYNOPSIS EPISTOLÆ.

I. *Docet, adversus infideles non esse contentiosius agendum, sed veritatem stabiliendam, qua stabilita falsitas per se corruet.* II. *Convitia infidelium parum esse curanda, et in ipsos retorquenda. Et simul argumenta suggerit Polycarpo quibus contra Apollonophanem uti debeat, præsertim a prodigiosa eclipsi, quam Apollonophanes una cum Dionysio spectavit tempore crucifixionis Christi.* III. *Ex ipsiusmet confessione ostendit ipsum ista eclipsi convictum.*

§ I

Ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα πρὸς Ἕλληνας ἢ πρὸς ἑτέρους εἰπῶν, ἀρκεῖν οἰόμενος ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, εἴ τὸ ἀληθὲς αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ δυνήσονται καὶ γινῶναι καὶ εἰπεῖν, ἢ ὄντως ἔχει. Τοῦτου γὰρ, ὅ τι ποτὲ ἐστίν, κατὰ νόμον ἀληθείας ὀρθῶς ἀποδεικνυμένον, καὶ ἀκραιφνοῦς ἐστηχότος, πᾶν τὸ ἐτέρως ἔχον, καὶ τὴν ἀληθειαν προσποιούμενον, ἐξελεγχθήσεται³¹ καὶ ἕτερον ὢν τοῦ ὄντως ὄντος, καὶ ἀνόμοιον, καὶ δοκοῦν ἐκεῖνο μᾶλλον ἢ ὢν. Περιττὸν οὖν³² ἐστίν, τὸν ἀληθείας ἐκφάντορα πρὸς τοὺτους ἢ ἐκεῖνους διαμάχεσθαι· λέγει γὰρ ἕκαστος αὐτὸς ἔχειν τὸ νόμισμα τὸ βασιλικόν. καὶ ἴσως γε ἔχει τι μορίου τινὸς τοῦ ἀληθοῦς ἀπατηλὸν εἰδωλόν· καὶ εἰ τοῦτον³³ ἐλέγξεις, ὁ ἕτερος καὶ αὐτὸς ὁ ἄλλος περὶ τοῦ αὐτοῦ φιλονεικήσει. Τοῦ

Equidem haud scio me adversus gentiles aut alios invectum, ratus viris probis esse satis, si ipsam in se veritatem et agnoscere et proferre possint, prout revera se habet. Ubi enim quidquid est lege veritatis demonstratum fuerit, clareque constiterit, quidquid aliter se habet, ac veritatem simulat, arguetur etiam aliud esse ab eo quod vere est, et potius esse dissimile et apparens, quam revera existens. Supervacaneum igitur est, ut is qui demonstrat veritatem, adversus hos aut illos dimicet; quilibet enim affirmat se habere regium numisma, et fortassis habet particulæ ejusdem veræ fallacem aliquam imaginem; quam si confutaveris, alius iterum atque alius de eadem dimicabit. At

VARIE LECTIONES.

³⁰ ὄντως ἐρεῖς, P. D. Sc. Sar. ³¹ ἐξελεγχθήσεται, S. P. ³² οὖν non est in D. ³³ εἰ τοῦτο, S.

si vera ratio rite fuerit stabilita, cæterisque omnibus irrefragabilis persistat, quidquid cum ea non eodem modo per omnia se habet, id ipsum per se, insuperabili ejus quod omnino verum est stabilitate, dejicitur. Hoc itaque cum, mea quidem sententia, probe nossem, minime dedi operam ut adversus gentiles aliosve dicerem, sed mihi satis est, si mihi donet Deus, ut de veritate primum quidem recte sentiam, ac deinde scite eloquar ut oportet.

§ II.

Tu autem ais, sophistam Apollophanem me conviciari, ac parricidam appellare, ut qui gentiliū dictis, adversus ipsos non sincere utar. **594** Atqui nos illi verius objicere possemus, gentiles illos, adversus divina divinis sacrilegabuti, dum per Dei sapientiam, divinæ religionis cultum abolere moliantur. Neque vero hic de multitudinis opinione loquor, quæ poetarum fictionibus materialiter tenaciterque adhærens, creaturæ potius quam creatori famulatur; verum etiam ipsemet Apollophanes divinis adversus divina nefarie utitur; nam per hanc ipsam rerum scientiam, quæ ab ipso recte philosophia dicitur, et a divo Paulo sapientia Dei nominatur ^f, ad rerum ipsarum scientiæque illius auctorem, veros philosophos ascendere oportebat. Ac ne præter institutum meum, aliorum potius quam ipsius sententiam a veritate deflectere convincam, scire debebat Apollophanes, cum sapiens esset, nihil unquam cælestis ordinis ac motus immutari ullo modo potuisse, sine instinctu auctoris sui, a quo et ut esset accepit, et ejus potentia conservatur, qui, secundum Scripturæ testimonium, cuncta perficit ac putat. Cur igitur non colit eum, quem hinc quoque cognovimus veraciter esse omnium Deum, admirando ejus, a quo cuncta subsistunt, admirabilem potestatem? Quandoquidem ab ipso sol et luna, potentia statuque mirabili, simul cum hac rerum universitate, ad omnimodam immobilitatem redacta sint, nec non ad integri diei spatium, in iisdem universa signis constiterint; vel, quod amplius est, etiam cunctis orbibus primariis, qui cæteros complexu suo continent, more suo gyranibus, ea quæ illorum complexu continebantur, non una in orbem circumlata sint; quin et alius quidam dies continuatione fere triple longior effectus, et totis viginti horis, universum æquali omnino temporis spatio, motu contrario supraquam admirandis retrogyrationibus retrogressam ac reversum sit: vel ipse sol in cursu suo, quinqueformem

δ' ἀληθοῦς αὐτοῦ τεθέντος ²⁶ ὁρθῶς λόγου, καὶ πρὸς τῶν ἄλλων πάντων ἀνεξελέγκτου μείναντος, πᾶν τὸ μὴ οὕτω κατὰ πάντα ἔχον, αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ τῆ ἀπότητῳ στάσει τοῦ ὄντως ἀληθοῦς ²⁸ καταβάλλεται. Τοῦτο μὲν οὖν, ὡς οἶμαι, καλῶς ἐγνωκῶς, οὐκ ἔσπευσα πρὸς Ἑλληνας ἢ πρὸς ἑτέρους εἰπεῖν· ἀλλ' ἰκανὸν μοι, καὶ τοῦτο θεὸς δοίη! περὶ ἀληθείας εἰδέναι πρῶτον, ἔπειτα εἰδῶτα ὡς χρὴ λέγειν ²⁹.

Σὺ δὲ φῆς λοιδορεῖσθαί μοι τὸν σοφιστὴν Ἀπολλοφάνη, καὶ πατραλοῖαν ἀποκαλεῖν, ὡς τοῖς Ἑλλήνων ἐπὶ τοὺς Ἑλληνας οὐχ ὁσίως χρωμένῳ. Καίτοι πρὸς αὐτὸν ἡμᾶς ἦν ἀληθέστερον εἰπεῖν, ὡς Ἑλληνες τοῖς θεοῖς οὐχ ὁσίως ἐπὶ τὰ θεῖα χρωῖνται, διὰ τῆς σοφίας τοῦ θεοῦ τὸ θεῖον ἐκβάλλειν πειρώμενοι σέβας. Καὶ οὐ τὴν τῶν πολλῶν ἐγωγὴν φημι δόξαν, τοῖς τῶν ποιητῶν προσύλως καὶ ἐμπαθῶς ἐναπομενόντων, καὶ τῆ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα λατρευόντων, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Ἀπολλοφάνης οὐχ ὁσίως τοῖς θεοῖς ἐπὶ τὰ θεῖα χρῆται· τῆ γὰρ τῶν ὄντων γνώσει, καλῶς λεγομένη, πρὸς αὐτοῦ φιλοσοφία, καὶ πρὸς τοῦ θεοῦ Παύλου σοφία θεοῦ κεκλημένη, πρὸς τὸν αἴτιον καὶ αὐτῶν τῶν ὄντων καὶ τῆς γνώσεως αὐτῶν ἐχρῆν ἀνάγεσθαι τοὺς ἀληθεῖς φιλοσόφους. Καὶ ἵνα μὴ τὴν τῶν ἄλλων ²⁷ ἢ τὴν αὐτοῦ παρὰ τὸ δοκοῦν ἐξελέγκαι μοι δόξαν, εἶδει συνιδεῖν Ἀπολλοφάνη, σοφὸν ὄντα, μὴ ἂν ἄλλως ποτὲ δυνηθῆναι τῆς οὐρανιας τι παρατραπῆναι τάξεως καὶ κινήσεως, εἰ μὴ τὸν τοῦ εἶναι αὐτὴν καὶ συνοχέα, καὶ αἴτιον ἔσχεν εἰς τοῦτο κινουῦντα, τὸν ποιῶντα τὰ πάντα, καὶ μετασκευάζοντα, κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον. Πῶς οὖν οὐ σέβει τὸν ἐγνωσμένον ἡμῖν κακὸν τούτου, καὶ ὄντως ὄντα τῶν ὄλων θεὸν, ἀγάμενος αὐτὸν τῆς παναιτίου καὶ ὑπερ-ἀρρήτου δυνάμεως; ὅταν ἥλιος ²⁸ ὑπ' αὐτοῦ καὶ σελήνη, κατὰ δύναμιν καὶ στάσιν ὑπερφυστάτην, ἅμα τῷ παντὶ πρὸς τὸ πάντη ἀκίνητον ὀρίζονται, καὶ εἰς μέτρον ἡμέρας ὅλης ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἐστάσι τὰ πάντα σημείων· ἢ τὸ τούτου γε πλεῖον, εἴπερ, τῶν ὄλων καὶ τῶν κρειττόνων καὶ περιεχόντων ²⁹ οὕτω φερομένων, οὐ συμπεριήγετο τὰ περιεχόμενα· καὶ ὅταν ἄλλη τις ἡμέρα κατὰ συνέχειαν σχεδὸν τριπλασιάζηται, καὶ ἐν εἴκοσι ταῖς πάσαις ὥραις, ἢ τὸ πᾶν τοσοῦτου χρόνου φοράς ἐναντίας ἀναποδίξῃ καὶ ἐπανάστρέφῃ ταῖς οὕτως ἄγαν ὑπερφυστάταις ἀντιπεριαγωγαῖς· ἢ ὁ ἥλιος, ἐν ³⁰ ἰδίῳ δρόμῳ τὴν πεντάτροπον αὐτοῦ κίνησιν ἐν ὥραις δέκα συνελών, ἀναλυτικῶς αὖθις ὅλην αὐτὴν ἐν ταῖς ἑτέραις δέκα καινὴν τινα τρίτων ὁδὸν ἀναποδίξῃ· τοῦτο δὴ τὸ καὶ Βαθυλωνίου εἰκότως ἐκπλήξαν, καὶ μάχης ἐκτὸς τῷ

^f I Cor. 12, 7.

VARIE LECTIONES.

²⁶ καὶ τοῦ ἀληθοῦς αὐτοῦ προτεθέντος, D. S. ²⁷ τοῦ ὄντως ὄντος ἀληθοῦς, D. ²⁸ ὡς ἐχρῆν, P. ²⁹ τῶν κρειττόνων est in D. S. P. ³⁰ ὁ ἥλιος, S. ³¹ εἴπερ καὶ τῶν ὄλων καὶ τῶν κρειττόνων καὶ τῶν περιεχόντων, B. ³² ἐν non est in S. P.

Ἐξεκία καθυποτάξαν, ὡς ἂν ἰσοθέω τινὶ καὶ ὑπερ-
 ἔχοντι τοὺς ἀνθρώπους. Καὶ οὐ δήπου φημί τὰς ἐν
 Αἰγύπτῳ μεγαλοουργίας, ἢ ἄλλας τινὰς ἀλλαγῆ θεο-
 σημείας γεγενημένας, ἀλλὰ τὰ κοινὰ καὶ οὐράνια,
 καὶ ἐν τῷ παντὶ καὶ πᾶσι θριαμβευθέντα. Φησὶ δὲ ⁴¹
 πάντως Ἀπολλοφάνης, οὐκ εἶναι ταῦτα ἀληθῆ·
 μάλιστα μὲν οὖν τοῦτο ταῖς Περσῶν ἱερατικαῖς
 ἐμφέρεται φήμαις, καὶ εἰσέτι μάγοι τὰ μνημόσυνα
 τοῦ τριπλασίου Μίθρου τελοῦσιν. Ἄλλ' ἐξέστω αὐτῷ
 πούτοις διὰ τὴν ἄγνοιαν ἢ τὴν ἀπειρίαν ⁴² ἀπιστεῖν.
 Εἰπέ δὲ αὐτῷ· Τί λέγεις περὶ τῆς ἐν τῷ σωτηρίῳ
 σταυρῷ γεγονυίας ἐκλείψεως; ἀμφοτέρῳ γὰρ τότε,
 κατὰ Ἡλιούπολιν ⁴³ ἅμα παρόντε τε καὶ συνεστῶτε,
 παραδόξως τῷ ἡλίῳ τὴν σελήνην ἐπιπίπτουσαν ἐωρῶ-
 μεν (οὐ γὰρ ἦν συνόδου καιρός)· αὐθις τε αὐτὴν
 ἀπὸ τῆς ἐναντίας ὥρας ἄχρι τῆς ἐσπέρας εἰς τὸ ⁴⁴
 τοῦ ἡλίου διάμετρον ὑπερφυῶς ἀντικαταστάσαν. Ἀνά-
 μνησον δὲ τι καὶ ἕτερον αὐτόν· οἶδε γὰρ, ὅτι καὶ
 τὴν ἔμπωσιν αὐτὴν ἐξ ἀνατολῶν ἐωράκαμεν ἀρξα-
 μένην, καὶ μέχρι τοῦ ἡλιακοῦ πέρατος ἐλθοῦσαν,
 εἶτα ἀναποδίσασαν, καὶ αὐθις οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ καὶ
 τὴν ἔμπωσιν καὶ τὴν ἀνακάθαρσιν, ἀλλ' ἐκ τοῦ
 κατὰ διάμετρον ἐναντίου γεγενημένην. Τοσαῦτά ἐστι
 τοῦ τότε καιροῦ τὰ ὑπερφυῆ καὶ μόνῳ Χριστῷ τῷ
 παναίτιῳ δυνατὰ, τῷ ποιοῦντι μεγάλα καὶ ἐξαισία,
 ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς.

demum resiliisse, et rursum, non ex eadem parte occursum illum et recessum exstitisse, sed ex ad-
 verso diametri. Ista sunt, quæ tunc supra naturam omnino contigerunt, et a solo rerum omnium con-
 ditore Christo fieri possunt, qui facit magna ac stupenda quorum non est numerus.

§ III.

Ταῦτα, εἴ σοι θεμιτὸν, εἰπέ, καὶ, εἰ δυνατὸν, C
 Ἀπολλοφάνης, ἐξέλεγε ⁴⁵ καὶ πρὸς ἐμὲ τὸν τότε
 καὶ συμπρόντα σοι, καὶ συνωρακότα, καὶ συνανα-
 κρίναντα πάντα, καὶ συναγάμενον. Ἀμέλει καὶ μαν-
 τείας τότε, οὐκ οἶδ' ὅθεν, ὁ Ἀπολλοφάνης ἀπάρχεται,
 καὶ πρὸς ἐμὲ, ὡς περ τὰ γιγνόμενα συμβάλλων, ἔφη·
 Ταῦτα, ὦ καλὲ Διονύσιε, θεῶν ἀμοιβαίπραγμάτων.
 Τοσαῦτα ὡς κατ' ἐπιστολὴν ἡμῖν εἰρήσθω. Σὺ δὲ
 ἱκανὸς καὶ τὰ ἐλλείποντα προσαναπληρῶσαι, καὶ
 προσαγαγεῖν τελῶς τῷ θεῷ τὸν ἄνδρα, σοφὸν τὰ
 πολλὰ ὄντα, καὶ ἰσως οὐκ ἀπαξιώσοντα πρᾶξως
 μαθεῖν τὴν ὑπέροσφον τῆς θρησκείας ἡμῶν ἀλή-
 θειαν.

Hæc, si fas est, ei dicitio, tuque Apollophanes
 refelle si potes, idque adversum me, qui tunc præ-
 sens una tecum adfui, et simul aspexi, et observavi
 omnia cum admiratione. Denique tunc nescio quo
 spiritu afflatus, in divinationem quoque Apollophanes
 prorupit, et ad me conversus: Ista, inquebat,
 o præclare Dionysi, divinarum sunt vicissitudines
 rerum. Hæc a nobis tanquam per epistolam dicta
 sint satis. Potes porro ipse supplere quæ desunt,
 et ad Deum perfecte virum adducere, multis sano
 in rebus sapientem; neque fortasse dedignabitur
 mansuete ac humiliter discere plusquam sapientem
 religionis nostræ veritatem.

ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. Nota, epistolam hanc scriptam sancto Polycarpo, Smyrnæ in Asia episcopo, sancti Joannis
 evangelistæ discipulo, cujus exstat Epistola ad Philippenses. Huic itaque sanctus Dionysius modum
 præscribit agendi cum Apolophane philosopho, et argumenta suggerit, quibus, utpote philosophus,
 maxime putaretur capiendus, et suaviter inducendus ad fidem catholicam amplectendam.

§ II. A divo Paulo sapientia Dei nominatur. Scilicet Epist. I ad Corinth. cap. ii, 7, ubi ait· *Loquimur
 Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est*, etc., vocat autem sapientiam in mysterio, sive mysterii,
 scilicet magni illius et arcani consilii de redemptione hominum per Christum.

Qui secundum Scripturæ testimonium. Dan. ii, 21: *Mutat tempora et ætates, transfert regna atque
 constituit.*

VARIÆ LECTIONES.

⁴¹ φήσει δέ, D. P. ⁴² ἀπορίαν, S. ⁴³ κατὰ τὴν Ἡλιούπολιν, D. ἡλίου πόλιν, P. ⁴⁴ ἐπὶ τὸ, S.
⁴⁵ ἔλεγε.

Siquidem ab ipso sol et luna, etc. Alludit ad illud Josue x, 12: *Tunc locutus est Josue Domino in die qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israel, dixitque coram eis: Sol contra Gabaon ne movearis, et luna contra vallem Aialon: steteruntque* 396 *sol et luna, donec ulcisceretur se gens de inimicis suis. Docte ac fuse de hoc prodigio vide Serarium ad locum Josue citatum.*

Atque alius etiam dies, etc. Hoc miraculum contigit sub Ezechia rege Juda, uti habetur lib. IV Reg. xx, 41: *Invocavit itaque Isaias propheta Dominum, et reduxit umbram per lineas, quibus jam descenderat in horologio Achaz retrorsum decem gradibus; unde facta est dies artificialis ista triplo fere longior, quia hoc contigit sub occasum solis, ut Scriptura indicat, atque adeo die fere expleto, quando retrogrado itinere iterum rediit ad primum gradum seu notam horariam diei artificialis, per totidem horas; atque inde denuo decem diei horas usque ad occasum peregit; quo miraculo percussus rex Babyloniorum a bello destitit, et Ezechiae munera misit, ut loco citato in quarto Regum sequitur.*

Triplaxis Mithri, sive solis, etc. Hinc constat, S. Dionysium in Persicis quoque Annalibus et Babyloniorum historiis fuisse versatum, eorundemque lingue haud ignarum; siquidem Persico vocabulo *Mithri* utitur, quo Persæ et Babylonii solem (ut vetus Scholium habet) significant. De hoc ita Strabo lib. xv Πέρσαι τοίνυν ἀγάλματα μὲν καὶ βωμοὺς οὐκ ἰδρύνονται, θύουσι δὲ ἐν ὑψηλῷ τόπῳ τὸν οὐρανὸν ἠγοούμενο: Δία. Τιμῶσι δὲ καὶ ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθραν. Id est: *Persæ nec statuas nec aras erigunt, sacrificant vero in loco excelso, cælum Jovem putantes. Quinetium colunt solem, quem Mithram vocant. Et quia dies tempore Ezechiae fere in mora seu duratione triplicata fuit, ideo ait, Persas triplicis seu triplicati solis memoriam celebrasse. Quod autem Persæ soli sacrificent, etiam Herodotus ait, aliique multi. Quod solem vocent Mithram, dissentit quidem Herodotus, qui sic Venerem a Persis vocari scribit (nisi quis Μίτρον et Μίθρον differre putet), sed plurimi alii assentiuntur, inter quos Hesychius: Μίθρας ὁ ἥλιος παρὰ Πέρσαις. Μίθρης ὁ πρῶτος ἐν Πέρσαις θεός. Id est, *Mithras sol apud Persas; Mithres primus apud Persas deus.**

Eramus tunc ambo juxta Heliopolim, etc. Describit hic prodigiosam illam eclipsim quæ contingit Christo de cruce pendente, quam una cum Apollophane Dionysius spectaverat Heliopoli (quæ civitas erat Ægypti, olim cultui solis dedicata). Hujus etiam meminit Phlegon, quem citat Philoponus lib. II *De mundi creatione*, cap. 21, his verbis: *Λέγει γὰρ, ὅτι τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς διακοσιοστῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἡλίου ἐκλειψις μεγίστη, καὶ οὐκ ἐγνωσμένων πρότερον· καὶ νύξ ὥρα ἕκτη τῆς ἡμέρας ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀπτέρως ἐν οὐρανῷ φανῆναι.* Ait enim, *secundo anno ducentesimæ secundæ Olympiadis factam fuisse maximam solis defectionem omnium quæ unquam prius innotuerant, et hora diei sexta noctem exstitisse, ita ut etiam stellæ in cælo apparerent.* Sed et evangelistæ, quorum fides longe supra omnem historiam est, defectionis hujus mentionem faciunt. Marci xv, 33: *Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terram, usque in horam nonam, et Lucæ xxiii, 44: Erat autem fere hora sexta, et tenebræ factæ sunt in universam terram usque in horam nonam, et obscuratus est sol.* Sancius autem Dionysius hujus defectionis oculatus testis, et accuratus observator, cæteris exactius, utpote philosophus, ejus modum describit, quem vide inferius explicatum et schemate illustratum in Notationibus ad cap. 1 *Vitæ sancti Dionysii per Petrum Halloix.*

§ III. *Denique tunc nescio quo spiritu afflatus, etc.* Viso hoc solis deliquio Dionysius, adhuc ethnicus, dixisse fertur: *Aut Auctor naturæ patitur, aut mundi machina dissolvetur.* Similia quoque Apollophanem tunc dixisse aut cogitasse, hic insinuat Dionysius.

Vide Schol. S. Maximi et Paraphr. Pachym. in Epistol. 7, tom. II.

EPISTOLA VIII.

DEMOPHILO MONACHO.

De propria operatione et elementia.

A

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Η'.

ΔΗΜΟΦΙΛῶ ΘΕΡΑΠΕΥΤῆ.

Περὶ ἰδιοπραγίας καὶ χρηστότητος.

SYNOPSIS EPISTOLÆ.

§ I. *Ostendit præcipuos Dei amicos, Moysen, Davidem, Jobum, Abelem, Josephum, mansuetudinis laude claruisse; et in ipso et Christo præ cæteris virtutibus vel maxime clementiam et mansuetudinem emicuisse. Unde a contrario Demophilo suam exprobrat immanitatem, quod pœnitentem a sacerdote absolutum immaniter tractasset, et in sacerdotem quoque temerarie debacchatus* 597 *fuisse, eo quod pœnitentem absolvisset; et exemplis eorum qui ob similem temeritatem puniti fuerant, eum deterret.* II. *Proponit Demophili objectionem, quam probabiliter posse facere videretur, eamque elidit.* III. *Ostendit nequaquam convenire ut inferiores, qualis erat Demophilus, superiores suos increpent.* IV. *Docet ordinem et subordinationem ubique servandam esse, eique Christi boni ac mansuetissimi pastoris exemplum ob oculos ponit.* V. *Dicit Christi mansuetudinem potius imitandam esse, quam Elæ zelum; et simul ostendit quæ sit mansuetorum et crudelium retributio.* VI. *Rem totam confirmat visione mirabili sancti Carpi, quam describit.*

§ I.

Hebræorum historia tradunt, generose Demo- B phile, sanctum illum etiam Moysen, propter magnam suam mansuetudinem Dei conspectu dignum fuisse judicatum. Ac si quando ipsum divina visione frustratum scribunt, non prius eum a Deo, quam a

Αἱ τῶν Ἑβραίων ἱστορίαι φασίν, ὃ γενναῖε Δη- μάφιλε, καὶ τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον Μωσέα διὰ τὴν ἰσχυρὰν πρᾶξιν αὐτοῦ τῆς θεοφανείας ἠξιομένον. Καὶ εἴ ποτε αὐτὸν ἐξω τῆς θείας ὕψους ἀναγράφουσιν, οὐ πρὸ τῆς πρᾶξιν αὐτοῦ ἐκβάλλουσι τοῦ Θεοῦ. Λέγουσι

VARIE LECTIONES.

⁹⁶ ὑπέρ, C. D. S. ⁹⁷ τὴν non est in Ch. D. S. P.

δὲ, ὅτι λίαν ἀπαυθαδιαζομένη καὶ ἀντιτείνοντι ταῖς A
 θείαις βουλαῖς ⁴⁸ ὠργίσθη θυμῷ Κύριος. Ὅταν δὲ
 αὐτὸν ἀνακτήρυκτον ποιῶσι ταῖς θεοκρίτοις ἀξίαις,
 ἐκ τῆς προϋχούσης τάγαθου θεομιμησίας ἀνακηρύτ-
 τεται· καὶ γὰρ ἦν πρῶτος σφόδρα, καὶ ὑπὲρ τούτου
 λέγεται θεράπων Θεοῦ, καὶ εἰς θεοπειλίαν ἀπάντων
 προφητῶν ἀξιώτερος. Ἄλλὰ καὶ ὅτε πρὸς αὐτὸν καὶ
 τὸν Ἀαρὼν Ἰταμοὶ τινες ὑπὲρ ἀρχιερωσύνης καὶ
 ἐθναρχίας ἐφιλονείκουν, ὑπερεῖχε μὲν ἀπάσης φιλοτι-
 μίας καὶ φιλαρχίας, καὶ παρεχώρει τῷ θεοκρίτῳ
 τὴν τοῦ λαοῦ προστασίαν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐπισυνέ-
 στησαν αὐτῷ, καὶ περὶ τῶν προτέρων ὀνειδίζοντας
 ἠπέλιον, καὶ ἤδη σχεδὸν ἐπήεσαν, ἐπεβοᾶτο μὲν ὁ
 πρῶτος τὸν ἀγαθὸν εἰς σωτηρίαν, ἐπαβρῆσιάζετο δὲ
 λίαν ἐπεικῶς, ὅτι πάντων εἶη κακῶν τοῖς ἀρχομέ-
 νοις ἀνάιτιος· ἤδει γάρ, ὅτι χρῆ τὸν ὀμιλοῦντα Θεῷ ⁴⁹ B
 τάγαθῷ πρὸς τὸ ὅτι μάλιστα ὀμιλοῦντα, ὡς ἐφικτὸν,
 ἀποτετυπῶσθαι, καὶ ἑαυτῷ συνειδέσθαι τὰς ἀγαθοφι-
 λειῖς ἐργατείας ⁵⁰. Τί δὲ τὸν θεοπάτορα Δαυὶδ ἐποίη-
 ῖ θεοφιλῆ; Καὶ γὰρ ἀγαθὸν ὄντα, καὶ περὶ ἐχθροῦς
 ἀγαθόν· Εὐρηκα, φησὶν ὁ ὑπεράγαθος καὶ φιλάγα-
 θος ⁵¹, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου. Καίτοι καὶ
 Θεσμός ἀγαθὸς ἐδεδώρητο, καὶ ὑποζυγίων ἐχθροῦ προ-
 νοεῖν. Καὶ Ἰωβ ὡς ἀκακίας ἐχόμενος ἐδικαιοῦτο.
 Καὶ Ἰωσήφ τοὺς ἐπιβούλους ἀδελφοὺς οὐκ ἠμύνετο ⁵²,
 καὶ Ἄβελ ἀπλῶς καὶ ἀνυπόπτως συνεπορεύετο τῷ
 ἀδελφοκτόνῳ. Καὶ πάντας ἡ θεολογία τοὺς ἀγαθοὺς ⁵³
 ἀνακηρύττει, μὴ προεγνωσύντας τὰ κακὰ, μὴ ⁵⁴
 προσποιούντας, ἀλλὰ μηδὲ πρὸς τῆς ἄλλων ⁵⁵ κακίας
 ἐκ τάγαθου μεταποιούμενους, τὸναντίον δὲ θεοειδῶς C
 καὶ τοὺς κακοὺς ἀγαθύνοντας καὶ ἐφαπλοῦντας ⁵⁶, καὶ
 ἐπ' αὐτοὺς τὴν πολλὴν αὐτῶν ἀγαθότητα, καὶ πρὸς
 τὸ ὅμοιον ἐπεικῶς ἐκκαλουμένους. Ἄλλ' ἐπὶ τὸ ἀναν-
 τες ἀνανεύσωμεν, οὐκ ἀνδρῶν ἰερῶν ἐπεικειας, οὐ
 φιλανθρώπων ἀγγέλων ἀγαθότητος ἐξαγγέλλοντας ⁵⁷,
 ἐλεούτων ἔθνη καὶ ὑπερδοσμένων αὐτῶν ἀγαθοῦ, καὶ
 ταῖς ὀλεθρίαις καὶ κακεργέτισι ἐπιτιμῶντων πληθῶσι,
 καὶ ἀχθόμενων μὲν ἐπὶ κακοῖς, εὐφραϊνομένων δὲ τῇ
 σωτηρίᾳ τῶν εἰς τὰ ἀγαθὰ μετακαλουμένων· οὐδ' ὅσα
 ἄλλα περὶ τῶν ἀγαθοεργῶν ἀγγέλων ἡ θεολογία πα-
 ραδίδωσιν· ἀλλὰ τοῦ ὄντως ἀγαθοῦ καὶ ὑπεραγάθου
 Χριστοῦ τὰς ἀγαθοποιούς ἀκτίνας ἐν ἡσυχίᾳ παρα-
 δεχόμενοι, πρὸς αὐτῶν ⁵⁸ ἐπὶ τὰς θείας ἀγαθοεργίας
 αὐτοῦ φωταγωγηθῶμεν. Ἄρα γὰρ οὐκ ἔστιν ἀφάτου
 καὶ ὑπὲρ νόησιν ἀγαθότητος, ὅτι τὰ ὄντα ⁵⁹ εἶναι D
 ποιεῖ, καὶ ὅτι πάντα αὐτὰ πρὸς τὸ εἶναι παρήγαγε,
 καὶ πάντα βούλεται αἰεὶ γενέσθαι παραπλήσια αὐτῷ ⁶⁰,
 καὶ κοινωνικὰ τοῦ αὐτοῦ κατὰ τὴν ἐκάστου ⁶¹ ἐπιτη-
 δεϊότητα; Τί δὲ, ὅτι καὶ τῶν ἀποφοιτώντων ⁶² ἐρω-
 τικῶς ἔχεται, καὶ φιλονεκεῖ, καὶ δεῖται μὴ ἀπαξω-
 θῆναι τῶν ἐρωμένων καὶ θρυπτομένων αὐτῶν· καὶ

mansuetudine excludunt. Ipsi scilicet insolentiam
 admodum, et divinis consiliis reluctanti iratum
 asserunt furore Dominum. Ubi vero decretis illi a
 Deo dignitatibus illustrem prædicant, a præemi-
 nente benigni Dei imitatione commendatus; erat
 enim admodum mansuetus, atque ideo Dei famulus
 nuncupatur, cæterisque prophetis dignior ad vi-
 dendum Deum. Quinimo cum adversus eum et
 Aaronem de pontificatu ac gentis principatu impu-
 dentes aliqui proterve dimicarent, omni sane ho-
 noris ac primatus ambitione celsior, ei qui a Deo
 eligeretur, populi præfecturam deserebat ⁵. Cæte-
 rum ubi in ipsum conjurassent, pristinaque expro-
 bando minas intentassent, jamque fere impetum
 fecissent, tum demum mansuetus ille bonam qui-
 dem Deum in salutem advocabat, magna vero con-
 stantia singularique modestia contestatus est, se
 insontem esse calamitatum omnium quæ subilitis
 obvenissent; quippe noverat, ei qui bono Deo fa-
 miliariter utitur, pro viribus conandum, ut eidem,
 quantum potest fieri, simillimus evadat, sibi que
 bonorum operum conscius existat. Quid porro Da-
 vid illum Dei progenitorem, amicum Deo reddidit?
 Nempe quod esset bonus, et in hostes benignus:
 Inveni, inquit ille præbenignus benignitatis ama-
 tor, hominem secundum eor meum ^h. Quinimo be-
 nigna lege sancitum erat, ut jumentorum quoque
 inimici cura gereretur ⁱ. Job etiam, at innocentie
 tenax, justificatus est ^k. Atque Joseph insidiatores
 fratres non est ultus ^l, Abelque simpliciter, nec
 quidquam suspicans, comitatus est fratricidam ^m.
 Omnes denique theologia bonos prædicat, qui ne-
 que mala præsagunt, neque simulant, sed ne
 aliorum quidem **598** malitia bonum deserunt,
 sed e diverso deformiter pravis benefacientes,
 magnamque benignitatis suæ copiam in eos effun-
 dentes, benigne illos ad simile quoque provocant.
 Cæterum ad altiora contendamus, sanctorum man-
 suetudines virorum atque amicorum hominibus
 angelorum benignitates omittentes, quomodo scilicet
 illi genibus misereantur, ac pro ipsis divinæ
 bonitati preces offerant ⁿ, perniciosasque ac per-
 ditas turbas increpent ^o; ac malis quidem nostris
 condoleant ^p, salutem vero eorum qui ad bona con-
 versi sunt congratulentur ^q; et quæcunque alia de
 beneficis angelis theologia tradit ^r; sed penitus
 benigni ac præbenigni Christi beneficos radios
 tranquillo animo suscipientes, ab iisdem ad divinas
 ejus beneficentias luculenter adducamur. Annon
 ineffabilis incomprehensibilisque bonitatis, quod ea
 quæ sunt, esse faciat, eaque omnia ad esse produ-

μένων ἀνιγμάτων ἐκφαίνωσι τὴν θεῖαν καὶ μυστικὴν καὶ ἄβατον τοῖς βεβήλοις ἀλήθειαν. Διὸ καὶ ἀπιστοῦ-
μεν οἱ πολλοὶ τοῖς περὶ τῶν θεῶν μυστηρίων λόγοις· θεώμεθα γὰρ μόνον αὐτὰ διὰ τῶν προσπεφυκῶτων αὐτοῖς αἰσθητῶν συμβόλων. Δεῖ δὲ καὶ ἀποδύντας αὐτὰ ἐφ' ἑαυτῶν γυμνά καὶ καθαρὰ γενόμενα ἰδεῖν· οὕτω γὰρ ἂν θεώμενοι σεφθεῖημεν πηγὴν ζωῆς εἰς ἑαυτὴν χρο-
μένην, καὶ ἐφ' ἑαυτῆς ἐστῶσαν ὄρωντες, καὶ μίαν τινὰ δύναμιν, ἀπλήν, αὐτοκίνητον, αὐτοενέργητον ²⁸, ἑαυτὴν οὐκ ἀπολείπουσαν, ἀλλὰ γινώσιν πασῶν γνώ-
σεων ὑπάρχουσαν, καὶ αἰεὶ δι' ἑαυτῆς ἑαυτὴν θεωμέ-
νην. Χρῆναι γοῦν αὐτῷ τε καὶ ἄλλοις παρ' ἡμῶν ψή-
θημεν, ὡς οἶόν τε ἦν ²⁹, ἀναπτύχθηναι τὰ παντοδαπὰ μορφώματα τῆς περὶ Θεοῦ συμβολικῆς ἱεροπλαστικῆς· τὰ γὰρ ἐκτὸς αὐτῆς ὁπόσης ἀναπέπλησται τῆς ἀπι-
θάνου καὶ πλασματώδους τερατείας; οἶον ἐπὶ μὲν τῆς ὑπερουσίου θεογονίας, γαστέρα Θεοῦ σωματικῶς Θεὸν γεννῶσαν ἀναπλαττούσης, καὶ λόγον εἰς ἀέρα προχεόμενον ἀπὸ καρδίας ἀνδρικής ἐξερρευομένης αὐ-
τὸν, καὶ πνεῦμα ἐκπνεόμενον ἀπὸ στόματος ἀναγρα-

^h Psal. cix, 3. ⁱ Psal. xlv, 1. ^k Psal. xxxii, 6.

VARIE LECTIONES.

²⁶ θεολογικῶς, S. P. ²⁷ δὴ non est in D. ²⁸ αὐτενέργητον, D. S. P. ²⁹ ὡς οἶοί τε ἦμεν, S.

φύσης, καὶ κόλπους θεογονικοὺς ἐναγκαλιζομένους Θεοῦ Υἱόν, σωματοπρεπῶς ἡμῖν ἐξυμνούσης, ἢ φυσικῶς ταῦτα διαπλαττούσης, καὶ δένδρα τινὰ, καὶ βλαστοὺς, καὶ ἄνθη, καὶ ῥίζας προβαλλομένης, ἢ πηγὰς ὑδάτων ἀναβλυζούσας, ἢ ἀπαυγασμάτων προαγωγικὰς φωτογονίας, ἢ ἄλλας τινὰς ὑπερουσίων θεολογιῶν ἐκφαντορικὰς ἱερογραφίας. Ἐπὶ δὲ τῶν νοητῶν τοῦ Θεοῦ προνοιῶν, ἢ δωρεῶν, ἢ ἐκφάνσεων, ἢ δυνάμεων, ἢ ιδιοτήτων, ἢ λήξεων, ἢ μονῶν, ἢ προόδων, ἢ διακρίσεων, ἢ ἐνώσεων, ἀνδροπλαστίαν τῷ Θεῷ, καὶ θηρίων, καὶ ζώων ἄλλων, καὶ φυτῶν, καὶ λίθων ποικιλομορφίαν περιπλαττούσας· καὶ κόσμους αὐτῷ γυναικείους, ἢ βαρβαρικὰς ὀπλοποιίας περιτιθείσας· καὶ κεραμίαν, καὶ χωνευτήριον, ὡς ἂν βανύσω τινὶ προστιθείσης³⁰· καὶ ἵππους αὐτῷ, καὶ ἄρματα, καὶ θρόνους ὑποστρωανύσης· καὶ δαΐτας³¹ τινὰς ὀψοποιητικὰς³² ἐπισκευαζούσης, καὶ πεπωκότα, καὶ μεθύοντα, καὶ ὑπνώττοντα, καὶ κραιπαλῶντα διαπλαττούσης. Τί ἂν τις εἴποι τὰς ὀργὰς, τὰς λύπας, τοὺς παντοδαποὺς ὄρκους, τὰς μεταμελείας, τὰς ἀράς, τὰς μήνιδας, τὰ πολυειδῆ καὶ λοξὰ τῆς ἀμαρτίας τῶν ἐπαγγελιῶν σοφίσματα, τὴν ἐν τῇ Γενέσει γιγαντομαχίαν, καθ' ἣν ἐπιβουλεύειν ἐκ φόβου λέγεται τοῖς δυνατοῖς ἐκείνοις ἀνδράσι, καὶ ταῦτα τὴν οἰκοδομήν, οὐκ ἐπ' ἀδικίαν τινῶν ἐτέρων, ἀλλ' ὑπὲρ σωτηρίας τῆς ἑαυτῶν μεμηχανημένοι, καὶ τὸ συμβούλιον ἐκεῖνο τὸ κατ' οὐρανὸν ἐπὶ δόλῳ καὶ ἀπάτῃ τοῦ Ἀχαὰβ σκευαζόμενον³³· καὶ τὰς τῶν ἄσμάτων προσύλους καὶ ἐταιρικὰς πολυπαθείας, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς πάντα τολμῶσης ἐστὶ θεοπλαστίας ἱερὰ συνθήματα φαινόμενα τῶν κρυφίων προβεβλημένα καὶ πεπληθυσμένα, καὶ μεριστὰ τῶν ἐνιαίων καὶ ἀμεριστων, καὶ τυπωτικὰ, καὶ πολύμορφα τῶν ἀμορφῶτων καὶ ἀτυπῶτων· ὧν εἴ τις ἰδεῖν δυνήσῃ τὴν ἐντὸς ἀποκεκρυμμένην εὐπρέπειαν, εὐρήσει μυστικὰ καὶ θεοειδῆ πάντα, καὶ πολλοῦ τοῦ θεολογικοῦ φωτὸς ἀναπεπλησμένα. Μὴ γὰρ οἴωμεθα τὰ φαινόμενα τῶν συνθημάτων ὑπὲρ ἑαυτῶν ἀναπεπλάσθαι, προβεβλησθαι δὲ τῆς ἀπόρρητου καὶ ἀθεάτου τοῖς πολλοῖς ἐπιστήμης, ὡς μὴ τοῖς³⁴ β:θήλοις εὐχείρωτα εἶναι τὰ πανίερα· μόνους δὲ ἀνακαλύπτεσθαι τοῖς τῆς οὐσιότητος³⁵ γνησίσις ἑρασταῖς, ὡς πᾶσαν τὴν παιδαριώδη φαντασίαν ἐπὶ τῶν ἱερῶν συμβόλων ἀποσκευαζομένοις, καὶ ἱκανοῖς διαβαίνειν ἀπλότητι νοῦ, καὶ θεωρητικῆς δυνάμεως ἐπιτηδεϊότητι, πρὸς τὴν ἀπλήν, καὶ ὑπερφύη, καὶ ὑπερῖδρυσμένην τῶν συμβόλων ἀλήθειαν. Ἄλλως τε καὶ τοῦτο ἐννοῆσαι χρὴ, τὸ διττὴν εἶναι τὴν τῶν θεολόγων παράδοσιν, τὴν μὲν ἀπόρρητον καὶ μυστικὴν, τὴν δὲ ἐμφανῆ καὶ γνωριμωτέραν· καὶ τὴν μὲν συμβολικὴν καὶ τελεστικὴν, τὴν δὲ φιλόσοφον καὶ ἀποδεικτικὴν, καὶ συμπέλεκται τῷ ῥητῷ τὸ ἄρρητον. Καὶ τὸ μὲν πείθει καὶ καταδείξει τῶν λεγομένων τὴν ἀλήθειαν, τὸ δὲ δρᾶ καὶ ἐνιδρύει τῷ Θεῷ ταῖς ἀδιότατοις μυσταγωγίαις. Καὶ μὴν οὐδὲ κατὰ τὰς τῶν ἀγιωτάτων

lium Dei complectentes, in modum corporis collaudat, aut in modum stirpis hæc ipsa depingit, et arbores quasdam, et surculos, et flores atque radices proponit; aut fontes aquis manantes, aut lucigenas splendorum fecunditates, aut quasdam alias supernaturales sacras rerum divinarum explanatorias descriptiones. In spiritualibus autem Dei providentiis, vel donis vel manifestationibus, vel virtutibus, aut proprietatibus, aut statibus, aut mansionibus, aut emanationibus, aut secretionibus, aut unionibus formam viri Deo et ferarum, aliorumque animantium et stirpium atque lapidum multiformitatem affligit; quin etiam ornatus muliebres, et barbaras armaturas illi circumponit: et figlinam conflatoriamque artem, tanquam opifici cuiquam mechanico attribuit; et equos ipsi, et currus, et sedes supponit, et convivia quædam epulis instructa apparat, atque bibentem et ebrium, et dormituriem ac crapulantem exhibet. Quid attinet dicere iras, dolores, varia juramenta, pœnitentias **609** et maledictiones, iras inveteratas et multiplices, et obliquas rationes frustrandi promissiones; item illam in Genesi cum gigantibus pugnam, in qua dicitur Deus robustis illis viris propter metum insidiatus, cum alioquin, non ut alios læderent, sed ut se incolumes servarent, illud ædificium moliti essent: et concilium illud in cælo ad decipiendum Achab fabricatum¹; et illas Cantecorum veluti corporeas et meretricias illecebras²: et quæcunque alia sacra signa in Deo audaci fictione format, potentia occultis; multiplicata et partita simplicibus atque individuis figurativa et multiformia, figuræ formæque expertibus obducent; quorum pulchritudinem intus latentem si quis intueri possit, reperiet omnia mystica et divina et multo lumine theologico repleta. Neque vero existimemus signa formarum apparentium sua tantum causa et ratione efficta esse, sed potius integumenta esse scientiæ arcauæ, et vulgo hominum occultæ, ut ea quæ sanctissima sunt, non sint profanis facilia ad intelligendum; sed tantum vere studiosis sanctitatis aperiantur, utpote expeditis ab omni puerili cogitatione in sacris symbolis, et qui acie mentis et ingenii facultate ad contemplandum idonea, veritatem simplicem, et supra naturam symbolorum collocatam, assequi possint. Cæterum hoc advertendum est, duplicem esse traditionem theologorum, unam quidem arcanam et mysticam, alteram vero apertam et manifestiorem; illam quidem symbolicam et ad mysteria pertinentem, hanc vero philosophicam ac demonstrantem; estque arcanum cum aperto connexum. Atque hoc quidem fidem facit, et astringit veritatem eorum quæ dicuntur, illud vero efficit et in Deo, iis

¹ III Reg. xxxi. ² Cant. iv et v.

VARIE LECTIONES.

³⁰ προτιθείσης, D. S. P. ³¹ δαΐτας, S. ³² ὀψοποικὰς, S. P. ³³ κατασκευαζόμενον. ³⁴ μέχρις τῶν; D. ³⁵ τῆς οὐσιότητος, S. P.

quæ non docentur, institutionibus firmat. Atqui nec in sanctissimis mysteriis sancti magistri sive nostræ sive Mosaicæ disciplinæ a symbolis Deo convenientibus, abstinerunt; quin potius videmus angelos omni sanctitate plenos, per ænigmata res divinas mystice promere, et Jesum in parabolis, de divinis loqui, ac deifica sacramenta per typicum mensæ apparatus tradere. Par enim erat, ut non solum Sancta sanctorum servarentur vulgo intemperate, sed ut ipsa vita humana, quæ individua simul et dividua est, lucem divinæ cognitionis convenienter sibi caperet; et ea pars animæ quæ a patiendi necessitate libera est, simplicibus et intimis divinarum imaginum speciebus contemplandis destinaretur, illa vero quæ passionibus subiecta est, ut naturæ **610** ejus convenit, curaretur simul, et in divinissimas res per typica symbola, eis artificiose abducta protenderetur, ut cui istiusmodi integumenta cognata sint, quemadmodum declarant, etiam qui, audita aperta theologia sine involucris, effingunt in se typum quemdam, qui illos ad prædictæ theologiæ intelligentiam manuducat.

§ II.

Quin et ipsius quoque mundi aspectabilis fabrica invisibilibus Dei obducta est, sicut Paulus et vera ratio testatur. Quamobrem etiam theologi alia quidem civiliter legaliterque considerant, alia vero pure et intemperate; atque illa quidem humano medioque modo, hæc autem supramundiali ac perfecto. Atque interdum quidem ex apparentibus legibus, interdum vero ex occultis oraculis, prout subjectis rebus sacris, mentibusque et animis congruit; omnis enim sermo, qui illis ubique propositus est, non exilem aliquam historiam, sed vivificam continet perfectionem. Quare etiam nos oportet, omnia populari de his opinione, ipsamet sacra signa, sacra, uti par est, ratione penetrare, neque eadem inhonorare, cum nativa sint et expressa rerum divinarum simulacra, nec non imagines perspicuæ arcanorum et supranaturalium spectaculorum. Etenim non solum suprasubstantialia, et intellectifera, et simpliciter divina lumina symbolis figuratis variegantur, ut cum suprasubstantialis Deus ignis dicitur ^a, et quæ intellectu percipiuntur Eloquia Dei ignea ^o, sed præterea etiam divini ordines angelorum, qui simul sunt intellectuales et intelligentes, variis formis ac multiplici specie, et igneis figuris depinguntur. Aliterque eandem imaginem ignis accipere oportet, cum de Deo dicitur qui intelligentiam superat; aliter cum de providentiis ejus, quas intelligentia percipimus, aut de sermonibus; et aliter cum de angelis. Atque illam quidem imaginem ignis de Deo dictam, secundum causam

^a Deut. iv. ^o Psal. xvii, 51.

μυστηρίων τελετᾶς, οἱ τῆς καθ' ἡμᾶς, ἢ τῆς νομικῆς παραδόσεως ἱερομύσται, τῶν θεοπρεπῶν ἀπέσχοντο συμβόλων· ἀλλὰ καὶ τοὺς πανιερωτάτους ἀγγέλους δι' ἀνιγμάτων τὰ θεῖα μυστικῶς προάγοντας ὁρῶμεν, καὶ αὐτὸν ³⁶ Ἰησοῦν ἐν παραβολαῖς θεολογοῦντα, καὶ τὰ θεουργὰ μυστήρια παραδιδόντα διὰ τυπικῆς ³⁷ τραπεζώσεως. Καὶ γὰρ ἦν εἰκὼς, οὐ μόνον ἀχραντα τοῖς πολλοῖς ἀποσεσῶσθαι τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὴν ³⁸ ἀνθρωπίνην ζωὴν ἀμέριστον ἅμα καὶ μεριστὴν ὑπάρχουσαν, οἰκείως ἑαυτῇ τὰς θείας ἐλλάμπεσθαι γνώσεις· καὶ τὸ μὲν ἀπαθὲς τῆς ψυχῆς, εἰς τὰ ἀπλᾶ καὶ ἐνδότατα τῶν θεοειδῶν ἀγαμάτων ἀφορῆσαι θεάματα· τὸ παθητικὸν δὲ αὐτῆς, συμφυῶς θεραπεύειν ἅμα καὶ ἀνατείνειν ἐπὶ τὰ θεϊότατα, τοῖς προμεμηχανημένοις τῶν τυπικῶν ³⁹ συμβόλων ἀναπλασμοῖς, ὡς συγγενῆ τὰ τοιαῦτα πέφυκε παραπετάσματα, καὶ δηλοῦσιν ὅσοι, καὶ προκαλυμμάτων ἐκτὸς θεολογίας σαφοῦς ἀκηκόητες, ἐν ἑαυτοῖς ἀναπλάττουσι τύπον τινὰ πρὸς τὴν νόησιν αὐτοῦ τῆς εἰρημένης θεολογίας χειραγωγῶντα.

Καὶ αὐτὴ δὲ τοῦ φαινομένου παντὸς ἡ κοσμοουργία τῶν ἀοράτων τοῦ Θεοῦ προβέβληται, καθάπερ φησὶ Παῦλος τε καὶ ὁ ἀληθὴς λόγος. Διὸ καὶ οἱ θεολόγοι τὸ μὲν πολιτικῶς καὶ ἐνόμως ἐπισκοποῦσι, τὰ δὲ καθαρτικῶς καὶ ἀχράντως, καὶ τὰ μὲν ἀνθρωπικῶς ⁴⁰ καὶ μέσως, τὰ δὲ ὑπερκοσμίως καὶ τελεσιουργικῶς. Καὶ τοτὲ μὲν ἀπὸ τῶν νόμων τῶν φαινομένων, τοτὲ δὲ ἀπὸ τῶν ἀφανῶν θεσμῶν κατὰ τὸ προσήκον τοῖς ὑποκειμένοις ἱεροῖς γράμμασι ⁴¹ καὶ νοῖς καὶ ψυχαῖς· οὐ γὰρ ἱστορίαν ψιλὴν, ἀλλὰ ζωτικὴν ἔχει τελείωσιν ὁ προκείμενος αὐτοῖς ἅπας τε καὶ διὰ πάντων λόγος. Χρὴ τοίνυν καὶ ἡμᾶς, ἀντὶ τῆς δημώδους περὶ αὐτῶν ὑπολήψεως, εἰσω τῶν ἱερῶν ⁴² συμβόλων ἱεροπρεπῶς ⁴³ διαβαίνειν, καὶ μὴδὲ ἀτιμάζειν αὐτὰ, τῶν θείων ὄντα χαρακτήρων ἔχοντα ⁴⁴ καὶ ἀποτυπώματα, καὶ εἰκόνας ἐμφανεῖς τῶν ἀποβόητων καὶ ὑπερφυῶν θεμάτων. Καὶ γὰρ οὐ μόνον ⁴⁵ τὰ ὑπερούσια φῶτα, καὶ τὰ νοητὰ, καὶ ἀπλῶς τὰ θεῖα τοῖς τυπιστικαῖς διαποικίλλεται συμβόλοις, ὡς πῦρ ὁ ὑπερούσιος Θεὸς λεγόμενος, καὶ τὰ νοητὰ τοῦ Θεοῦ λόγια πεπυρωμένα· προσέτι δὲ καὶ τῶν νοητῶν ἅμα καὶ νοερῶν ἀγγέλων οἱ θεοειδεῖς διάκοσμοι ποικίλαις μορφαῖς διαγράφονται καὶ πολυειδέσι, καὶ ἐμπυρίοις σχηματισμοῖς. Καὶ ἄλλως τὴν αὐτὴν τοῦ πυρὸς εἰκόνα κατὰ τοῦ ὑπὲρ νόησιν ⁴⁶ Θεοῦ λεγομένην ἐκλαθεῖν· ἄλλως δὲ κατὰ τῶν νοητῶν ⁴⁷ αὐτοῦ προνοιῶν ἢ λόγων· καὶ ἄλλως ἐπὶ τῶν ἀγγέλων. Καὶ τὴν μὲν κατ' αἰτίαν, τὴν δὲ καθ' ὑπαρξίν, τὴν δὲ κατὰ μέθεξιν, καὶ ἄλλα ἄλλως, ὡς ἡ κατ' αὐτὰ θεωρία καὶ ἐπιστημονικὴ διάταξις ὁροθετεῖ. Καὶ μὴ ὡς ἔτυχε τὰ ἱερά σύμβολα συμφύ

VARIÆ LECTIONES.

³⁶ τόν. ³⁷ τυπικῆς, S. ³⁸ αὐτό, D. αὐτὴν τὴν, P. ³⁹ τυπικῶν, S. ⁴⁰ ἀνθρωπίνως, S. ⁴¹ πράγματι, D. S. S. ⁴² τῶν ἱεροπρεπῶν, Ch. ⁴³ ἱερῶς, Ch. ⁴⁴ ἔχοντα, S. P. ⁴⁵ μόνον, S. ⁴⁶ κατὰ τὴν ὑπερῶν του, D. κατὰ τὴν, P. ⁴⁷ κατὰ τὴν νόησιν, S. P. νοητῶν, non est in Ch.

ρειν, ἀλλὰ προσηκόντως αὐτὰ ταῖς αἰτίαις, ἢ ταῖς Ἀ
 ὑπάρξεσιν, ἢ ταῖς δυνάμεσιν, ἢ ταῖς τάξεσιν, ἢ ταῖς
 ἀξίαις ἀναπτύσσουσιν, ὧν καὶ ἔστιν ἐκφαντορικὰ συνθή-
 ματα. Καὶ ὅπως μὴ πέρα τοῦ δέοντος ἐπιστέλλοιμεν ⁴⁸,
 ἐπ' αὐτὴν ἤδη τὴν προτεθεισάν ὑφ' ὑμῶν ζήτησιν
 ἰτέον. Καὶ λέγομεν, ὅτι πᾶσα τροφή τελεσιουργός ἐστι
 τῶν τρεφομένων, τὴν ἀτέλειαν αὐτῶν καὶ τὴν ἔνδειαν
 ἀποπληροῦσα, καὶ τὸ ἀσθενὲς θεραπεύουσα, καὶ τὴν
 ζωὴν αὐτῶν φρουροῦσα, καὶ ἀναθάλλειν ποιοῦσα, καὶ
 ἀνανεάζουσα, καὶ ζωτικὴν αὐτοῖς εὐπάθειαν δωρου-
 μένη, καὶ ἀπλῶς τοῦ ἀνιῶντος καὶ τοῦ ἀτελοῦς ἐλά-
 τειρα, καὶ τῆς εὐφροσύνης αὐτῶν καὶ τῆς τελειότητος
 χορηγός.

renovat, et vitalem illis affectum donat, simpliciterque tristitiam et imperfectionem abigit, atque
 lætitiā perfectionemque conciliat.

§ III.

Καλῶς οὖν ⁴⁹ ἡ ὑπέροχος καὶ ἀγαθὴ σοφία πρὸς Β
 τῶν λογίων ὑμνεῖται, κρατῆρα μυστικὸν ἰστώσα, καὶ
 τὸ ἱερὸν αὐτοῦ πόμα προχέουσα ⁵⁰, μᾶλλον δὲ πρὸ
 τούτων τὰς στερεὰς τροφὰς προτιθεῖσα, καὶ μετὰ
 ὑψηλοῦ κηρύγματος αὐτῆ τῶν δεομένων αὐτῆς ἀγα-
 θοπροπεῖως ἐφιεμένην ⁵¹. Διττὴν οὖν τὴν τροφήν ἢ θεία
 σοφία προτίθησι, τὴν μὲν στερεὰν καὶ μόνιμον, τὴν
 δὲ ὑγρὰν καὶ προχεομένην· καὶ ἐπὶ κρατῆρι χορηγεῖ
 τὰς προνοητικὰς αὐτῆς ἀγαθότητας. Ὁ μὲν οὖν κρα-
 τῆρ, περιφερὲς ὧν καὶ ἀναπεπταμένος, σύμβολον
 ἔστω τῆς ἀνηπλωμένης ἅμα καὶ ἐπὶ πάντα περιπο-
 ρευομένης ἀνάρχου καὶ ἀτελευτήτου τῶν ὄλων προ-
 νοίας. Πλὴν ἐπειδὴ καὶ ἐπὶ πάντα προῖουσα, μένει ἐν
 ἑαυτῇ καὶ ἔστηκε ἐν ἀκινήτῳ ταυτότητι, καὶ παντε-
 λῶς ἀνεκφοιτήτῳ ἑαυτῆς ἰδρυμένη, μονίμως καὶ ἀρα-
 ρώτως ⁵² αὐτὸς τε ὁ κρατῆρ ἔστηκεν. Οἰκοδομοῦσα δὲ C
 καὶ ἡ σοφία οἶκον ἑαυτῇ λέγεται, καὶ ἐν αὐτῷ καὶ
 τὰς στερεὰς τροφὰς, καὶ τὰ πόματα, καὶ τὸν κρα-
 τῆρα προτιθεμένη, ὡς εἶναι τοῖς τὰ θεῖα θεοπροπεῖως
 συμβάλλουσι δῆλον, ὅτι καὶ πρόνοια παντελής ἐστίν
 ὁ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ εἶναι τὰ πάντα αἴτιος, καὶ
 ἐπὶ πάντα πρὸεισι, καὶ ἐν τῷ παντὶ γίγνεται, καὶ
 περιέχει τὰ πάντα, καὶ αὐθις ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ
 καθ' ὑπεροχὴν, οὐδὲν ἐν οὐδενὶ κατ' οὐδέν ἐστιν· ἀλλ'
 ἐξήρηται τῶν ὄλων, αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ ⁵³ ταύτως καὶ
 αἰδίως ὧν, καὶ ἔστηκεν καὶ μένων, καὶ ἀεὶ κατὰ
 ταῦτά καὶ ὡσαύτως ἔχων, καὶ οὐδαμῶς ἔξω αὐτοῦ ⁵⁴
 γιγνόμενος, οὐδὲ τῆς οἰκείας ἔδρας ⁵⁵ καὶ ἀκινήτου
 μονῆς καὶ ἐστίας ἀπολειπόμενος· ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ ⁵⁶
 τὰς ὄλας καὶ παντελεῖς προνοίας ἀγαθοργῶν, καὶ
 προϊῶν ἐπὶ πάντα, καὶ μένων· ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ ἐστὼς
 ἀεὶ καὶ κινούμενος, καὶ οὔτε ἐστὼς, οὔτε κινούμενος,
 ἀλλ' ὡς ἂν τις φαίη τὰς προνοητικὰς ἐνεργείας ἐν τῇ
 μονιμότητι, καὶ τὴν μονὴν ἐν τῷ προνοεῖν, συμφυῶς
 ἅμα καὶ ὑπερφυῶς ἔχων.

accipere oportet; aliam secundum existentiam, aliam vero secundum participationem; et alia aliter, ut eorum contemplatio et constitutio scienter facta præscribit. Nec enim oportet fortuito ac temere miscere symbola, sed potius explanare ea convenienter causis aut existentibus, aut potestatibus, aut ordinibus, aut dignitatibus, quæ omnia signis declarantur. Caterum ne epistolæ modum excedamus, jam ad ipsam propositam a nobis quæstionem veniamus. Dicimus itaque, omnem escam vim habere perficiendi illos quos nutrit, dum imperfectum eorum et indigentiam replet, et infirmitatem **611**
 curat, vitamque servat, et reflorescere facit ac

Quamobrem recte supraquam sapiens juxta ac benigna sapientia in eloquiis divinis perhibetur craterem mysticam proponere, ac sacram ejus portionem propinare, prius tamen cibos solidos apponere, atque elata voce omnes ejus indigos benevolē invitare. Duplicem ergo escam divina sapientia proponit, scilicet unam solidam atque durabilem, aliam vero liquidam ac fusilem in cratere propinat, quæ beneficas ejus providentias designant. Crater igitur cum sit rotundus et apertus, symbolum est generalis providentiæ quæ principio fineque caret, atque omnia continet penetratque. Sed quoniam dum ad omnia procedit, in semetipsa quoque manet, immobili, a qua nunquam excidit, identitate formata, crater etiam constanter immotus persistebat. Dicitur autem sapientia sibi domum ædificare, in qua cibos solidos, et pocula, crateremque proponit, ut omnibus divina rite conferentibus perspicuum sit, eum, cujus est providentia, perfectam esse causam, ut sint et bene sint omnia, eamque ad universa pertingere, et in omnibus existere, atque omnia continere, rursusque eundem, cum sit in se excellenter, nihil in ulla re, ulla ex parte esse, sed secretum esse ab omnibus, cum in se ipso eodem æternoque modo sit, perstetque et maneat, atque semper idem sit, eodemque modo se habeat, nec ullo modo se ipse deserat, neque sedem suam immobilemque mansionem, et quasi larē relinquat, sed in ea omnia perfecta que providentiæ suæ munera perficiat, et procedat ad omnia, et in se maneat; et insistat semper ac moveatur; et neque insistat neque moveatur; sed ac si quis dicat, ut qui actiones suæ providentiæ in perseverantia, et perseverantiam in providentia connaturaliter simul ac supra naturam habeat.

§ IV.

Ἄλλὰ τίς ἡ στερεὰ τροφή, καὶ τίς ἡ ὑγρά; ταύτας γὰρ ἡ ἀγαθὴ σοφία δωρεῖσθαι ἅμα καὶ προνοεῖν

Verum quisnam solidus cibus, et quis liquidus est? hos enim benigna sapientia largiri simul et pro-

VARIE LECTIONES.

⁴⁸ ἐπιστέλλωμεν, D. ⁴⁹ οὖν non habet D. ⁵⁰ προνάουσα, S. P. Ch. D. ⁵¹ ἐφιεμένη, D. S. P. ⁵² ἀοράτως. ⁵³ ἐν αὐτῷ, D. ⁵⁴ ἑαυτοῦ, D. S. ⁵⁵ ἰδίως ἔδρας, S. ⁵⁶ ἐν ἑαυτῇ, S. P.

videre prædicatur. Arbitror itaque, solidum illum cibum intellectilis ac perseverantis perfectionis et identitatis signum præ se ferre, quo spirituales isti sensus secundum constantem ac potissimam et singularem illam individuum scientiam divina participant, quos divinissimus quoque Paulus solidi vere cibi a sapientia accepti participes facit. Liquidum vero cibum significare doctrinam illam profusam, quæ dum **612** per omnia vagatur, simul etiam per varia illa multipliciaque signa ad simplicem et constantem Dei cognitionem, eos quos nutrit, per accommodatam cujusque captui bonitatem manuducit. Hanc ob causam eloquia illa divina spiritaliaque, et rori, et aquæ, et lacti, et vino ac melli merito assimilantur, quia vivificandi ac fecundandi ut in aqua, et ad incrementum perducendi ut in lacte, et recreandi ut in vino, purgandique simul ac conservandi ut in melle vim habent: ista nimirum divina sapientia donat suis asseclis, dum redundantium et indeficientium deliciarum suarum affluentiam eis præbet, et adhuc supereffluit. Istud nempe veraciter est æpulari: et, idcirco ut vivificans simul et parvulos nutriens, renovansque ac perficiens celebratur.

A ὑμνεῖται. Τὴν μὲν οὖν στερεὰν τροφήν, σύνθημα φέρειν ὁμοίαι τῆς νοεράς καὶ μονίμου τελειότητος καὶ ταυτότητος, καθ' ἣν τὰ θεῖα κατὰ ἐστώσαν καὶ δυνατὴν καὶ ἐνιαίαν καὶ ἀδιαίρετον γνῶσιν μετέχεται πρὸς τῶν νοερῶν αἰσθητηρίων ἐκείνων, οἷς ὁ θεϊότατος Παῦλος ἐκ τῆς σοφίας εἰληφώς, τῆς ὄντως στερεᾶς τροφῆς μεταδίδωσι. Τὴν δὲ ὑγρὰν, τῆς διαχυτικῆς ἅμα καὶ ἐπὶ πάντα προϊέναι σπευδούσης ἐπιβροῆς, καὶ ἔτι διὰ ποικίλων καὶ πολλῶν καὶ μεριστῶν, ἐπὶ τὴν ἀπλῆν καὶ ἀτρεμῆ θεογνωσίαν ⁵⁷ τοὺς τρεφομένους οἰκειῶς αὐτοῖς ἀγαθότητα ⁵⁸ χειραγωγούσης. Διὸ καὶ δρόσω καὶ ὕδατι τὰ θεῖα καὶ νοητὰ λόγια, καὶ γάλακτι, καὶ οἴνω καὶ μέλιτι παρεικάζεται, διὰ τὴν ζωογόνον αὐτῶν ὡς ἐν ὕδατι δύναμιν, καὶ αὐξητικὴν ὡς ἐν γάλακτι, καὶ ἀναζωτικὴν ὡς ἐν οἴνω, καὶ καθαρτικὴν ἅμα καὶ φρουρητικὴν ὡς ἐν μέλιτι· ταῦτα γὰρ ἡ θεῖα σοφία δωρεῖται τοῖς προσιοῦσιν ἀφθόνων αὐτοῖς, καὶ ἀνεκλείπτων εὐωχιῶν ἐπιβροίαν χορηγοῦσα καὶ ὑπερβλύζουσα. Τοῦτο δὲ τὸ ἀληθῶς εὐωχεῖν ⁵⁹ καὶ διὰ ταῦτα ζωοποιὸς ἅμα καὶ κουροτρόφος, καὶ ἀνανεωτικὴ, καὶ τελεσιουργὸς ὕμνουμένη.

§ V.

Nempe juxta hanc sacram convivii expositionem etiam ipsemet bonorum omnium auctor Deus inebriari dicitur, propter plenissimam, et, quæ omnem intelligentiam superat, divinæ epulationis, vel **C** magis proprie loquendo, bonæ habitudinis Dei perfectissimam et ineffabilem immensitatem. Sicut enim ea quæ apud nos est ebrietas, in deteriore partem capitur, estque immodica repletio, propter quam mente sensuque destituimur; sic in Deo si meliorem in partem capiatur ebrietas, nihil aliud est intelligenda, quam plenissima bonorum omnium immensitas, quæ dum emanat, in ipso secundum causam præexistit. Quin et ipsum sensus excessum, qui ebrietatem comitatur, accipere oportet pro ista Dei præcellentia quæ exsuperat omnem sensum, per quam ab intelligendi ratione secernitur, cum sit supra id quod intelligit et intelligitur, imo supra id quod est. Et cum simpliciter Deus bonis omnibus quæ sunt, inebriatus esse dicitur, omniaque excedere, utpote qui eis omnibus, totius immensitatis suæ præcellentia supraquam plenus sit, et extra omnia, et supra omnia sursum habitet: hisce loquendi rationibus inducti, sanctorum etiam in regno Dei convivia, eodem modo accipiemus. Transiens enim, inquit, ipse rex, faciet eos discumbere, et ministrabit eis **P**; quæ utique declarant communem quamdam et concordem sanctorum in divi-

C Κατὰ ταύτην δὲ τὴν ἱεράν τῆς εὐωχίας ἀνάπτυξιν καὶ αὐτὸς ὁ πάντων ἀγαθῶν αἴτιος Θεὸς μεθύειν λέγεται, διὰ τὴν ὑπερπλήρη καὶ ὑπὲρ νόησιν τῆς εὐωχίας, ἢ κυριώτερον εἰπεῖν, εὐεξίας τοῦ Θεοῦ παντελῆ καὶ ἄφατον ἀμετρίαν. Ὡς γὰρ ἐφ' ἡμῶν κατὰ τὸ χεῖρον ἢ μέθη καὶ ἀσύμμετρος ἀποπλήρωσις ἐστὶ, καὶ νοῦ καὶ φρενῶν ἔκστασις· οὕτω κατὰ τὸ κρεῖττον ἐπὶ Θεοῦ τὴν μέθην οὐκ ἄλλο τι χρὴ διανοεῖσθαι παρά τὴν ὑπερπλήρη κατ' αἰτίαν προσῦσαν ⁶⁰ ἐν αὐτῷ πάντων τῶν ἀγαθῶν ἀμετρίαν. Ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπακολουθοῦσαν τῇ μέθῃ τοῦ φρονεῖν ⁶¹ ἔκστασιν, τὴν ὑπεροχὴν τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπὲρ νόησιν οἰητέον, καθ' ἣν ἐξήρηται τοῦ νοεῖν ὑπὲρ τὸ νοεῖν ὦν, καὶ ὑπὲρ τὸ νοεῖσθαι, καὶ ὑπὲρ αὐτὸ τὸ εἶναι, καὶ ἀπλῶς ἀπάντων ὅσα ἐστὶν ἀγαθὰ μεμεθυμένος ἅμα καὶ ἐξεστηκώς ἐστὶν ὁ Θεός, ὡς πάντων αὐτῶν ἅμα καὶ ὑπερπλήρης ὦν, ἀμετρίας πάσης ὑπερβολή, καὶ αὐθις ἐξω καὶ ἐπέκεινα τῶν ὅλων ἀνωκισμένος· ἀπὸ δὲ τούτων ὁρμώμενοι, καὶ τὲ **D** ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ τῶν ὁσίων συμπόσια κατὰ τὸν αὐτὸν ἐκκληψόμεθα τρόπον. Παρελθὼν γὰρ φησιν, αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἀνακλιεῖ ⁶² αὐτοὺς, καὶ αὐτὸς διακονήσει αὐτοῖς· ἐμφαίνει δὲ ταῦτα κοινὴν τινα καὶ ὁμοιογενετικὴν τῶν ἁγίων ἐπὶ τοῖς θεοῖς ἀγαθοῖς κοινωνίαν, καὶ Ἐκκλησίαν πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ⁶³ ἐν οὐρανοῖς, καὶ πνεύματα δικαίων πᾶσιν ἀγαθοῖς τετελειωμένα, καὶ πάντων ἀγαθῶν ἀποπελησμένα ⁶⁴. Καὶ τὴν ἀνάγκισιν ἀνάπαυλαν αἰόμεθα

P Luc. xii, 37.

VARIE LECTIONES.

⁵⁷ θεωρίαν, D. ⁵⁸ ἀγαθότητι, D. P. ⁵⁹ ἀληθῶς εὐ εἶναι, Ch. εὐ εἶναι, S. ⁶⁰ προσῦσαν, S. προϊούσαν, P. ⁶¹ τῶν φρενῶν, Ch. ⁶² κατακλιεῖ, D. P. ⁶³ alia lectio notatur in D ἀπογεγραμμένων. ⁶⁴ ἀποπελησμένα, S.

τῶν πολλῶν πόνων, καὶ ζωὴν ἀπήμονα, καὶ πολιτείαν ἔνθεον, ἐν φωτὶ καὶ χώρᾳ ζώντων, ἀπάσης εὐπαθείας ἱερᾶς ἀναπεπλησμένην, καὶ παντοδαπῶν καὶ μακαρίων ἀγαθῶν ἀφθονον χορηγίαν, καθ' ἣν εὐφροσύνης ἀπάσης ἀναπίμπλονται, τούτου δὴ τοῦ εὐφραίνειν ⁶⁵ Ἰησοῦ καὶ ἀνακλίνοντος αὐτοῦς, καὶ διακονοῦντος, καὶ τὴν αἰωνίαν ἀνάπαυλαν δωρουμένου, καὶ τὴν ἀποπλήρωσιν τῶν καλῶν διανέμοντος ἅμα καὶ ἐπιβρέοντος.

replentur, Jesu eos exhilarante, et in mensa collocante, et ipsis ministrante, et æternam quietem largiente, ac perfecta bona tribuente atque infundente.

§ VI.

Ἐπιζητήσεις δὲ, εὐ οἶδα, καὶ τὸν εὐφημούμενον ὕπνον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἐγρήγορσιν ἀναπτύχθηναί· καὶ ὅταν φῶμεν, θεῖον ὕπνον ⁶⁶ εἶναι τὸ ἐξηρημένον τοῦ Θεοῦ καὶ ἀκονιώνητον ἀπὸ τῶν προνοουμένων· ἐγρήγορσιν δὲ, τὴν εἰς τὸ προνοεῖν αὐτοῦ τῶν παιδείας ἢ σωτηρίας δεομένων προσοχὴν, ἐπ' ἄλλα ⁶⁷ θεολογικὰ σύμβολα μετελεύση. Διὸ καὶ περιττὸν οἰηθέντες εἶναι τὸ, τὰ αὐτὰ τοῖς αὐτοῖς ἐπανακυκλοῦντας, ἕτερα δοκεῖν λέγειν, ἅμα δὲ καὶ ὑμῖν εἰς τὰ καλὰ πεῖθεσθαι συνεγνωκότες, τὰ μὲν τῆς ἐπιστολῆς ἀκριτῶν εἰρημένων ἀποπαύομεν, ἐκτεθεικότες, ὡς οἶμαι, καὶ περιττὰ τῶν ἐν τοῖς ἡμετέροις γράμμασιν ἐπωφλημένων. Αὐτὴν δὲ ὅλην ὑμῶν τὴν συμβολικὴν θεολογίαν ἀποστελλομεν, καθ' ἣν εὐρήσεις μετὰ τοῦ τῆς σοφίας οἴκου καὶ τοῦς στύλους τοῦς ἐπτὰ διηκρινημένους, καὶ τὴν στερεὰν αὐτῆς τροφήν, εἰς θύματα καὶ ἄρτους διηρημένην· καὶ τίς ἢ τοῦ οἴνου κρασίς, ^C αὐθίς τε, τίς ἢ ἀπὸ τῆς μέθης τοῦ Θεοῦ κραιπάλη, καὶ αὐτὰ δὲ τὰ νῦν εἰρημένα, διεξοδικώτερον ἐν αὐτῇ διήρθρωται. Καὶ ἔστιν, ὡς οἶμαι, πασῶν τῶν συμβολικῶν εὐρέτις ἀγαθὴ, καὶ συμβαίνουσα ταῖς τῶν λογίων ἱεραῖς παραδόσεσι καὶ ἀληθείαις.

Postulabis utique, probe scio, explicari tibi celebrem illum Dei somnum et evigilationem; cumque dixerimus, divinum quidem somnum esse id quod in Deo arcanum est et incommunicabile rebus iis quæ Providentia gubernantur; evigilationem vero esse ipsius Providentiæ attentionem circa eos qui disciplinæ vel salutis indigi sunt, illico ad alia signa theologica transibis. Itaque supervacaneum rati eadem iisdem de rebus repetendo alia videri dicere, simulque nobis conscii, quod vobis, ut æquum erat, morem gessimus, epistolæ quidem hinc finem facimus, cum plura putem nos persolvisse, quam litteris tuis deberemus. Symbolicam porro theologiam nostram totam mittimus, in qua una cum domo sapientiæ columnas septem explicatas reperies, et solidum ejus cibum, in hostias panesque divisum, præterea, quæ sit vini mistio, quæ item crapula ex Dei ebrietate proveniens, et ea ipsa etiam quæ modo retulimus, ibidem fusius invenies pertractata. Est enim, ut opinor, optima symbolicarum inventrix theologiarum, atque sacris sanctarum Scripturarum traditionibus ac veritatibus conveniens.

ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. Notat Pachymeres, Titum hunc eundem esse ad quem S. apostolus Paulus epistolam scripsit, quem Crætæ præfecerat episcopum.

Ostendit, symbola rudioribus absurdas imagines ingenerare. Sic quoque magnus Basilius, Qui, inquit, ad celsiores notiones ex verbis non ascendit, sed in ipsis delineationibus corporum verborum compositione factis residet, audiet ex Moyse, Deum esse ignem, et a Daniele sapiente ad alias opiniones detorquebitur; ita fiet, ut non solum falsas cognitiones, sed inter se pugnantes ex ipsis rebus colligat. Quam enim, inquit Dionysius, exteriora ejus (scilicet symbolicæ theologiæ) plena sunt incredibilis et commentitii monstri? Tale est, uterus Dei Psal. cix, 3: *Ex utero ante luciferum genuite*. Cor hominis eructans, Psal. xlv, 2: *Eructavit cor meum verbum bonum*. Spiritus ex ore spirans, Psal. xxxii, 6: *Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Sinus Dei, Joan. i, 18: *Filius, qui est in sinu Patris*. In his est, ut mihi videtur, theologia mystica generationis Filii ex substantia Patris tanquam ex utero et sinu; et processionsis Spiritus sancti ex Filio, tanquam ex ore Patris, ac proinde processionsis ex Patre et Filio. Mysticum vero dicitur et est, quod tegitur vel figuratione rei, vel translatione verbi. Et arbores, Prov. iii, 18: *Lignum vitæ, etc.*, et Apoc. ii, 7: *Vincenti dabo edere de ligno*. Et surculi, Gen. xlix: *Ex germine, fili mi, ascendiisti*. Isa. liii, 2: *Ascendet sicut virgultum*. Et flores, atque radices, Isa. ii, 1: *Egredietur virga de radice Jesse, et flos, etc.* Fontes, Jer. ii, 13: *Dereliquerunt fontem aquæ; et Psal. xxxv, 10: Apud te est fons vitæ*. Splendores, ut apud Paulum Hebr. i, 3, de Filio: *Qui cum sit splendor gloriæ Dei providentiæ, Deut. xxxii, 11: Sicut aquila provocans ad volandum, etc.*, et Exodi xix, 4: *Quomodo portaverim 614 vos super alas aquilarum, etc.* Illud quoque ad providentiam pertinet, punire scilicet impios; Ose., xiii, 8: *Occurram eis uasi ursa raptis catulis, etc.* Dona ejus, Psal. cxliv,

VARIE LECTIONES.

⁶⁵ εὐφραίνοντος, D. ⁶⁶ ὅταν φῶμεν, S. θεῖον μὲν ὕπνον, D. S. ⁶⁷ ἐπ' ἄλλα δέ, S. ἐπ' ἄλλα οἶ, P.

16 : *Aperis tu manum*, etc. Offensiones, ut cum in figura hominis apparebat antiquis, ut in Gen., cap. xviii, et in specie columbæ Spiritus sanctus. Aut potestates, ut oculi qui habent potestatem videndi ne quid in bonis aut in malis lateat Psal. xxxiii, 16 : *Oculi Domini super justos*. Pedes, qui habent potestatem ambulandi, ad ferendum auxilium aut puniendum, Gen. iii, 8 : *Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso*. Similiter in nominibus aliarum partium corporis. Aut proprietates, ut in propheta Amos cap. vii, adamas vocatur Deus, quod significat non posse pati Deum, neque domari. Et ignis, Dent. iv, quia habet vim consumendi habitus pravos. Aut status, quod signat immutabilem esse Dei naturam. Aut mansiones, quod signat ejus immobilitatem. Utrumque significat lapis fundamentalis, Isa. xxviii. Aut emanationes, quod signat communicationem divinæ bonitatis, quæ mystice significatur, cum Deus dicitur *lilium et flos*, propter communicationem odoris, ut Cant. ii, 1 : *Ego flos campi, et lilium convallium*. Aut secretiones. *Quæ*, inquit Apostolus, II Cor. vi, 14, *participatio justitiæ cum iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? quæ conventio Christi ad Belial?* Hanc secretionem sive separationem quam Deus facit, significat Scriptura mystice, cum in ea ignis etiam dicitur : hæc enim proprietas inest igni, esse discretivum, separat enim plumbum ab argento, et cinerem a carbone. Uniones, quod uniat secum Deus creaturas, et ad se convertat, mystice significatur cum dicitur Deus lapis angularis, Ephes. ii, forma viri, ut : *Antiquus dierum sedit*, Dan. vii, 9. Imo varias figuras ferarum, ut leonis, leonæ, pardī, ursi, Ose. xiii, aliorumque animantium, ut Joan. i, 32 : *Vidi descendentem quasi columbam*; et stirpium, Isa. liii, 2 : *Ascendet sicut virgultum*; et Joan. xv, 1 : *Ego sum vitis vera*. Quin etiam ornatus muliebres, qualis apud Isaiam, cap. iii, et Ezech. xvi, quibus describitur omne genus divinæ Providentiæ, qua Deus populum suum circumsepsit, et qua cum nudavit; et illud Psal. xlv, 10 : *In vestitu deaurato, circumdata varietate*, etc., et barbaræ armaturæ, Psal. xlv, 4 : *Accingere gladio*. Figulina et conflatória significant hæc mystice in Deo providentiam reformantem ac refingentem, aut vim et facultatem discernendi et repurgandi, Isa. xxix, 64; Jerem. ix; Malach. iii. Equi. Equi Dei significant mystice in oratione Habac. iii, sanctos apostolos : *Qui ascendes*, inquit, *super equos tuos, et quadrigæ tuæ salvatio*. Equi, inquit Cyrillus in eo loco, apostoli et evangelistæ sunt omnibus modis divinæ voluntati subjecti, et frenis parentes, ad omne munus celeres ac prompti, Christum pro auriga habentes, ex quibus fuit unus Paulus, de quo ipse Christus ait Actorum ix, 15 : *Vas electionis mihi est hic, ut portet nomen meum coram gentibus*. Et equitatus tuus salus. Correbant enim, non frustra, sed ut servarent civitates et regiones. Hactenus Cyrillus. Currus angeli sunt, quos in modum currus Scriptura figurat, propter communionem ordinum qui sunt ejusdem hierarchiæ, ut ait idem Dionysius in extremo capite *Cœlestis hierarchiæ*. Psal. lxxvii, 18 : *Currus Dei decem millibus multiplex, millia latantium*. Sedes, per has Dei judicium significatur, Dan. vii. Convivia, Luc. xv, ut cum vitulus occiditur in reditu filii luxuriosi, et Luc. xxii, 30 : *Ut edatis et bibatis super mensam meam*, etc. Somnus et crapula, Psal. lxxvii, 65 : *Excitatus est tanquam dormiens, tanquam potens crapulatus a vino*. Iras, Exodi xv, 7 : *Misisti iram tuam*, etc.; et Psal. vi, 1 : *Domine, ne in furore tuo*, etc. Dolores, Judic. x, 16 : *Doluit super miseriis eorum*. Varia juramenta, Gen. xxii, 16 : *Per memetipsum juravi*, etc.; et Isa. xlv, 1 : *Juravi in ira mea*; Ezech. xviii, 1 : *Vivo ego, dicit Dominus*, etc. Jer. xlv, 26 : *Juravi in nomine meo magno*. Pœnitentiæ, Gen. vi, 6 : *Pœnituit eum quod hominem fecisset, et de Saul, I Reg. xv. Maledictiones, Malach. ii, 2 : Maledicam benedictionibus vestris; Habac. iii, 14 : Maledixi sceptris ejus. Iræ inveteratæ, Jer. xlv, 21 : Horum recordatus est Dominus, etc., et Exod. xx, 5 : Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, etc.; Gen. xlii, 22 : En sanguis ejus exquiritur. Quasi servans iram usque ad illud tempus. Multiplices et obliquas rationes frustrandi promissiones. Frustrationes promissionum vocat hic, cum ea quæ promissa sunt, non videntur ad exitum perducta, quatenus sensui apparet. Sunt tamen secundum perfectam intelligentiam spiritus, ut quod promissum fuit Jacob, Gen. xxvii, 29 : *Esto dominus fratrum tuorum*, impletum est in Christo ex semine ejus; sicut promissiones factæ Abraham de possessione terræ, et benedictione gentium, et factæ David et Salomoni de regni perpetuitate. Obliquas ergo vocat hujusmodi rationes frustrandi promissiones, quia non fuerunt directæ ad eos relatæ, qui frustrati videntur; sed ad Christum, cujus ipsi figuræ erant. Cum gigantibus pugna. Insidiatus dicitur Deus, id est cepisse consilium in illos, quasi metueret, ut doceret nos sic, ut quamvis injuriæ afficiamur, et sinus potentiores, apologiis tamen mutuis utamur, excusemusque nos apud eos qui injuriis nos afficiunt. *Ecce*, inquit Gen. xi, 6 : *Unus est populus, et unum labium omnibus, cœperuntque hoc facere, neque desistent a cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Venite igitur, descendamus, et confundamus ibi linguam eorum*, id est nemo queratur quod divisionem hanc factam, quia enim non recte usi sunt ὁμοφωνία, id est uno labio, oportet facere ut utantur διαφωνία, id est diversitate labii. Sic igitur metum Deus figuravit, ut hoc quod dixi mystice doceret. Et concilium illud : Illa fictio personarum, quæ scripta est in lib. III Reg. c. xxii, 20. Dei interrogantis in illo concilio : *Quis decipiet Achab regem?* Et spiritus mali stantis coram Deo in terra, et respondentis : *Ego decipiam illum*, etc., illa inquam fictio personarum, docet mystice, spiritum fallaciæ uti impiis et sceleratis hominibus tanquam instrumentis, et per eos promittere falso victoriam, idque permissu Dei fieri; quia cum prohibere possit, non prohibet, quia indignus sit custodia et defensione qui decipitur, ut tunc Achab.*

Neque vero existimemus signa formarum apparentium sua tantum causa efficta esse; id est, ut sic intelligantur, ut extrinsecus secundum litteram nudam apparet. Non enim sic accipienda sunt sed potius secundum sensus quos symbola intus habent alte reconditos.

Ibidem paulo post : *Estque arcanum sive mysticum cum symbolo implicatum*. Est enim (ut ait S. Maximus) in symbolo tanquam umbra tecta veritas, ut in pascha Mosaico verum pascha sicut scriptum est I Cor. v, 7 : *Pascha nostrum immolatus est Christus*. Huc pertinet illud ad Galat. iv, 22 : *Abraham duos filios habuit*, etc.; hæc enim sunt duo Testamenta; et illud I Cor. x, 4 : *Bibebant autem de spiritali, consequente eos, petra; petra autem erat Christus*, et similia. Quod autem symbolum verti cum Turriano, interpretationem S. Maximi secutus, Dionysius vocat τὸ ἑρπύον, id est, non tacitum sive dictum; quia quod mystice latet in symbolo est ἀπόρρητον, id est arcanum et tacitum. Itaque mysteria quæ in symbolis significantur, sunt ἀπόρρητα ἐν ἑρπύοις νοούμενα, id est occulta intellecta in symbolis.

Idem declarant etiam qui audita aperta theologia, effingunt in se typum quemdam, etc. Exemplum sit quod scriptum est in Jerem. c. xiii, de iis quæ aperte dixit Dominus sine ullo typo aut integumento, quomodo populum Israel sibi adjunxisset, et quomodo propter peccata esset puniendus. Et de lumbari, in quo tanquam in typo efficta voluit, ut Jeremias supplicium de populo Israel sumendum, et suam cum illo populo conjunctionem magis adhuc intelligeret meliusque aliis exponeret. Vide Jeremiæ cap. xiii, vers.

4 : *Surge et vade ad Euphratem*, etc. Frequentia sunt istiusmodi exempla in Prophetis de aperta theologia, et de typis ad eam adhibitis.

§ II. *Quin et ipsius quoque mundi aspectabilis fabrica*, quodammodo symbolorum vicem tenet, ut notavit S. Maximus. *Et ipsa veritas testatur*. Christum dicit, qui in Evangelio multa, quæ ad theologiam apertam et demonstrantem pertinent, per symbola et parabolas loquebatur. Unde Nicodemo dixit, ut Pachymeres observavit Joan. III, 12 : *Si terrena dixi vobis, et non creditis, quomodo, si dixerò vobis cœlestia, credetis?* Ut perinde sit hoc, ut mihi quidem videtur, ac si diceret : Si cœlestia et divina dixi vobis per symbola corporea, et naturæ vestræ cognata et familiaria, et non creditis, ut credendo intelligatis; quomodo, si dixerò vobis cœlestia absque istis imaginibus vobis notis, credetis? Docuerat enim Dominus Nicodemum exemplo venti de operatione occulta, et spirituali creaturam ex aqua et Spiritu sancto regenerante. Ubi vocem tantum audimus : *Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*, sed quomodo operetur, aut unde incipiat, et ubi desinat, nescimus; aut in vento, qui est, ut ait Dionysius cap. 45 *Cœlestis hierarchiæ*, imago et typus divinæ operationis, propter proprietates venti, quas ibidem Dionysius notavit, ubi etiam locum Evangelii citat : *Spiritus ubi vult spirat* 9. Ibidem infra : *Deus ignis dicitur, et eloquia Dei ignea, et ordines angelorum*, etc. Quomodo imago ignis conveniat præceptis divinis, et quomodo angelis, videt quæ notavimus ad cap. 43 *Cœlestis hierarchiæ*. Ignis autem etiam dicitur de providentiis, ut Lucæ XII, 49 : *Ignem veni mittere in terram*. Et de sermonibus Jer. XXXI, 29 : *Nunquid sermones mei non sunt quasi ignis?*

Vide Schol. S. Maximi et Paraphr. Pachym. in Epistol. 9, tom. II.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ι.

A

EPISTOLA X.

ΙΩΑΝΝΗ ΘΕΟΛΟΓΩ, ΑΠΟΣΤΟΛΩ ΚΑΙ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΗ, ΠΕΡΙΟΡΙΣΘΕΝΤΙ ΚΑΤΑ ΠΑΤΜΟΝ ΤΗΝ ΝΗΣΟΝ.

JOANNI THEOLOGO, APOSTOLO ET EVANGELISTÆ, IN PATMO INSULA EXSULANTI.

SYNOPSIS EPISTOLÆ.

Beato Joanni apostolo et evangelistæ, Christi discipulo dilecto, in Patmo insula exsulanti, propheticæ prædicationem ab exsilio liberationem, et reditum in Asiam, ubi exemplo suo plurimis profuturus sit.

Προσαγορεύω σε τὴν ἱερὰν ψυχὴν, ἡγαπημένε, καὶ ἔστι μοι τοῦτο πρὸς σὲ παρὰ τοὺς πολλοὺς ἰδιαιτέρων. Χαῖρε ἀληθῶς ἡγαπημένε, τῷ ὄντως ἐραστῷ καὶ ἐφετῷ καὶ ἀγαπητῷ λίαν ἡγαπημένε. Τί θαυμαστόν ἐστι Χριστὸς ἀληθεύει, καὶ τοὺς μαθητὰς οἱ ἄδικοι τῶν πόλεων ἐξελαύνουσιν, αὐτοὶ τὰ κατ' ἀξίαν ἑαυτοῖς ἀπονέμοντες, καὶ τῶν ἁγίων οἱ ἐναγείς ἀποδιατελλόμενοι καὶ ἀποφοιτῶντες; Ἀληθῶς ἐμφανεῖς εἰκόνες εἰσὶ τὰ ὁρατὰ τῶν ἀοράτων· οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις αἴτιος ἔσται τῶν ἐξ αὐτοῦ δικαίων ἀφορισμῶν ὁ Θεὸς, ἀλλ' οἱ τοῦ Θεοῦ παντελῶς ἑαυτοὺς ἀφορίσαντες· ὡσπερ καὶ θατέρους ὁρῶμεν ἐντεῦθεν ἤδη μετὰ τοῦ Θεοῦ γιγνομένους, ἐπειδὴ ἀληθείας ὄντες ἐρασταί, τῆς προσπαθείας μὲν ἀναχωροῦσι τῶν ὑλικῶν, ἐν πάσῃ δὲ πάντων κακῶν ἐλευθερίᾳ καὶ ἔρωτι θεῷ τῶν ἀγαθῶν ἀπάντων εἰρήνην ἀγαπῶσι, καὶ τὸν ἁγιασμὸν κακῆς τῆς παρουσίας ζωῆς ἀπάρχονται τῆς μελλούσης ἀγγελοπρεπῶς ἐν μέσῳ ἀνθρώπων ἐμπολιτευόμενοι, ξὺν ἀπαθείᾳ πάσῃ, καὶ θεωνομίᾳ, καὶ ἀγαθότητι ⁶⁸, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς. Ὑμᾶς μὲν οὖν, οὐκ ἂν ποτε οὕτω μανείην, ὡς ἡγήσασθαι τι πάσχειν· ἀλλὰ καὶ τὰ σώματος πάθη κατὰ μόνον τὸ κρίνειν αὐτὰ διαισθάνεσθαι πιστεύω. Τοὺς δὲ ἄδικουῦντας ὑμᾶς καὶ περιορίζειν οἰομένους, οὐκ ὀρθῶς τοῦ Εὐαγγελίου τὸν ἥλιον ἐνδίκως αἰτιώμενος, εὐχομαι τούτων ἀφεμένους, ὧν ἐξ' ἑαυτοῦς δρωσιν, ἐπὶ τὰγαθὸν τραπέσθαι, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ὑμᾶς ἐφελκύσασθαι, καὶ μεταλαθεῖν τοῦ φωτός. Ἡμᾶς δὲ οὐδὲ τοῦναντίον ἀποστερήσει τῆς Ἰωάννου

Saluto te sanctam animam, o dilecte, quoniam id mihi præ cæteris tecum licet familiarius. Salve **616** o vere dilecte, et perquam dilecte illi, qui vere amandus, et expetendus, et diligendus est. Quid mirum si Christus vera loquitur, et iniqui discipulos e civitatibus expellunt, sibi ipsi quæ merentur tribuentes, dum a viris sanctis scelesti se segregant atque recedunt? Revera quæ videntur manifestæ sunt imagines eorum quæ non videntur; neque enim in sæculis venturis auctor erit Deus justarum a se separationum, sed illi ipsi qui se a Deo prorsus sequestrarunt; sicut e contra jam alios etiam cum Deo hic conjunctos aspiciamus, quod amando veritatem, ab omni rerum materialium affectu procul recedant et a malis omnibus liberati, divino prorsus amore pacem omnium bonorum et sanctitatem consecutur, et in præsentis vitæ futuræ vitæ primitias prælibent, inter homines angelico more conversantes, cum omni tranquillitate animi, ac Dei benedictione ac bonitate cæterisque donis. Equidem haud ita demens sum, ut arbitrer vos quidquam pati; imo vero passiones corporis hac ex parte tantum sentire credo, ut easdem sensu tenuis percipiatis. Cæterum eos qui vos injuriis afficiunt, et perperam se solem Evangelii exterminare posse putant, jure merito reprehendens, opto ut abstineant ab iis quæ contra semetipsos delinquant, et ad bonum convertantur, et ad se vos alliciendo, luminis participes existant. Nos autem

9 Joan. III, 8.

⁶⁸ καὶ ἀγαθότητι, S.

e diverso nihil lucidissimo Joannis radio privabit; A in præsentiarum quidem fructuosos memoria et renovatione verissimæ theologiæ tuæ; paulo vero post (ausim dicere, licet confidentius) vobis ipsis conjungendos. Utique sum fide dignus, quando præcognita tibi a Deo, et disco, et refero te nimirum ex Patmi ergastulo liberatum iri, et in Asiam reversurum, ubi præbebis exempla benignum Deum imitandi, eaque posteris relinques.

παμφοῦς ἀκτῖνος, νῦν μὲν ἐντευξομένους τῇ μνήμῃ καὶ ἀνανεώσει τῆς σῆς ἀληθοῦς θεολογίας, μικρὸν δὲ ὕστερος ⁶⁹ (ἔρω γάρ, εἰ καὶ τολμηρόν,) ὑμῖν αὐτοῖς ⁷⁰ ἐνωθησομένους. Ἀξιόπιστος δὲ πάντως εἶμι τὰ προσγνωσμένα σοὶ ἐκ Θεοῦ, καὶ μαθῶν καὶ λέγων, ὅτι καὶ τῆς ἐν Πάτμῳ φυλακῆς ἀφεθῆσι, καὶ εἰς τὴν Ἀσιὰτιδα γῆν ἐπανήξεις, καὶ δράσεις ἐκαὶ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ μιμήματα, καὶ τοῖς μετὰ σὲ παραδώσεις.

ADNOTATIONES CORDERII.

Beatum Joannem *sanctam animam* appellat, ob prærogativam virginitalis, quæ per excellentiam, *sanctitas* vocari solet; et *dilectum*, ut qui passim in Scripturis nuncupetur *Discipulus quem diligebat Jesus*.

Ubi autem ait: *Quid mirum si Christus vera loquitur*, etc., alludit Matth. xxiii, et Lucæ xxi, ubi agit de persecutionibus quæ discipulis imminabant a tyrannis et improbis hominibus, qui dum sanctos persequuntur, ipsi sibi, non sanctis nocent, dum ab ipsis se segregant, et sanctæ conversationis et divinæ illustrationis fructu privant.

Et perperam se solem Evangelii. Nota, quomodo, sanctum Joannem Evangelistam nuncupet ἥλιον Εὐαγγελίου, id est *Evangelii solem*, cui etiam attribuit *παμφοῦς ἀκτῖνα*, *radios clarissima luce fulgentes*. Apostoli enim majora quædam luminaria sunt, in quibus veluti procreandis ornandisque Deus mirabilem potentiam suæ vim ostendit. Nam cum in mundi constitutione, luminare unum majus divine fuisset molitus et æthereos deinde globos magna luminum varietate exornavisset, post cursum perennium sæculorum, Ecclesiam suam aggressus, ut novum cælum inusitato artificio distingueret, zodiacum effecit mirabilem; in quo non taurum, arietem, aut leonem posuit, aut reliquas duodecim numero signiferi orbis imagines, sed duodecim apostolos, ut totidem soles, aurea luce formosos, jubare plenissimo radiant. De quibus præclare Arnobius in Psal. LVIII: *Cæli, inquit, facti sunt apostoli, habentes in se Solem justitiæ, et merita in modum stellarum, pro varietate, diverso splendore radiantia*. Inter hos utique S. Joannes apostolus et evangelista duplici virginitalis et singularis dilectionis prærogativa præeminebat. Sic et D. Paulum gentium doctorem, suum et Hierothei præceptorem sanctus Dionysius (63) ob excellentem sapientiam *κοινὸν ἥλιον, communem solem* appellat.

Te nimirum ex Patmi ergastulo. Ait sibi divinitus esse revelatum, ipsum rediturum ab exsilio, ut in Asia τοῦ Θεοῦ μιμήματα, *Dei imitationes* perficeret. Unde collige apostolos per omnes oras terrarum vultu, sermonibus, et castissimæ vitæ religione τὴν θεομιμησίαν, *imitationem Dei* circumtulisse.

Vide Schol. S. Maximi et Paraphr. Pachym. in Epistol. 10, tom. II.

(63) *Divin. nomin. cap. 7.*

VARIE LECTIONES.

⁶⁹ ὕστερον. ⁷⁰ ἡμῖν αὐτοῖς, S.

EPISTOLA XI.

(Spuria.)

(Opp. S. Dionysii ed. Venet, 1733, tom. II, p. 99.)

DIONYSIUS APOLLOPHANI philosopho.

Jamjam ad te, cordis mei amor (64) sermonem dirigo, et multas meas curas sollicitudinesque tua causa olim susceptas, tibi in memoriam redigo. Nempe tenes, quam mihi et benevolo animo tuam illam in errore, tametsi levibus ex causis, pertinaciam redarguerim, utque istas vanas, quibus illudebaris, opiniones insimulaverim. Nunc autem summam divinæ erga te benignitatis moderationem, quanto possum maximo affectu venerans, tibi salubriter resipiscenti, pars animæ meæ, congratulor. Quin et iis, quæ olim aspernabare, nunc juvat te affari; et quorum prius respuebas notitiam, ea modo rursus inculcare. Sæpe enim tibi et quidem accurate exposui (65), (quod et Moyses litteris prodidit) hominem a Deo primitus e limo factum ¹, et mundi peccata diluvio expiatus; et consecutis temporibus ipsum Moysen, amicitia cum Deo copulatum, multa in Ægypto et in Ægypti egressione, ipsius Dei causa et virtute patrasse prodigia; neque ipsum modo, sed alios quoque deinceps divinos vates similia non raro edidisse, qui et Deum e virgine naturam humanam suscepturum multo ante prænoverant. Quibus mihi non semel, sed sæpius respondisti, non modo te nescire an hæc vera essent, sed etiam quis ille Moyses, et albus aterne fuerit, penitus ignorare. Evangelium autem Jesu Christi, qui est Deus totius majestatis, (quod meum vocabas) respuere, Paulum vero mundi circumambulonem et verbatimorem a terrenis ad cælestia devocantem nolle recipere. Denique tu me quoque, quasi patriæ religionis jura degener abdicassem, inque nefaria sacrilegia præcepissem, reprehendens hortabare, ut ea, quibus innitebar dediscerem: aut saltem, aliena missa faciens, satis haberem mea retinere, neu divinis numinibus et patriis institutis derogarem. Posteaquam vero superna lux paternæ gloriæ super mentis tuæ tenebras splendoris sui radios sua voluntate demisit, simul intimo cordi meo insudit, ut plenum pietatis negotium tibi memorarem; nempe quo modo nobis Heliopoli degentibus (eram tum annos circiter viginti quin-

¹ Gen. ii, 7. ² Psal. xxviii, 3.

que natus, et tu mihi ferme cœvus) die quadam sexta, et hora item fere sexta, sol horribiliter, subeunte luna, obscuratus fuerit (non quod Deus, sed quod Dei opus (66) in veræ ipsius lucis occubitu lucere non quiverit), tumque ex te percunctatus sim, quid tibi, vir prudentissime, super hoc videretur, tu autem ejusmodi responsum dederis, quod menti penitus infixum, nulla prorsus oblivione, nulla vel mortis imagine dilabi possit. Cum enim totus orbis tetra tenebrarum caligine uniformiter obductus fuisset, ac jam repurgari solis globus et renitescere accepisset, tum assumpta Philippi Aridæi regula, et contemplatis cæli orbibus deprehendimus, quod erat quoque alias notissimum, non potuisse id temporis defectionem solis evenire: deinde observavimus, lunam ab oriente solem subivisse, ejusque radios obstruxisse, donec totum occuleret, quæ tamen alias ab occidente solita esset occurrere; quin illam quoque nctavimus, cum ad extrema solis pervenisset, ejusque universum orbem obtexisset, tum retro orientem versus recurrisse, quamvis id esset tempus, quod nec lunæ præsentiam, nec solis concursum postularet. Ego igitur, o multiplicis eruditionis sacrarium, tanti mysteri nescius cum essem, sic te alloquebar: Quid tibi vult hoc rei, o doctrinæ speculum Apollophanes? Insolita ista portenta æquorumnam tibi mysteriorum videntur indicia? Tu autem, ore divino magis quam humanæ vocis sermone, « Hæ sunt, o bone Dionysi, inquebas, divinarum rerum mutationes. » Denique, cum diem annumque adnotassem, et tempus illud cum eo, quod Paulus mihi quondam ab ore suo pendenti annuntiaverat, signis conclamantibus concordare sensissem, tum et veritati manus dedi, et me falsitatis nexibus expediti. Quam proinde veritatem, et mirifice prædico, et tibi ingero, quæ est vita et via et lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum¹. Cui et tu tandem, ut vere sapiens, cessisti. Nam cessisti vitæ, cum mortem abdicasti. Et optime sane deinceps feceris, si eidem veritati prorsus adhæseris; ita quidem nobis arctius conjungere. Illud enim, illud os nobiscum posthac erit, cujus splendore verborum, mentis meæ perstringens aciem, solitus eras, accersitis hinc inde coloribus, et fucato eloquentiæ nitore intimos pectoris nostri recessus pertentare, imo et nonnullis interdum maledicentiæ aculeis nos acrius fodicare. Quare quemadmodum antehac, ut tute fatebare, doctrinæ Christianæ, sacrarumque litterarum quamvis sapida cognitio tibi non sapiebat, sed cum ad eam vel degustandam tantum accederes, a mentis tuæ palatio resiliens, ac velut dedignans in pectore tuo sedem ponere resistebat: ita modo postquam cor intelligens ac providum es nactus, tete ad superna erige, neque pro iis quæ non sunt, ea quæ vere sunt dimitte; adeoque contra eos, qui te ad falsa provocaverint, tanto in posterum esto pertinacior, quanto tu nobis, cum ad veritatem votis omnibus inviarem, exstitisti pervicacior. Sic enim ego in Domino Jesu, (qui est esse mecum et vivere) lætus dehinc moriar, quandoquidem et tu in eo vivas.

PETRI LANSSELI NOTÆ.

(64) Jamjam ad te cordis amor, etc. Illa sancti Dionysii Epistola ad Apollophanem jam Christianum rudiore stylo primitus e Græco in Latinum conversa fuit, ut quidem repræsentatur ab Hilduino abbate, in Vita S. Dionysii (a), octingentis ante annis scripta. Et stylus vix Latinus, ac ne vix quidem arguit e Græco esse versam.

Exemplum autem Græcum venisse videtur in manus S. Maximi, sed postea amissum, cum ad Epistolam Dionysii 10, quæ est ad Joannem, ita scribat: Ὑποθώμεθα δὲ τὸν θεῖον Διονύσιον, ὅτι τὰ ἐπὶ τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου εἶδεν, εἶναι καὶ ἐτῶν, ἅτε οἶμαι καὶ ἐτι ἀναγιγνώσκοντα. Supponamus autem, inquit, sanctum Dionysium, quando ista propter Domini crucem prodigia conspexit, fuisse viginti quinque annorum, quemadmodum me adhuc legisse arbitror. Sic ille. Cum autem id diserte in hac ad Apollophanem Epistola expressum reperiat, et alibi nusquam credibile est Maximum in eam Epistolam

aliquando incidisse, sed nunc eandem intercidisse. Accedit, quod tam argumentum ipsius Epistolæ, quam styli Græci vestigia (quæ magis in rudi versione notari possunt et solent, quam in politiore) spiritum et orationem spirent sancti Dionysii (b).

(65) Sæpe enim tibi et quidem accurate exposui, etc. Hæc indicant frequentes Dionysii cum Apollophane congressiones et disputationes, uti et illa quæ post subdit: Quibus mihi non sæmel, sed sæpius respondisti, etc.

(66) Non quod Deus, sed quod Dei opus, etc. Est Dionysii ad Apollophanem occupatio, qua occurrit tacitæ objectioni, quam movere potuisset Apollophanes, dicens, extraordinarium solis et lunæ occursum cum densis tenebris, vocari divinarum rerum mutationes; quia scilicet sol et luna dii sint et habeantur; ideoque eorum prodigiosas mutationes rerum esse divinarum conversiones. De quo jam egi initio capitis fusius.

¹ Joan. 1, 9.

(a) Patrologia Latine t. CVI, col. 33.

(b) Aliter omnino plerique sentiunt editores Operum S. Dionysii. Vide Protegomena, col. 56. EDIT. PATR.

LITURGIA SANCTI DIONYSII

ATHENARUM EPISCOPI (1).

(*Liturgiarum Orientalium Collectio* opera et studio Eusebii RENAUDOTII Parisini, edit. secunda, Francfurti ad Mœnum, 1847, t. II, p. 201.)

Primum Oratio ante Pacem.

Sacerdos. Domine Deus qui es simplex, non compositus absconditusque in essentia sublimi, Deus Pater a quo nomen habet omnis paternitas quæ in cælo est et in terra, Principium divinitatis, eorum qui naturæ divinæ participant, et perfectior eorum qui perfectionem consequuntur: bonus super omnia bona pulcherque supra omnia pulchra: tranquillitas pacifica, pax, concordia et unio omnium animorum. Compone dissidia quæ nos invicem dividunt, et reduc ea ad unionem charitatis, quæ aliquam essentiæ tuæ sublimis similitudinem habeat. Et sicut unus es super omnia, fac nos unum, per unanimam bonæ mentis, ut simplices, et non divisi inveniamur coram te in tempore hoc mysterii peragendi: utque per amplexus charitatis, et nexus dilectionis, spiritualiter unum simus, tam nobiscum ipsis, quam ad invicem, per pacem illam tuam omnia pacantem, per gratiam et misericordiam amoremque erga homines unigeniti Filii tui, per quem et cum quo te decet gloria, honor et imperium, cum Spiritu tuo sanctissimo.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Diaconus. Det pacem unusquisque.

Populus. Omnes.

Diaconus. Post.

Populus. Coram te Domine.

Sacerdos. Dator sanctitatis et largitor omnis boni Domine, qui omnem creaturam rationalem sanctitate quæ a te est, sanctificas: sanctifica per Spiritum tuum sanctum, nos servos tuos, qui inclinamur coram te: libera nos ab omnibus passionibus servilibus peccati, ab invidia, dolo, deceptione, odio, inimicitia, et ab eo qui eadem operatur, ut mereamur sancte perficere ministerium horum sa-

(1) Areopagitam hic Jacobitæ intelligunt, quem etiam Arabice *Baulousi*, Paulinum vocant sive Pauli discipulum. Ejus enim libros pro genuinis habent, et majores eorum Monophysitæ, qui sub Justiniano, anno J. C. 552, Constantinopoli de fide collationem cum orthodoxis habuerunt, illorum primi testimoniis usi sunt, quod a viris doctissimis dudum fuit observatum (a). In variis Collectaneis sententiarum ex antiquis Patribus, ad opinionis suæ defensionem, exstant nonnullæ ex ejusmodi libris: et ea ratione, Dionysius inter Ecclesiæ Doctores in Diptychis frequenter numeratur. Atque illa verisimilis causa est, cur ejus nomine Liturgiam singularem composuerint, non quod multa ad sacros ritus spectantia hauserint ex libris de *Eccle-*

A cramentorum vivificantium, per pontificem cælestem Jesum Christum unigenitum Filium tuum, per quem et cum quo te decet gloria et honor.

Populus. Amen.

Sacerdos. Existens essentialiter et ab æterno, cujus natura incomprehensibilis est, qui prope es, et præsens omnibus, absque ulla sublimitatis tuæ mutatione: cujus bonitatem appetit et desiderat quodcumque existit; intelligibiles quidem et intellectu præditæ creaturæ, intelligibiliter, sensu vero præditæ, sensibiliter. Qui cum unus sis essentialiter, tamen ades nobiscum et inter nos, in hac hora, qua ad hæc mysteria tua sancta vocasti et adduxisti nos: et standi coram sublimi Throno majestatis tuæ dignos fecisti, atque tractandi vasa sancta ministerii tui manibus nostris impuris. Aufer autem a nobis, Domine, vestem iniquitatis qua amicti sumus, ut a Jesu filio Josedek sacerdote magno vestimenta sordida abstulisti: et pietate atque justitia exorna nos, sicut illum vestimento gloriæ ornasti; ut te solo tanquam tegumento induti, et sicut templa coronata gloria existentes, te absque velamine videamus, mente divinitus illustrata, et ad mensam regni tui epulemur, dum hoc sacrificio coram nobis proposito communicantes perfruemur, et referemus tibi gloriam et laudem.

Populus. Amen.

Diaconus. Stemus decenter.

Populus. Misericordiæ Dei.

Sacerdos. Caritas.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Sacerdos. Sursum corda.

Populus. Habemus ad Dominum.

Sacerdos. Gratias agamus Domino.

Populus. Dignum et justum est.

Sacerdos inclinatus. Vere enim mentis, sermonis et cogitationis vires excedit celebratio beneficiorum

siastica hierarchia; nam quantum ad disciplinam eucharisticam spectat, vix unquam illorum meminerunt. Eodem nomine edita est in Missali Chaldao Liturgia, sed quæ præter titulum cum ista commune nihil habet, cum in Missali tribuatur Dionysio Barsalibi episcopo Amideno Jacobitæ famosissimo, de quo dicitur in observationibus ad eandem Liturgiam, et passim alibi dictum est, cum illius testimoniis in toto hoc opere sæpissime utamur. Neque ullus est ambiguitati locus, aut suspicioni de incuria librariorum: cum in iisdem codicibus utraque Liturgia sæpe reperiatur. In ista vero pauca occurrunt quæ aliquam explicationem desiderant.

(a) Mer. De sacr. ord. p. 2, 1. Lamoy. De duobus Dionys.

tuorum, Domine, neque sufficiunt omnia ora, mentes omnes, et linguæ, ad te, ut dignum est, glorificandum. Verbo enim tuo facti sunt cœli, et spiritu oris tui omnes virtutes supernæ: luminaria omnia quæ in firmamento sunt, sol et luna, mare et arida et quæcumque in eis sunt. Quæ vocem non habent, silentiis suis: quæ sermone prædita sunt, vocibus, sermonibus et hymnis perpetuo tibi benedicunt; quia tu es natura bonus, et supra omnes laudes, in essentia tua incomprehensibiliter existens.

Elevans vocem. Te laudat creatura hæc visibilis et sensu prædita, Domine, ut etiam illa intellectualis, et supra sensuum conditionem posita. Cœlum et terra te glorificant, mare et aer te prædicant; sol in cursu suo te laudat: luna in mutationibus suis te veneratur: turmæ archangelorum, et agmina angelorum, virtutes illæ mundo et mentis facultate sublimiores, benedictiones ad regionem tuam mittunt. Radii lucis excellentis et absconditæ, sanctificationes gloriæ tuæ demittunt; principatus et ordines te cum júbilo laudant; potestates et dominationes te venerantur; virtutes, throni et sedes inaccessibiles te exaltant, splendores lucis æternæ, specula sine macula, substantiæ sanctæ, susceptrices sapientiæ sublimis, præ omnibus scrutatrices voluntatis ab omnibus absconditæ, motibus præclaris tonorum inimitabilium, vocibusque dignis creatura rationali: cherubim multioculi, quorum motus subtilissimi, te benedicunt: seraphim instructi sex alis implexis, pleni que plumis, te sanctificant, illi ipsi, qui alis suis facies suas tegunt, pennisque pedes suos velant, et undequaque volantes et plaudentes alis alter ad alterum, ut non adurantur ab igne tuo devorante, cantus suaves, et ab omni materia puros, æquali omnium consonantia canunt, tibi gloriam æternam referentes, uno hymno Deo digno clamantes et dicentes.

Populus. Sanctus, Sanctus, Sanctus.

Sacerdos inclinatus. Sanctus es, Deus Pater omnipotens, opifex et creator omnis creaturæ invisibilis, et visibilis, atque sensibilis. Sanctus es, Deus unigenitus Filius, virtus et sapientia Patris, Domine et Salvator noster Jesu Christe. Sanctus es, Deus Spiritus sancte, perfectior et sanctificator sanctorum. Trinitas sancta et indivisa, consubstantialis, æqualisque gloriæ: cujus misericordia erga genus nostrum effusissima est. Tu sanctus es et sanctificans omnia: qui non reliquisti illud ipsum genus nostrum in exilio ex paradiso, cum interea omni peccati genere esset implicitum, sed illi manifestatus es per verbum quod coram mundo egestatem passum est: ipsum vero (genus humanum) accepit (Deus) Verbum, in omnibus ipsi assimilatus, excepto peccato, ut præparatum eum efficeret ad sanctitatem, dispositumque ad convivium hoc vivificum.

(2) Ista vox addita verbis Christi tam in forma panis, quam in altera calicis consecrandi, nullum in vetustis Græcis Liturgiis exemplum habet, ut ne-

Elevans vocem. Qui conceptus, formatus et configuratus a Spiritu sancto, et ex sanguine virgineo Virginis sanctæ Genitricis Dei Mariæ natus est quidem homo, et ex corpore ejusdem puro et sanctissimo, princeps vitæ, suscipiensque divinitatem in carne, conservatis naturæ lege et proprietatibus, sed modo supra naturam; agnitusque est Deus in Spiritu, et homo in carne. Atque in quantum erat Verbum ante sæcula, ex te ut Deo dignum erat, natus est, et virtutibus atque miraculis, qualia opifici omnium conveniebant, talem se esse testatus est: tum etiam quod sanationem absolutam, salutemque perfectam universo generi humano largitus est. In fine autem et consummatione dispensationis suæ, propter nos, et ante crucem suam salutarem, accepit panem in manus suas puras et sanctas, et aspexit ad te Deus Pater, gratias agens † benedixit †, sanctificavit †, fregit, deditque discipulis suis apostolis sanctis, dicens: Accipite et manducate ex eo, et credite quod corpus meum est (2), illud ipsum quod pro vobis et pro multis frangitur et datur, ad expiationem delictorum, remissionem peccatorum et vitam æternam.

Populus. Amen.

Sacerdos. Eodem autem modo et super calicem quem miscuit vino et aqua, gratias egit †, benedixit †, sanctificavit †, et dedit iisdem discipulis suis et apostolis sanctis, dicens: Accipite, bibite ex eo vos omnes, et credite quod hic est sanguis meus Testamenti Novi, qui pro vobis et pro multis effunditur et datur ad expiationem delictorum, remissionem peccatorum, et vitam æternam.

Populus. Amen.

Sacerdos. Ipse etiam præceptum toti cœtui et congregationi fidelium per eosdem apostolos sanctos dedit, dicens: Hoc facite in mei memoriam, quotiescunque manducabitis panem hunc et mistum quod in hoc calice est bibetis, et hoc convivium celebrabitis, mortis meæ commemorationem agitis donec veniam.

Populus. Mortis tuæ, Domine, memoriam agimus.

Sacerdos. Præcepto igitur Dominico tuo obsequentes, commemorationem mortis et resurrectionis tuæ per sacrificium hoc perpetuo celebrantes in mysterio: expectamus quoque adventum tuum secundum, renovationem generis nostri, et vivificationem mortalitatis nostræ. Non enim simpliciter, sed cum gloria Deo digna, in Spiritu ineffabili terribiliter advenies, et super thronum excelsum majestatis tuæ sedens, agnitionem regni potestatis tuæ ab omnibus creatis, et factis exiges; ultionemque imaginis tuæ, ab iis qui per malas passiones eam corruerunt, juste facies. Sacrificium hoc, illic celebratum, tibi commemoramus, Domine, et passiones quas pro nobis sustinisti in cruce. Propitius esto, o bone et amator hominum, in hora

que in Alexandrinis, sed tantum in una aut altera Syriacis.

illa plena timoris, et trepidationis, congregationi A peccatorum et vitam æternam ea suscipientibus huic adorantium te, et omnibus filiis Ecclesiæ sanctæ redemptæ sanguine pretioso tuo. Depellantur carbones ignis ab illis qui tincti sunt sanguine tuo, et signati Sacramentis tuis (3), in nomine tuo sancto, velut olim flamma Babylonica, a pueris domus Hananiæ. Neque enim alios præter te novimus, Deus, neque in alio spem habemus salutis consequendæ, si quidem auxiliator, et salvator generis nostri tu es. Et capropter sapiens Ecclesia tua, per ora et linguas omnium nostrum deprecatur te, et per te, et tecum Patrem tuum. dicens :

Populus. Miserere.

Sacerdos. Nos quoque.

Diaconus. Quam timenda est hæc hora.

Sacerdos inclinatus dicit Orationem Invocationis Spiritus sancti.

Te invoco, Deus Pater : miserere nostri, et abluere per gratiam tuam, immunditiam operum meorum malorum dele, per misericordiam tuam, quæ odio digna commisi. Etenim non extendo ad te cum fiducia manus meas; neque enim possum in cælum aspicere, propter multitudinem iniquitatum meorum, et spurcitiâ facinorum meorum. Sed in benignitate, gratia et longanimitate tua, animum confirmans, Spiritum tuum sanctum peto, ut mittas eum super me, et super has oblationes propositas, populumque tuum fidelem.

Sacerdos. Exaudi me, Domine.

Populus. Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison. C

Sacerdos. Per illapsam autem, et obumbrationem suam (4), efficiat panem quidem istum † corpus vivum et vitam præstans animabus nostris, † corpus salutare, † corpus cœleste : corpus salvans animas et corpora nostra, corpus Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, ad remissionem peccatorum, et vitam æternam, illud suscipientibus.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et mistum cum in hoc calice est efficiat † sanguinem vivum et vitam præstans animabus nostrum omnium, † sanguinem salutarem, † sanguinem cœlestem, sanguinem salvantem animas nostras et corpora, sanguinem Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, ad remissionem D

(3) Ora fidelium per eucharistiæ susceptionem tingi sanguine Christi, ut postes domorum Israelitici populi in Ægypto tinctos sanguine agni Paschalis, communis est Orientalium doctrina, quam huc explicat Severus episcopus Aeschmonin, in opere de Agno Paschali et Eucharistia. Idem legitur in variis orationibus, præsertim illis quæ dicuntur post communionem, ad gratiarum actionem. Signati sacramentis dicuntur Christiani per baptismum, per myron seu chrismatis impressionem, et per eucharistiam. Ea locutione nihil in istis officiis frequentius.

(4) De vocibus quæ in hac oratione usurpantur ab Orientalibus, dictum est fusiis in notis ad hunc locum Liturgiæ Basilii Copticæ (a). Ἐπιφοίτησιν

(a) Vide S. Basilii Opera editionis nostræ EDIT. PATR.
(b) Hcm. 2 in Hexæm.

Populus. Amen.

Sacerdos. Secundum autem traditionem et commendationem divinam eorum, qui spectatores fuerunt mysteriorum tuorum, et interpretes mirabilium tuorum, eucharistiam hanc offerimus coram te Domine, et per eam commemoramus charitatem tuam erga nos, universamque dispensationem unigeniti tui in hoc mundo, ut tu etiam recorderis per eam, misericordiæ tibi congenitæ et naturalis, quæ hora quacunque super creaturas tuas diffunditur, et nos eripias ab ira iniquis reservata, et a suppliciis operantium nequitiam, et a crudeli impugnatione dæmonum, qui oppugnant animas nostras, cum hiuc exhibimus : nosque dignos efficias regno tuo, et habitaculis eorum, qui servaverunt præcepta tua, et referemus tibi gloriam et gratiarum actionem, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Verbis tuis non mendacibus, doctrinisque veracissimis tuis dixisti, Domine, maximum esse gaudium in cœlo et in terra super uno peccatore pœnitentiâ agente. Lætare igitur nunc, Domine, in conversione servorum tuorum, qui coram te hic consistunt; adijunge etiam exultationem de nobis, animabus piorum et justorum, Patrum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Prædicatorum, Evangelistarum, Martyrum, Confessorum, zelatorum cultus divini, beneficorum, eleemosynas facientium, eorum qui necessitatibus pauperum communicant, et ab omnibus, una laudatio sit hodiæ coram te, ad altare hoc sanctum et in Jerusalem cœlesti.

Elevans vocem. Et propter hæc atque alia ejusmodi stabiliatur Ecclesia tua sancta, quæ est a finibus usque ad fines terræ, conserveturque in tranquillitate et pace, doctrinisque evangelicis, et apostolicis, per antistites divinos recte dispensantes verbum veritatis, et instruentes dogmatibus veræ religionis : per sacerdotes sanctos, qui amplectuntur verbum vitæ, et præclare se gerunt in dispensandis mysteriis tuis cœlestibus : per diaconos modestos, perficientes ministerium purum et regale absque macula : per fideles veros, qui occupantur operibus et actibus Christiano dignis; per choreas virginum utriusque sexus, mortificationem

qua voce Græci potissimum uti solent, exprimunt Syri per eam quam *illapsam* vertimus : qua etiam utuntur, dum mirabilem adventum Spiritus sancti supervenientis in B. Virginem, in Incarnationis mysterio, exprimunt. Altera vox Hebraicæ originis est, legiturque initio Geneseos eo loco : *Spiritus Domini ferebatur super aquas*, tanquam incubans et fovens, genitalemque vim immittens : quam expositionem ab Ephremo acceptam laudavit et amplexus est Basilius (b). His igitur verbis significant Orientales virtutem cœlitus nrisam, quæ in dona proposita mirabiliter operetur, ut in creationis initio et Incarnatione factum est : nam utraque comparatione, miraculum quotidie in eucharistia fieri solitum explicant, et iisdem verbis utuntur.

vivificam unigeniti Filii tui in membris suis circumferentes. Atque hinc uno agmine mittamur omnes ad Ecclesiam illam Jerusalem, primogenitorum descriptorum in caelis, atque illic spiritualiter glorificemus te, Deus Pater, et unigenitum Filium tuum, et Spiritum tuum sanctum.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Adjuva autem, Domine, eos omnes qui adjuvant Ecclesiam tuam sanctam, votis, decimis, ministerio et oblationibus: atque illos etiam qui postulant orationes tenuitatis nostrae, da illis finem postulationum ipsorum, Domine amator hominum.

Sacerdos elevans vocem. Mitte autem curam perfectam, salutemque plenam, omnibus illis qui curam gerunt pauperum, qui alimenta praebent orphanis et viduis, visitantque infirmos et affictos. Retribue illis, hic quidem abundantiam et bona, illic vero delicias incorruptibiles, quia tu Dominus es utriusque saeculi, et largitor immensae mercedis, tibi que convenit beneficentia, tam hic quam illic, et unigenito Filio tuo.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Iram regum comprime, o Rex regum, furorem militum compesce; bella et seditiones aufer, fastum haereticorum dejice, et sententias a justitia tua contra nos pronuntiatas, superet amor erga homines tuus, et convertat in mansuetudinem benignitatis tuae.

Elevans vocem. Tranquillitatem et pacem quae a te est, concede terrae et omnibus habitatoribus ejus, visita eam per beneficia tua, et curam misericordiae tuae, per bonam et temperatam aeris constitutionem, fructuum ubertatem, frugumque abundantiam, varietatemque florum. Praeserva eam ab omnibus plagis furoris, et ab insultibus iniquis inimicorum, tam spiritualium quam sensibilium, ut absque ulla passionum noxa, perpetuos hymnos gloriae canamus tibi, et unigenito Filio tuo.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Ad altare hoc, et ad illud caelo sublimius, memoria bona sit illis omnibus qui ex mundo tibi placuerunt. Praecipue vero sanctae Genitricis Dei, Joannis nuntii, Baptistae et praecursoris, Petri et Pauli, totiusque coetus apostolorum, Stephani quoque, et universae turbae martyrum, et eorum omnium, qui ante eos, cum illis, et post eos placuerunt, et placent tibi.

(5) Sumptum id ex Graeca Jacobi Liturgia Hierosolymitanae Ecclesiae propria, quae fundata a Jacobo fratre Domini, successionem fidei et Cathedrae ad eum merito referebat, neque proprie ad Antiochenam Ecclesiam a Petro fundatam pertinebat. Sed cum eam Liturgiam in vicina Palaestina celebrent: et ea quoque, ut alibi notatum est, Jacobitae abusi sunt. Ita enim denominationem quam a Jacobo Baradato sive Zanzalo eos accepisse, Graeci auctores, non minus quam Orientales Melchitae et Nestoriani testantur, ad Apostolum referunt.

(6) Haec verba magis rhetorice quam theologice

Elevans vocem. Et quando quidem potes omnia, caetibus illorum dilectorum, et domesticorum tuorum adjuuge infirmitatem nostram, Domine: congregationi illi beatae, parti huic divinae, ut per eos suscipiantur oblationes et orationes nostrae coram throno excelso majestatis tuae, eo quod imbelles et infirmi sumus, indigentesque fiducia apud te. Nimirum peccatum nostrum et justitia nostra nihil sunt, ad pelagus effusum et immensum misericordiae tuae. In corda igitur singulorum perspicies, retributiones bonas petitionum suarum unicuique mitte, ut in omnibus et in singulis adoretur et laudetur majestas tua et unigeniti Filii tui.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Memento, Domine, omnium episcoporum, doctorum et praesulum Ecclesiae tuae sanctae eorum qui a Jacobo (5) apostolo, episcopo et martyre usque ad hodiernum diem, placuerunt et placent tibi.

Elevans vocem. Inscere nobis, Domine, fidem eorum veram, et zelum eorum pro vera religione, charitatem eorum sinceram, et nulli defectui obnoxiam, mores eorum inculpabiles: ut vestigiis eorum inherentes, participes mercedis eorum simus, et coronarum victoriae, quae illis paratae sunt in regno tuo caelesti: illicque simul cum illis canamus tibi gloriam indesinentem, et unigenito Filio tuo.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Memento, Domine, omnium defunctorum qui decubuerunt cum spe tua, in fide vera: praesertim vero et nominatim, patrum, fratrum, magistrorumque nostrorum, corporalium aut spiritualium, et eorum pro quibus et quorum gratia, oblatio haec sancta oblata est.

Elevans vocem. Adjunge, Domine, nomina illorum cum nominibus sanctorum tuorum in habitatione beata eorum qui festum agunt et laetantur in te; non revocans illis memoriam peccatorum suorum, neque commemorans ipsis quae insipienter egerunt: quia nullus est carni alligatus, et innocens coram te: unus enim tantummodo super terram visus est absque peccato, Jesus Christus unigenitus Filius tuus: simplex qui ad compositionem venit (6), per quem nos quoque misericordiae consequendae spem habemus.

Populus. Quietem praesta.

Sacerdos inclinatus. Peccata nostra et illorum voluntaria, scienter et ignorantem commissa remitti-

dicta, minus recte Jacobitarum opinionem explicant. Nec enim compositionem agnoscent, nisi qualis est illa quae in symbolo Athanasii dicto, habetur. *Sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus*, quae comparatio, quamvis a nonnullis Patribus usurpata, Facundo et aliis non placuit. Sed dum unam naturam profiterentur, ita confusionem missionemque excludunt, ut compositio proprie dicta nulla sit, nisi quatenus summae perfectaeque simplicitati Dei opponitur, quam non habet homo assumptus ex Virgine, cui Verbum caro factum dum unitum est, in quamdam compositionem venit.

tens, propitius esto, Domine, amator hominum. **A** vita gloriosa et absque fine in habitaculo spirituali

Elevans vocem. Et præsta nobis finem pacificum, exitum cum misericordia : utque stemus inculpati ad dexteram, et cum facie revelata et fiducia, occurramus ad ortum unigeniti Filii tui, et ad manifestationem ejus secundam et gloriosam de cælo; audiamusque ab eo vocem illam beatam, quam beatis in fine pronuntiabit, *benedicti Patris mei, capessite hæreditatem regni cælestis*, ut in hoc sicut et in omnibus glorificetur et laudetur nomen tuum maxime venerandum.

Populus. Ut.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Sacerdos frangit hostiam, et dicit Orationem, ante Pater noster.

Pater omnium et principium quod est super omnia, lux æterna et fons lucis, quæ illuminat omnes naturas ratione præditas, qui vocas ex pulvere inopem, et de stercore erigis pauperem, et nos jaclatos, rejectos et infirmos ad libertatem et domesticam filiorum tuorum dignitatem vocasti, per Filium tuum dilectum : præsta nobis ut filii sancti et hoc cognomine non indigni appareamus coram te, omne quoque ministerium nostrum, secundum mores inculpatos perficiamus, et cum puritate animæ, intellectus munditia, divinaque mente, quacunque hora invocemus te Deum Patrem omnipotentem, sanctum et cælestem gremus et dicamus, Pater noster qui es in cælis.

Populus. Sanctificetur nomen tuum, etc.

Sacerdos. Libera servos et filios tuos, Domine, ab omnibus tentationibus difficillimis et quæ vires superent : et ab omnibus doloribus qui corpori nostro vel animæ damnum inferre possunt. Custodi nos simul a malo et ab ejus potestate universa, et a technis ejus perniciosis, quia tu Rex omnium es, et tibi gloriam referimus.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Diaconus. Ante.

Populus. Coram te, Domine.

Sacerdos. Aspice, Domine, populum tuum fidelem, qui coram te inclinatus est, et exspectat donum tuum et intuetur depositum sacramentorum unigeniti tui, Deus Pater. Ne auferas a nobis gratiam tuam, et ne repellas nos a ministerio tuo, et a participatione sacramentorum tuorum, sed præpara nos, ut puri et absque macula, dignique hoc convivio simus, utque cum conscientia inculcata, semper fruamur corpore et sanguine ejus pretioso, et in

discumbamus, et ad mensam regni tui epulemur, et referemus tibi gloriam et laudem.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Sacerdos. Gratia Dei sit, etc.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Diaconus. Cum timore.

Sacerdos. Sancta sanctis.

Populus. Unus Pater sanctus.

Diaconus. Stemus decenter.

Populus. Coram te.

Sacerdos. Gratias habemus tibi, Domine, et grato animo agnoscimus benignitatem tuam, quod ex nihilo eduxisti nos ad id quod simus, et domesticos filiosque sacramentorum tuorum fecisti nos, ministeriumque hoc religiosum commendasti nobis, atque mensa hæc spirituali nos dignos fecisti. Conserva in nobis, Domine, depositum mysteriorum tuorum divinorum, ut secundum mores angelicis similes, vitam instituamus, et perficiamus coram te, ut cauti et inseparabiles simus per susceptionem sanctorum tuorum, perficientes voluntatem tuam magnam et perfectam, paratique inveniamur ad *πληροφορίαν* illam ultimam, et ad standum coram majestate tua, dignique efficiamur voluptate regni tui, per gratiam, misericordiam et amorem erga homines unigeniti Filii tui, per quem et cum quo te decet gloria, honor, etc.

C *Populus.* Amen.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Diaconus. Post.

Populus. Coram te, Domine.

Sacerdos. Christe Rex gloriæ, et Pater futuri sæculi, sacrificium sanctum, Pontifex cælestis : Agnus Dei, qui tollis peccatum mundi, parce peccatis populi tui, et dimitte insipientias gregis tui. Conserva nos per communionem sacramentorum tuorum, ab omni peccato, sive verbo vel cogitatione aut opere perficiatur, quodque a tua familiaritate domestica, procul nos faciat, ut custodiantur corpora nostra per corpus tuum, et renoventur animæ nostræ per sacramenta tua, et benedictio tua, Domine, sit in toto nostro homine interiori et exteriori, glorificerisque in nobis et propter nos, dexteraque tua requiescat super nos, et Patris tui benedicti, et Spiritus tui sanctissimi.

Populus. Amen.

Diaconus. Benedic, Domine.

BALTHASARIS CORDERII

SOC. JESU THEOLOGI

ONOMASTICUM DIONYSIANUM

In quo verba et nomina, singularem aliquam formationem ac significationem habentia, explicantur.

A

'Αβλαβώς, *innocētie*. Cœl. Hier. cap. 2, § 3, ubi insinuat, cœlestis illius ignis flammæ minime noxias esse, sed salutare; nec combustivas, sed vivificas.

'Αβλεψία, *invisibilitas*. Accipitur pro negatione intuitionis. Myst. Theol. cap. 2, ubi docet quomodo Deus nobis invisibilis non per visionem positivam, sed per negationem visionis, hoc est in mystica caligine, conspiciendus sit. Sicut enim infinitatem non per terminum, sed per termini negationem; sic invisibilitatem non per visum, sed per visus negationem proprie concipimus et explicamus.

'Αγαθαρχία, *boni principium, principatus bonitatis*. Div. Nom. cap. 3, § 1.

'Αγαθαρχική πρόνοια, *boni-principalis providentia*, id est a qua bonum omne proficiscitur ac derivatur. Div. Nom. cap. 1, § 5.

'Αγαθοδότης, *benefice*. Secundum etymologiam vocis esset *bonidanter*. Per hoc vocabulum significanter exprimit naturam gratiæ ac divinæ illustrationis, quod ex nullis nostris meritis, sed ex solius boni Dei munere liberaliter nobis donetur. Cœl. Hier. cap. 1, § 1. Vide ibidem Adnotationes et observationem xi generalem. Vertit hoc vocabulum Scotus *optime ac large*; Sarracenus, *bonitatis dono*; Vercellensis, *per distributionem bonitatis*; Ambrosius, *benigna largitione*; Perionius, *concessu ac munere Dei*; Gallus, *en nous donnent ses biens*. Malui uno verbo *benefice*; siquidem bonum donum, beneficium appellamus, uti et ejusdem largiorem, beneficium.

'Αγαθοειδής, *boniformis*. Div. Nom. cap. 3, ubi angelos docet esse *ἀγαθοειδέεζ*, ex ipsa veluti bonitate fictos, et excellenti quadam ratione bonos, summi boni imitatores, qui munera cum inferioribus communicent, quæ a magno et supereffluente honorum omnium Oceano perceperunt.

'Αγαθοεργός, *bonifex seu bonificus et boni operativus*. Div. Nom. cap. 4, § 10, ubi divinum amorem sic appellat, eo quod in nobis omne bonum operetur.

'Αγαθοπρεπώς, *bono convenienter*, vel si dictu fas sit, *bonidcenter*, formatum ex voce *ἀγαθόν*, id est *bonum*, et verbo *πρέπει*, *decet, conveni*. Cum autem maxime deceat et conveniat bono esse communicativum sui, pulchre docet, divinam illustrationem, *ἀγαθοπρεπώς πληθυνομένην*, id est *uti decet, benigne multiplicari*. Cœlest. Hierar. cap. 1, § 2.

'Αγαθοπτικόν, *bonivisivum*, id est quod bonum contempletur et spectat. Div. Nom. cap. 4, § 25, ubi ait dæmones pravos evasisse, eo quod *ἀγαθοπτικὰς δυνάμεις*, id est *bonivivas vires obstruxerint*, dum minime a summo bono sua culpa prolapsi sunt, sese contra Deum stolidè erigentes, et propriam gloriam perperam quærentes, gloriam quæ ex Deo erat, amiserunt, et consequenter semet-

ipsos excæcarunt, et summi boni aspectu privaverunt.

'Αγαθόστυπος, *boniformis*, id est figura boni insignitus. Div. Nom. cap. 4, § 22.

'Αγαθοεργία, *beneficium*, scilicet boni operativum, qualia sunt Dei dona illa spiritualia gratiarum, quæ nos potentes reddunt ad bonum operandum, quæ proprie et significanter *ἀγαθοεργίαι* appellantur, cum quod summi boni effectus sunt, tum quod ad bonum agendum vires suppeditent.

'Αγαθοεργικώς, *benefice*. Eccl. Hier. cap. 4, p. 3, § 12.

'Αγαθοφύης, *natura bonus, seu qui natus est ex bono*. Div. Nom. cap. 2, § 1.

'Αγαλμα, *simulacrum, statua*. Myst. Theol. cap. 2. Græcus interpres explicat *πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται καὶ χαίρει*, id est *omne id quo quis exsultat et gaudet*, quasi derivetur ab *ἀγάλλομαι*, id est *exsulto, glorior, lætor*.

'Αγγελομιμήτως, *angelorum imitatione*. Div. Nom. cap. 1, § 5.

'Αγία τῶν ἁγίων, *Sancta sanctorum*. Sic appellabatur in Veteri Testamento locus interior tabernaculi ubi arca asservabatur, eratque locus iste velo separatus a reliquo templo quod *sanctum* vocabatur, solique pontifici ad Sancta sanctorum, idque in anno semel duntaxat accedere licebat, idque debitis cæremoniis et expiationibus præmissis, quæ in Levitico cap. xvi describuntur, de quibus vide Cornelium et Bonfrerium nostrum, ad dictum locum. Sanctus autem Dionysius, epist. 8, § 1, appellat *Sancta sanctorum*, locum in templo aræ maximæ proximum, ubi asservatur Christus, qui est Sanctus sanctorum, in venerabili Eucharistia. Hic locus non adibatur nisi ab episcopo, sacerdotibus et diaconis, seu ministris, et erat septus quibusdam cancellis. Proxime hos cancellos erat locus cultorum seu monachorum; post reliquus populus.

'Αγιαστεία, *sanctificatio*. Eccl. Hier. cap. 4, p. 5, § 12. Alii scribunt *ἀγιαστία*. Suidas vero *ἀγιαστέια*, dicitque idem esse quod *ἀγιωσύνη, καθαρότης, λατρεία*, id est *sanctimonia, puritas, religio*, seu cultus divinus.

'Αγιογράφος, *sacer scriptor*. Sumitur per excellentiam pro eo qui librum aliquem Scripturæ sacræ composuit. Eccles. Hierarch. cap. 2, § 3, 4.

'Αγιος ἁγίων, *Sanctus sanctorum*. Sic Deus nominatur De divinis nominibus. cap. 12, § 1 et 2, καθ' ὑπερέχουσαν ὑπερβολήν, a plenissima et exuberante præstantia qua genus omne puritatis excellit.

'Αγιότης, *sanctitas*. Vide ibidem, ubi hanc definit esse *παντός ἄγους ἐλευθέραν καὶ παντελή, καὶ πάντη ἀγραντον καθαρότητα, a scelere omni liberam, perfectamque, ac omni ex parte incontaminatam puritatem*. Nullus enim nævus aut minima vitiorum labe in beatissimam illam naturam cadere potest, ut que sit ad omniviliam rerum contagione dissita, omni simplicitate purissima, omni gratia et pal-

chritudine affluens, tota in perfectissimo et felicissimo statu gloriosa, tota sacrosancta, sic ut nihil sanctius dici aut fingi queat. Vult autem ille sanctimoniam Pater, ut omnia quae propius ad illum accedunt, eximia quoque sanctitate polleant. Unde S. Dionysius, Ecclesiasticæ Hierarchiæ cap. 2, accedentes ad Deum prope, jubet hominem exuere, et totos esse divinos, atque (ut verbo ejus utar) vi divini spiritus agitatis et moventis, ἀπὸ θεῶν εἰς θεῶν, a divinis ad divina se transferre.

Ἀγκυλόχειλον, *curvo rostro*. Græcus interpres σχολιόχειλον. ἄγκυλον enim idem est quod σχολιόν, id est *curvum, obliquum*, χεῖλος autem est *labium*, et in avibus *rostrum*. Cælest. Hierarch. cap. 2, § 1, ubi per vocem illam intelligit faciem aquilæ apud Ezechielem cap. 1, vers. 7. Figuram Evangelii sancti Joannis qui per aquilam denotatur in visione illa mystica, per angelum prophetæ representata.

Ἀγλαία, *splendor, fulgor*. Myst. Theol. cap. 1, § 1.

Ἀγνωσία, *indemonstrabilitas, incognoscibilitas*. Est proprie negatio cognitionis quæ per demonstrationem ac ratiocinationem accipitur.

Ἀγνωστον, *ignotum, indemonstrabile*. Γνωσις enim Aristoteli proprie est scientia per demonstrationem accepta. Hinc divina dicuntur ἄγνωστα, quia de iis non est demonstratio, sed fides quæ non parit scientiam. De divin. nominib. cap. 1, § 1.

Ἀγνώστως, *indemonstrabiliter*, id est absque demonstratione quæ scientiam parit. Ibidem, et Myst. theol. cap. 1. Ubi vide nostras adnotationes.

Ἀδελφόθεος, *Dei frater*. Sic vocat S. Jacobum, qui frater Domini dictus est, scilicet Christi, de quo Apostolus ad Galatas cap. 1, v. 19, ait: *Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini*. Hic etiam S. Dionysio visus fuit in exsequiis Deiparæ, uti scribit Divin. Nom. cap. 5, § 2.

Ἀδελφοκτόνος, *fratricida*. Sic vocat Cain. Epist. viii, § 1, utpote qui primus homicida fuit, et quidem fratris, uti habetur Genesis iv, vers. 8, ad quod alludit S. Dionysius loco supra citato.

Ἀδιανήτων, *inexcogitabile*, id est quod cogitatione percipi nequit. Divin. Nomin. cap. 1, § 1.

Ἀδιανόητα, proprie vocantur mysteria, quæ verbis aperta, occultos sensus habent. Ita Quintilianus lib. viii, cap. 2.

Ἀδίδακτον, *indocibile*, id est quod non docetur magisterio humano, sed sublimiori modo, per sancti Spiritus inspirationem accipitur; qualis est mystica theologia. Divin. Nomin. cap. 2, § 9. Vide Isagen nostram ad Myst. Theol. cap. 2.

Ἀδρόν, *firmum, robustum, validum, forte*. Divin. Nom. cap. 4, § 25.

Ἀδυναμία, *impotentia, imbecillitas*. Div. Nom. cap. 4, § 25.

Ἄδυστον, *inaccessum*. Sic per excellentiam vocabatur Sanctum sanctorum. Ordinarie autem locus quilibet sanctus qui vulgo non patet. Eccl. Hier. cap. 5, p. 5, § 2.

Ἀεικίνητος, *semper mobilis*, sive qui perpetuo movetur. Cælestis Hierarc. cap. 15, § 9. Sic apud prophetas ait angelos vocari mysticas rotas propter ἀεικίνητον κίνησιν, id est *perennem et continuum motum*, quo circa bonum voluntur, quamobrem etiam cum aliis pingi solent.

Ἄετοῦ μορφή, *aquilæ figura*, quid mystice, vide Cæl. Hier. cap. 15, § 8.

Ἄζωον, *vita carens*. De div. nominib. cap. 4, § 32.

Ἀθέσμως, *illegitime, temere, illicite, nefarie*. De divinis nominibus cap. 2, § 1. Græcus interpres παρανόμως.

Ἀθλοθεσία, *certaminum institutio*, scilicet spiritualium adversus mundum, carnem et diabolum. Intelligitur per hoc etiam vita Evangelica, quæ certamen quoddam spiritale est. Ἀθλοθέτης autem seu

munerarius vocatur Christus, qui nobis certamen hoc spiritale instituit, ejusdem nobis dux est, et remunerator vincientium. Eccles. Hierar. cap. 2, parte 5, § 6, ubi vocat eum ἀθλοθεσίας δημιουργόν, *certaminis et propositionis præmiorum effectorem*, eumdemque ait ut sapientem, ejus legem tulisse; ut pulchrum, digna præmia iis qui vicerint constituisse; denique ut bonum, in numero athletarum fuisse, et cum iis sancte contra mortis et corruptionis vim roburque dimicasse. In sacra autem unctione docebantur initiati, evocari se ad certamina, et unicuique esse faciendum ut summi Agonothetæ legibus imperiisque obsecundet, magno animo divinorum pugilum ducem et principem unctionis imitetur, πρὸς καλῶν ἐπάθλων, ἐλπίδα βεβαίως ἔχων, *spe præclarorum præmiorum fretus et corroboratus*. Hoc pontifices et ministri caeremoniarum liturgi Christianis novis inculcabant, et bravii in omnem partem magnifici atque regii ostentatione, ad luctam et contentionem erigebant.

Ἀθύρω, *ludo, nugor*. De divinis nominibus cap. 8, § 6. Hinc ἄθυρμα, *lusus*. Græcus interpres κόσμιον, παίγιον, στίρισμα, id est aliquid *comptulum, ludicrum, subsultorium*.

Ἀἴσθησις, *sensatio, sensus*. De divin. nominib. cap. 4, § 10.

Ἀἰσθητόν, *sensile, sensibile*, sive id quod sensu perceptibile est, sive quod sensu præditum existit. De divinis nominibus cap. 4, § 11, et saepe alibi.

Ἄϊόν, *ævum, sæculum*, quomodo de Deo dicatur, vide De divinis nominibus cap. 10, § 5, et ibidem Adnotationes, ubi explicatur quomodo angelis computat, etc.

Ἀκακία, *innocentia, simplicitas*. Epist. viii, § 1. Græcus interpres ἀγαθωσύνη, *benignitas*.

Ἀκαλλές, *indecorum*, id est non habens ullum decorem vel pulchritudinem. De divinis nominibus cap. 4, § 32. Græcus interpres ἀμορφον, *deforme*.

Ἀκατακρίτως, *irreprehensibiliter, sine nota*. Eccl. Hier. cap. 6, p. 5, § 2.

Ἀκαταλήτως, *jugiter, indesinenter, absque cessatione*. Cæl. Hier. cap. 8, § 1. Græcus interpres ἀπαύστως, *incessanter*.

Ἀκατάσειστον, *inconcussum, constans*, quod minime nutat. Eccl. Hier. cap. 3, parte 3, § 4. Græcus interpres ἀσάλευτον, βέβαιον, ἑδραῖον, id est *inquassatum, firmum, stabile*.

Ἀκηλίωτον, *immaculatum*. Eccl. Hier. cap. 5, parte 5, § 10, et De divinis nominibus cap. 4, § 22.

Ἀκλινώς, *irreflexe*, id est recta, nusquam declinando aut obliquando. De divinis nominibus cap. 2, § 1.

Ἀκοινωνητόν, *incommunicabile*, id est quod communicari nequit. Divin. Nominib. cap. 1, § 2.

Ἀκολασία, *dissolutio, intemperantia, iuoricitas*. Divin. Nom. cap. 4, § 19.

Ἀκόλατος, *lubricus, dissolutus*. Ibid.

Ἀκραίφνης, *purum*. Græcus interpres καθαρὸν, διαυγές, τέλειον, ἄδικτον, id est *purum, dilucidum, perfectum, illibatum*. Divin. Nomin. cap. 4, § 22.

Ἀκρότης, *apex, vertex, summus, cacumen, fastigium*. Accipitur autem a Dionysio pro eo quod qualibet in re summum et præstantissimum existit. Sic cap. 1 Cælestis Hierarchiæ, § 3, ea quæ in cælestibus suprema sunt, vocat οὐρανίων ἱεραρχῶν ἀκρότητας, id est *cælestium apices hierarchiarum*. Item cap. 3, De divinis nominibus, vocat S. Petrum ἀκρότητα τῶν θεολόγων, id est *verticem seu columen theologorum sive apostolorum*, et cap. 1

Mysticæ Theologiæ petit a Deo dirigi ἐπὶ τὴν τῶν μυστικῶν λόγιων ἀκροτάτην κορυφήν, id est *ad mysticorum supremum apicem oraculorum*. Hinc contemplatricis vitæ doctores id quod in anima menteque purissimum est, mentis apicem appellant.

Quin et Proclus lib. 1, in Theologiam Platonicam cap. 5, id quod in anima præstantissimum existit,

vocat τὴν ἀκρότητα τοῦ νοῦ, καὶ ὡς φασ., τὸ ἄνθος, id est *mentis apicem, et, ut aiunt, ipsum florem.*

Ἀλληλουχία, *mutua connexio, mutuus complexus, coherrentia mutua, series rerum inter se connexarum, compago.* Divin. Nomin. cap. 4, § 12.

Ἀλλοιωτικόν, *alterativum*, id est alterandi et immulandi vim habens. Cœlestis hierarchiæ cap. 15, § 2.

Ἄλλοτρισεπίσκοπος, *alienus episcopus*, id est alienorum inspector, seu curator, curiosus alienarum rerum. Composita est vox ab ἄλλοτριος, id est *alienus, ἐπίσκοπος*, id est *inspector*. Accipitur autem pro eo, qui cum in suis erratis sibi ignoscat, aliorum commissa graviter persequitur. Epist. viii, § 1. in fine.

Ἄλογια, *irrationabilitas*, id est quod ratione attingi nequit, et omnem superat ratiocinandi capacitatem. Div. Nomin. cap. 1, § 1. Accipitur item pro *irrationabilitate et carentia rationis.* Cœl. Hier. cap. 2, § 4.

Ἄλογον, *ratione carens.* De divinis nominibus cap. 4, § 32.

Ἄλώθητον, *integrum, non mutilatum.* Div. Nom. cap. 4, § 22.

Ἄλώθητος, *illæsus, inviolatus.* De divinis nominibus cap. 8, § 5. Græcus interpretis ἀνορθωτός, ἀδακτός, ἀμώμητος, id est *contumeliæ, noxiæ, maculæ expers.*

Ἀμβλωθρίδιον, *abortivum, seu partus mortuus.* Ecclesiasticæ Hierarchiæ cap. 3, parte 3, § 6. Græcus interpretis ἔκτρομα, Hesychius, τὸ παιδίον νεκρὸν, ἄωρον, ἐκβολὴ γυναικός, id est *puer mortuus, immaturus, ejectio mulieris.*

Ἀμέθεκτον, *intactum; quod non potest commune fieri, nec a quovis tangi.* Eccles. hierar. cap. 1, § 1, ubi scribit ad Timotheum, ut quæ ad fidem ac religionem pertinent, teneat ἀμέθεκτα, nec aliis passim evulget, præsertim illa mystica quæ in libris suis tractat.

Ἀμεθέκτως, *imparticipate.* Divin. Nomin. cap. 2, § 5.

Ἀμεθεξία, *imparticipatio*, id est quod a nullo participatur. Div. Nom. cap. 2, § 5.

Ἀμελίκτον, *severum sive rigidum*, scilicet in bonam partem. Græcus interpretis ἀκολάκευτον, ἀπαρ-ἔγκλιτον, id est *non cedens adulationi, quod inclinari nequit*, scilicet ad id quod non deceat. Cœl. Hier. cap. 2, § 4, et cap. 8, § 1. Vide ibidem Scholia S. Maximi.

Ἀμειωτόν, *indiminutum*, id est minime mutuum, sed integrum. Divin. Nominib. cap. 1, § 2. Sic Dionysius Ecclesiast. hierarchiæ cap. 3, parte 3, ait pontificem, atque adeo omnes qui populo instituendo, et a vitiis revocando operam dant, cum ad alios erudiendos ab aris et devoti animi quiete quasi foras prodierint, redire continuo debere ad ea quæ muneris sunt propria, quæque ad intimam animi sanctitatem pertinent, idque ἀμειώτως, hoc est, *nulla in re imminutos*, nulla jactura facta pietatis atque virtutis, nulla polluti vitiorum labe ac sordibus, neve ardore piæ mentis ulla ratione debilitato; ne dum aliis prodesse cupiunt, sibi nocuisse videantur.

Ἀμερία, *impartibilitas*, id est quod partibus caret, adeoque in illas dividi nequit. Divin. Nom. cap. 1, § 4.

Ἀμερῶς, *impartite*, id est non per partes, neque participate, sed totaliter, integre. Divin. Nominib. cap. 2, § 1.

Ἀμοιβή, *vicissitudo, vicaria relatio, retaliatio, mutatio.* Epist. vii, § 5.

Ἀμορφία, *informabilitas, infigurabilitas.* Divin. Nom. cap. 1, § 1.

Ἀμόρφουτον, *infigurabile*, id est quod per nullam formam vel figuram exprimi potest. Cœl. Hier. cap. 15, § 2.

Ἀμυδρούμενον, *subobscuratum*, id est tenuius

relucens. Dicitur proprie de radiis luminaribus ac visualibus, qui quanto a sole aut candela et oculo remotiores sunt, tanto quoque pro proportione distantiae remissiores sunt, donec tandem extremum sphaeræ activitatis suæ attingentes, ulterius plane evanescent. Cœl. Hierar. cap. 8, § 1.

Ἀμύητος, *profanus, non initiatus.* Eccl. Hierar. cap. 3, p. 3, § 6. Græcus interpretis, ὁ ἀμέτοχος τῶν μυστικῶν, *expers rerum mysticarum.*

Ἀμύνω, *ulciscor, vindico, defendo.* Epist. viii, § 1.

Ἀμυστος, *rudis, sacrarum imperitus*, id est, qui nondum sacris initiatus, aut doctrina Christiana imbutus est, qui expers est mysteriorum, et ab iis excluditur. Myst. Theol. cap. 1, § 2, ubi vide Adnotationes nostras, et Scholia S. Maximi.

Ἀμφίβιον, *amphibium, seu ancipiti vita*, id est, quod tam in aqua quam in aere vivit. Divin. Nom. cap. 4, § 2. Vide ibidem Scholia S. Maximi.

Ἀναγωγὴ, *anagoge*, id est sensus oraculorum mysticus ac reconditus, qui nos in cœlum meditando subvehit, propeque Deum ad cœlestia cernenda contemplantibus præbet. Cœl. Hier. cap. 1, et alibi sæpe.

Ἀναγωγικῶς, *anagogice*, id est sursum agendo seu impellendo, et a terrenis ad cœlestia traducendo. Hinc sensus Scripturæ *anagogicus* appellatur, qui cœleste quiddam insinuat. Cœlest. Hier. cap. 1, § 2 et passim alibi.

Ἀνάδοχος, *susceptor, seu sponsor ac fidejussor baptizandi.* Eccl. Hier. cap. 2, p. 2, § 5. Vide ibidem nostras Adnotationes, et Scholia S. Maximi de ejus officio et obligatione.

Ἀναζέον, *ebulliens seu reservenscens.* Cœl. Hierar. cap. 7, § 1, a verbo ἀναζέω, *ebullio, scaturio.*

Ἀναζωωτοροῦν, *resuscitare*, et quodammodo ignem seu calorem vitalem revocare. Proprie enim est ignem jam conditum ac sopitum suscitare. Cœl. Hierar. cap. 7, § 1.

Ἀνακάθαρσις, *anagogici sensus explicatio*, a verbo ἀνακαθαίρωμαι, id est *repurgo, explicio.* Græcus interpretis, διάνοιξις, διασάφησις, ἐπιλυσις, διευκρίνησις, id est *patesfactio, declaratio, resolutio, distinctio.* Cœl. Hier. cap. 15, § 1. Significat etiam solaris eclipseos repurgationem, dum videlicet luna sub sole transiens nobis lumen solis, quod obscuraverat, restituit. Sic S. Dionysius vocem illam accipit in Epistola ad Polycarpum, ubi admirandum solis deliquium, quod Christo de cruce pendente contigit, describit.

Ἀναίσθησις, *insensibilitas, sensuum privatio ac stupor.* Cœl. Hier. cap. 2, § 4.

Ἀναίτιος, *causa carens*, quem nulla causa anteit, nullam causam agnoscens. Divin. Nomin. cap. 4, § 32. Significat etiam innocentem, nullius culpæ reum, crimine vacantem.

Ἀνακαινισμός, *renovatio.* Divin. Nominib. cap. 1, § 3.

Ἀνακρίρουκτον, *deprædicabile, commendabile.* Epist. viii, § 1.

Ἀνακηρύττω, *deprædica, commendo.* Ibidem.

Ἀνακυλισμός, *revolutio.* Cœl. Hier. cap. 15, § 9, a verbo ἀνακυλίω, id est *replio, revolve, sursum volvo.*

Ἀναλιξασθαι, *enodare, explicare.* Div. Nominib. cap. 2, § 7.

Ἀναλλοίωτος, *invariabilis, immutabilis.* Divin. Nom. cap. 2, § 6. Græcus interpretis: ἀεὶ ὁ αὐτὸς ὢν, μὴ δεχόμενος ἀλλοίωσιν. *Qui semper idem est, non admittens mutationem.*

Ἀναλογία, *proportio, proprietates, similitudo, comparatio, etc.* Eccl. Hier. cap. 3, p. 3, § 6.

Ἀναμαρτησία, *impeccantia*, id est summa vitæ puritas, ab omni peccato aliena, qualis erat Christi, B. Virginis, et quorundam sanctorum. Eccl. Hier. cap. 5, p. 3, § 4, quod Perionius et Lamselius vertunt *peccandi privationem.* Sed verius in Christo erat non tantum privatio peccati, sed positiva im-

peccabilitas, et absoluta impotentia peccandi, propter unionem hypostaticam, ut docent theologo.

Ἀναμόρφωσις, *reformatio*. Div. Nom. cap. 1, § 5.

Ἀνανεύσωμεν, *suspiciamus*, seu *aspiremus*, scilicet cum animi nutu ac propensione: ἀνανεύω enim componitur quasi ex ἄνω, id est *sursum*, et νεύω, id est *nicto*, *annuo*, *respicio*. Græcus interpres, ἀνακύπτω, *emergo*, *sursum oculos attollo*. Insinuat igitur S. Dionysius, ad res divinas ex intima animi propensione attendendum esse; hæc enim propensio et promptitudo voluntatis, multum confert ad eas facilius capiendas. Cœl. Hier. cap. 1, § 2. Hinc.

Ἀνάνευσις, *suspectio*, id est ad superna aspiratio. Cœl. Hierar. cap. 15, § 3, ubi exponit angelorum τὴν πρὸς τὰ θεῖα φωτὰ διειδεστάτην ἀνάνευσιν, *perspicacissimam ad divina lumina suspicionem*, quod minus proprie vertit Perionius, *clarissimam divinorum luminum assensionem*; quem hoc modo corrigit Lausselius, *clarissimam versus divina lumina (cognitionis) suspicionem*. Scotus, *ad divina luminaria clarissimum respectum*.

Ἀνανεωτικόν, *renovativum*, id est renovandi vim habens. Cœlest. Hier. cap. 15, § 2.

Ἀναγτες, *auterius*, scilicet in sensu S. Pauli, qui ad anteriora se extendens intelligit perfectiora, magis sublimia, magis ardua, etc. Hæc enim vis significationis huic voci inest. Græcus interpres explicat: πρὸσω, ἄνω, ἐπὶ τὸ προκείμενον, id est *antorsum, sursum, ad propositum scopum*. Cœl. Hier. cap. 15, § 1.

Ἀναπεπταμένον, *patulum, apertum*, a verbo anomalo πετάννυμι, *pando, aperio*. Cœl. Hierar. cap. 15, § 3.

Ἀναπλήρημι, *repleo*. Divin. Nominib. cap. 4, § 30.

Ἀναπλοῖ, id est *simplificat*, scilicet cum relatione quapiam ad sursum, ac si compositum sit ex ἄνω, id est *sursum*, et ἀπλόω, id est *simplifico*: derivatum enim est ab ἀπλός ἀπλοῦς, quod est *simplex*. Lexicographi τὸ ἀπλόω καὶ ἀναπλόω interpretantur *expando, explico*, prout vertit Lausselius; sed S. Dionysius manifeste accipit pro *simplifico*, uti patet ex titulo et cap. 1 Cœl. Hierar., § 1, ubi vide Adnotationes nostras.

Ἀναποδίζω, *sisto, remoror, impedio*; item *retrogrator, retrogo*. Epist. vii, § 2.

Ἀνάπτυξις, *explicatio*, a verbo ἀναπτύσσω, *explico*. Græcus interpres, διασάφησις, *declaratio*. Cœl. Hier. cap. 15, § 1.

Ἀναπτύσσω, *explico, expono, aperio*. Div. Nom. cap. 2, § 7.

Ἀνάρρησις, *evocatio*, seu nominis pronuntiatio, qua ordinandi citantur et evocantur, ordine quisque suo, et respondent: *Adsum*. Eccl. Hierar. cap. 5, p. 2, in fine, et p. 3, § 1. Vide S. Maximam, ibidem.

Ἀναρχον, *sine principio*, id est, quod non habet principium. Div. Nom. cap. 4, § 8.

Ἀνασκαλεύω, *suscito*. Eccl. Hierar. cap. 7, p. 3, in fine.

Ἀνατατικῶς. Hoc Lexicographi exponunt *minaciter, imperiose, extense*; sic ἀνάτασιν *extensionem* interpretantur, quasi ab ἀνατείνω, id est *extendo, elevo*, scilicet cum relatione quadam ad ea quæ sursum sunt: hæc enim significativa vis inest compositis cum præpositione ἀνά, ut manifestum est in vocibus ἀναγωγή ἀναγωγικῶς, etc. Unde ad hanc vocis hujus vim exprimendam, ἀνατατικῶς ἡμᾶς ἀναπλοῖ vertio: *Ad supra nos revocando simpliciter*. Cœlest. Hier. cap. 1, § 1 et 2. Vide ibidem Adnotationes meas. Vocem uane vertit Scotus *reclutens*, Sarracenus *suscitative*, Ambrosius, *vi intentionis præcipuæ*, Perionius *excitando*, uti et Lausselius.

Ἀναφαίνω, *exhibeo, demonstro, manifesto*. Eccl. Hier. cap. 5, p. 1, § 1.

Ἀναφές, *intactile*, id est quod tangi aut palpari nequit. Mystic. Theolog. cap. 1, § 1. Hoc de unione mystica dicit, quæ, ut supra sensum et intellectum est, sic et tactum cum sensitivum tum intellectualem in se non habet; vel de Deo intime in animam illapso, quod eodem recidit.

Ἀναφής, *intactilis, sensum tactus effugiens*. Græcus interpres, ἀψαυστος, ἀψαλάφητος, ὁ μὴ ἐψηλαφημένος, *impalpabilis, intangibilis, qui non potest atrectari*. Div. Nom. cap. 1, § 1.

Ἀνδροπλαστία, *viriformatio*. Epist. ix, § 1. Compositum ex nomine ἀνδρ, *vir*, et verbo πλαττω, *formo, fingo*.

Ἀνδρωθεῖς, *vir factus, seu virilis*. Epist. iv, Græcus interpres, εἰς ἀνδρας ἐγγραφεῖς, id est *proprie majorennis, qui jam inter viros annumeratur*; sive adolescens, qui jam tutelæ suæ permittebatur, qui Romanis virilem etiam togam sumpsisse dicebatur.

Ἀνεκλεεπτον, *indeficiens*. Cœlestis Hierarch. cap. 15, § 9.

Ἀνεκπρομπεύτως, *sine ostentatione*, id est absque fastu, absque pompa et jactantia. Cœlest. Hierarch. cap. 15. Significat etiam *secrete, vel arcane*: nam ἐκπρομπεύω idem quoque est quod *secreta pando*.

Ἀνεκφοίτητον, *ingressibile*, id est quod foras non emanat, neque se prodit. Divin. Nomin. cap. 2, § 4.

Ἀνεμος, *ventus*. Quid mystice designet, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 6, et ibidem Adnotationes et Scholia.

Ἀνεμποδίστως, *expedite*, sine impedimento, nullo compede remorante. Cœlest. Hierarch. cap. 15, § 8.

Ἀνένδοτον, *constans*, scilicet quod flecti nequit ad id quod deterius est. Sic ait angelorum amorem esse ἀκλινη καὶ ἀνένδοτον ἔφεσιν, id est *flecti nescium et constans desiderium*. Cœlest. Hierarch. c. 2, § 4.

Ἀνενδότως, id est *bona fide, citra ullum figmentum*. Græcus interpres, ἀπρηριβωμένως, σπουδαίως, ἐπιεικῶς, id est *accurate, diligenter, sufficienter*; quando nimirum sit aliquid non perfunctorie, nec translative, sed exacte, et enixe, ac toto opere. Ita Budæus in Adnotationibus.

Ἀνεργηστά, *inefficacia*. Utitur hoc vocabulo de eo qui domitas habet passiones, ita ut amplius non noceant. Eccl. Hier. cap. 5, p. 3, § 4.

Ἀνεξάλλαχτος, *immutabilis, constans*, qui non est variabilis. Eccl. Hier. cap. 1, § 1.

Ἀνεξέλεγκτον, *irrefutabile*, id est quod confutari non potest, aut redargui, vel convinci. Epist. vi et vii, § 1. Item apud Thucydidem, idem est quod nullis nitens argumentis, nullam habens demonstrationem.

Ἀνεξερευνητον, *imperscrutabile*, id est quod perscrutando inveniri aut intelligi non potest. Div. Nom. cap. 1, § 2.

Ἀνεξήγνιαστον, *ininvestigabile*, id est quod investigatio esse non potest. De divinis nomin. cap. 1, § 2.

Ἀνεπιθλώτος, *serenus*, id est minime turbatus, aut confusus, aut intricatus. Divin. Nomin. cap. 2, § 7.

Ἀνεπίστροφος, *irreversibilis, irrevocabilis*, id est qui non retrograditor, nec respicit retro. Cœl. Hierar. cap. 15, § 9. Græcus interpres, ἀμελής, id est *incurtiosus*.

Ἀνθρωπομορφία, *hominis efformatio*. Quid mystice in angelis designet, vide Cœlest. Hierar. cap. 15, § 3.

Ἀνθρωπομόρφος, *in forma hominis*, id est specie humana depictus, uti angeli solent pingi speciosa forma juveni. Cœlest. Hierarchiæ cap. 15, § 5.

Ἀνθρωπομορεπῶς, *hominidecenter*, id est ut ho-

minem decet, humanitas, humane. Cœl. Hier. cap. 7, § 3.

Ἀνθρωποφυϊκόν, *Quod homini nativum est, seu naturale.* Mystic. Theol. cap. 3, ubi pulchre ait ὑπερϋσθαι Ἰησοῦν ἀνθρωποφυϊκαῖς ἀληθείαις ὁσιουῦσθαι, *supersubstantialem Jesum humanæ naturæ veritatibus substantiatum esse, hoc est connaturales homini proprietates vere assumpsisse.*

Ἀνδρόφυτον, *instabile, inconstans, fundamento carens.* Div. Nom. c. 4, § 32.

Ἀνοησία, *inintelligibilitas, id est quod omnem superat intelligendi capacitatem.* Div. Nomin. cap. 1, § 1.

Ἀνόητος, *inintelligibilis, ibid. Alias ordinarie significat stultum, stolidum ac imprudentem.*

Ἀνόμματος, *exoculatus, carens oculis.* Div. Nom. c. 4, § 1.

Ἀνόμοιον, *dissimile.* Quid in Deo, vide Divin. Nom. cap. 9, § 7.

Ἀνομοιότης, *dissimilitudo.* De divin. nomin. cap. 4, § 7.

Ἀντιπεριαγωγή, *retroactio, retrogradatio.* Epistol. vii, § 2.

Ἀντιτείνω, *reluctor, repugno, resisto.* Epist. viii, § 1.

Ἀντίτοπον, *reluctans, refractarium.* Div. Nomin. cap. 2, § 6.

Ἀντωπεῖν, *obtuere, obtutum directe obvertere.* Eccl. Hier. cap. 2, p. 1, in line. Div. Nom. cap. 3, § 3. Græcus interpretis ἀντωθαλαμῆν καὶ ἀντιθέλειπιν, *oculis contraniti, contra aspicere.*

Ἀνωπαρξία, *annihilatio.* Eccl. Hierar. cap. 3, p. 3, § 11, compositum ex α privativa, et ὑπαρξίς, *id est substantia.*

Ἀνωπόπτως, *insuspicanter, sine suspicione, confidenter, secure.* Epist. viii, § 1.

Ἀνωχισμένον, *sursum habitans.* Dicitur proprie de eo quod semotum est, et abstrusum aut obscurum. Divin. Nominib. cap. 4, § 1. Suidas ἀνωχισμένος interpretatur, ἐν ταῖς ἀνωτάτω γενηθεὶς ἢ ἄνω ὢν, *id est in summo natus, vel sursum existens.*

Ἀνόνομος, *anonymus seu anonymus, id est sine nomine.* Sic Deum vocat, quia quid sit, nullo nomine exprimi potest. Divin. Nom. cap. 1, § 5, vide ibidem Adnotationes.

Ἀολῆ ποιῆ, *in unum copulat.* Græcus interpretes τὸ ἀολῆ exprimit συνηθροισμένα, ἡνωμένα, *id est coacervata, adunata.* Dicit hoc de sole, qui inde ἥλιος Græce dicitur. Divin. Nom. cap. 4, § 4, ubi vide Adnotationes et Scholia S. Maximi.

Ἄρατον, *invisibile.* Myst. Theol. c. 1, § 1.

Ἀριστία, *infinitas, quæ deliniri nequit, nec ullis limitibus circumscriptur.* Cœlest. Hier. cap. 2, § 3. Div. Nom. c. 1, § 1.

Ἀπαμφέγγυμι, *exuo, seu spolio vestibus.* Eccl. Hier. cap. 2, p. 2, § 6.

Ἀπανείνεσθαι, *renuere, renuntiare, deserere, refugere.* Cœlest. Hier. cap. 2, § 5, Divin. Nomin. cap. 2, § 3.

Ἀπαξίω, *dedignor.* Epist. vii, § 3.

Ἀπαράκαλυπτος, *patuus, minime obvolutus aut tectus.* Eccl. Hier. c. 1, § 4.

Ἀπαρητήτως, *sine reservatione, id est sine observatione ullus differentiæ, per quam contrahatur aut determinetur ad quidpiam particulare aut speciale.* Div. Nom. cap. 2, § 1.

Ἀπατηλόν, *fallax.* Epist. vii, § 1.

Ἀπαυθαδιζόμενος, *presumptuosus, contumax, protervus, id est insolenter aliquid attentans supra vires.* Div. Nom. c. 1, § 2.

Ἀπαυθαδιάζω, *insoltesco, arroganter me gero.* Epist. viii, § 1.

Ἀπειλέω, *minor, comminar, minas intendo.* Epistol. viii, § 1.

Ἀπειρία, *infinitas.* Div. Nom. cap. 4, § 10.

Ἀπειρόγνωστος, *infinitiscus, sive infinita prædi-*

tus scientia Sic Cœl. Hier. c. 14, vocat ἀπειρόγνωστον σοφοποιῶν, *infinitorum consciam creatricem sapientiam, vel, si dictu fas sit, infinitisciam sapientificationem; quod vertit Sarracenus, infinite cognitionis sapientificationem; Ambrosius, immense auctorem scientiæ atque sapientiæ fontem; minus recte Perionius, sapientiæ effectricem, omittit enim primam partem; et Lansselius, infinitæ cognitionis principium, non enim id totum exprimit quod est in Græco.*

Ἀπειροδύναμος, *infinitipotens.* Divin. Nomin. cap. 8, § 3.

Ἀπειρον, *infinitum.* Div. Nom. c. 4, § 10.

Ἀπειροπρόσωπον, *infinitarum facierum, id est innumeras facies habens.* Eccl. Hierar. cap. 4, p. 3, § 7.

Ἀπεμφαῖνον, *dissimile, scilicet quod non refert id cuius imago est.* Cœlesti Hierarch. cap. 2, § 2.

Ἀπερικαλύπτως, *aperte, quod nimirum symbolis et figuris minime velatur.* Cœlest. Hierarch. cap. 2, § 4. Perionius vertit, *perspicue; Scotus, circumvolute; Sarracenus, non circumvelate; Ambrosius, absque ullo velamine.*

Ἀπερίληπτον, *incomprehensibile, id est quod comprehendendi nequit, neque teneri.* Cœlest. Hierar. c. 15, § 2.

Ἀπεριστάπιγχοι, *non citati per tubam, id est non invitati, neque admissi ad sacra, atque adeo penitus ignari mysteriorum; intelligit enim homines profanos, qui ad sacra non invitantur neque admittuntur.* Alludit ad tubas vel campanas, quibus signum dari solet Christianis futuri sacri, ad quod tubæ vel campanæ sonitu invitantur. Eccl. Hier. cap. 3, par. 3, § 6, ubi vertit Perionius, *omnino ignari; Scotus, non circumtubicinantes; Sarracenus, qui quidem buccinas non senserunt; Ambrosius, qui omnino rudes sunt; Gallus, ceux-là qui n'ont du tout point voulu entendre publier; Lansselius, quibus nihil omnino apostolorum tuba innotuit.*

Ἀπερίσκεπτον, *incircumspectum, seu inconsideratum.* Cœlest. Hier. c. 2, § 4.

Ἀπήχημα, *sibilus ultimus soni, ubi echo quasi desinit.* Cœl. Hier. c. 2, § 4.

Ἀπλωτικός, *simplificativus, ab ἀπλός ἀπλοῦς, id est simplex, hinc unionem animæ cum Deo vocat ἀπλωτικὴν ἔνωσιν, id est simplificativam unionem; mens enim nostra in ista cum Deo conjunctione a distractionibus ac dividuis imaginationibus absoluta, quodammodo simplicifatur, cum per beatissimam illam unionem simplicissimis Dei perfectionibus communicat supra omnem multiplicatam, simplici Deo tota per amorem supernaturalem simpliciter inhærens.* Cœl. Hier. cap. 1, § 2.

Ἀπογράψασθαι, *describere.* Dicitur id proprie, cum nomina in catalogum referuntur, ut fit in Ecclesia, dum baptizandi et ordinandi adnotantur. Eccl. Hier. c. 2, p. 2, § 6.

Ἀποδειλιάζων, *animum despondens, exanimatus.* Div. Nom. c. 3, § 3.

Ἀποδέον, *deficiens, id quod non assequitur neque attingit perfectionem rei propositæ.* Cœl. Hier. c. 2, § 3. Hinc ait cap. 12, § 2. Ὅτι τῆς ὀλιγῆς καὶ ὑπερκειμένης τῶν προεσπεύτων διακόσμων δυνάμει ἀποδέουσιν, οἱ τελευταῖοι. *Novissimus antiquiorum dispositionum integram et eminentem virtutem non attingere.* Quod vertit Perionius: *Totam atque summam superiorum ordinum vim inferiores requirere; Scotus: Ab universali et superposita majorum ornatuum virtute relinquuntur utroni; Sarracenus: Totalem et superpositam dignitatum ornatuum virtutem non habent postremi; Lansselius: A totali et eminenti superiorum ordinum virtute, postremos abesse.*

Ἀποδιαστέλλω, *segrego, separo.* Eccl. Hierar. cap. 5, p. 1, § 1.

Ἀποδάμνων, *labori cedens, fatigatus.* Divin. Nom. c. 3, § 3.

Ἀπόκαρσις, *tonsura*. Eccles. Hier. cap. 6, p. 5, § 5, ubi ait in consecratione monachorum fieri τριχῶν ἀπόκαρσιν, *capillorum tonsuram*, eamque significare vitam καθάραν καὶ ἀσημάτιστον, *puram et candidam, nullo vilio et artificio suctam*, impedimentis omnibus nudam et spoliatam, et in qua libera mens, et undique expollita, e domicilio capitis Deum spectet, atque ad illum studio ardenti et honestissimo contendat.

Ἀποκλήρωσις, *sortitio*, seu attributio munerum, quæ singillatim unicuique, et quasi fortuito fieri solet, id est vices fungendi officii attributa. *Vocationes* vulgo appellant. Eccles. Hierar. cap. 5, p. 1, § 4. Ubi vide Scholia S. Maximi.

Ἀποκλήρωω, *ablego, exheredo*. Eccl. Hier. cap. 5, p. 1, § 1.

Ἀπόκλισις, *propensio*, seu *inclinatio*. Cœl. Hier. cap. 2, § 4.

Ἀποκρυφή, *latibulum*, *Mysticæ Theologiæ* cap. 1, § 2.

Ἀπολακτιζω, *calce serio, repello*. Epist. viii, § 1.

Ἀπολιθαίνω, *decido, corruo*, scilicet impingendo in aliquod offendiculum. De div. nominib. cap. 1, § 2.

Ἀπολίθησις, *lapsus, aberratio, exorbitantia*. Div. Nom. cap. 4, § 24.

Ἀπολύτως, *absolute*, id est sine restrictione. Div. Nom. cap. 2, § 1.

Ἀπομόργματα, *expressiones*, sive illa quæ expressa sunt, v. g. a sigillo, ut sunt signaturæ. Div. Nom. cap. 2, § 6.

Ἀπομύω, *claudio, occludo*. Divin. Nomin. cap. 4, § 25.

Ἀποπεράτωσις, *terminatio*, seu *limitatio*, ut dum cortis limitibus et terminis, quidpiam definitur ac circumscribitur; πέρας enim terminus est. Cœlest. Hier. cap. 15, § 6.

Ἀποσοβέω, *arceo, prohibeo, excludo*. Eccl. Hier. cap. 3, p. 3, § 7.

Ἀποταγή, *abrenuntiatio*, scilicet quæ sit Satanæ in baptismo et exorcismis. Eccl. Hier. cap. 2, p. 2, § 6.

Ἀπότομον, *rudem* seu *inconcisum*. Cœl. Hier. cap. 2, § 2. Vide ibidem Scholia Maximi.

Ἀπόφασις, *negatio*, seu sententia quæ per negationem effertur, ut v. g. cum dicitur: *Deus non est lapis*, etc. Græcus interpret explicat λόγος ἀποφατικός, ἀπόφασις, τινος ἀπό τινος, id est *sermo negativus, negatio alicujus de aliquo*. Huic opponitur κατάφασις, quæ est *affirmatio alicujus de aliquo*. Cœlest. Hierarch. cap. 2, § 3. *Mysticæ Theol.* cap. 3, ubi docet τίνες αἱ κατάφατικαὶ θεολογίαι, τίνες αἱ ἀποφατικαί, id est *quæ sunt negantes theologiæ, et quæ affirmantes*.

Ἀπρονόητον, *improvidum*. De divin. nominib. cap. 4, § 53.

Ἀπρόσδεξς, *minime egenum*. Cœl. Hier. cap. 15, § 2.

Ἀπρόσιτον, *inaccessum*, id est ad quod accedi non potest. Div. Nom. cap. 4, § 11.

Ἀπτικά δυνάμεις, *tactiles facultates*. Quid mystice designent, vide Cœlest. Hierar. cap. 15, § 3.

Ἀραρότως, *stabiliter*. Cœlest. Hier. cap. 1, § 2. Græcus interpret ἀρμοζόντως ἢ παγίως, ἑδραίως, id est *congruenter, vel solide, firmiter*.

Ἀργυροειδής, *argentiformis*, id est argenti speciem habens. Cœl. Hier. cap. 15, § 7.

Ἀρματα, *currus*. Quid mystice, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 8.

Ἀρμοστής, *concinuator*, qui omnia concinno et pulchro ordine disponit. Eccl. Hier. cap. 3, p. 3, § 14. Ita proprie (ut ait S. Maximus) vocat τὸν ἀρχοντα τῆς Ἐκκλησίας ἐπίσκοπον: *episcopum Ecclesiæ principem*, ad consuetudinem Lacedæmoniorum alludens, qui præfectos urbium nominabant

ἀρμοστάς, ut Athenienses ἀρμοστήρας, qui ad bene et præclare vivendum alios dirigerent.

Ἀρρενωπῶς, *viriliter*. Eccles. Hierar. cap. 2, p. 3, § 5.

Ἀρρεπῶς, *constanter, stabiliter, viriliter*. Cœl. Hier. cap. 15, § 1.

Ἀρχετυπία, *primæva formatio*, seu *forma primitiva*. Cœlest. Hier. cap. 2, § 4. Divin. Nomin. cap. 2, § 6.

Ἀρχέτυπον, *forma primigenia*. Eccles. Hierar. cap. 5, p. 3.

Ἀρχή παραδειγματική, *principium exemplare*; τελική, *finale*; ποιητική, *efficiens*; εἰδική, *formale*; στοιχειώδης, *elementare* seu *materiale*. Divin. Nom. cap. 4, § 10.

Ἀρχιερωσύνη, *pontificatus, principale sacerdotium*. Epist. viii, § 1.

Ἀρχιστράτηγος, *militiæ princeps*. Cœl. Hierar. cap. 2, § 1.

Ἀρχισύμβολον, *primum symbolum*. Sic vocat ven. sacramentum, quod inter symbola seu sacramenta primatum teneat. Eccl. Hierar. cap. 3, p. 3, § 1.

Ἀρχισυναγωγός, *primus collector, princeps synagoga*. Div. Nom. cap. 4, § 4.

Ἀρχίφωτον, *principium lucis*. Sic Deum Patrem appellat, qui principium est omnis lucis. Vox composita est ex ἀρχή, id est *principium*; et φῶς, id est *lux*. Cœlestis Hierarchiæ cap. 1, § 2. Vide ibidem Adnotationes et observationem generalem vii.

Ἀσκοπον, *scopo carens*, id est *vagum, erroneum, inconsideratum*. Div. Nom. cap. 4, § 52.

Ἀσημάτιστον, *infigurabile*, id est quod per figuram aliquam representari nequit. Cœl. Hierar. cap. 2, § 2, Div. Nom. cap. 1, § 1.

Ἀσχετος, *incomprehensibilis*. Vide S. Maximum in Scholiis ad cap. 7 Cœlest. Hierarch. § 4, in fine.

Ἀσυμμετρία, *improportio*. Divin. Nom. cap. 4, § 32.

Ἀσυμμίξια, *impermixtio*. De divin. nominib. cap. 4, § 7.

Ἀσύμφυρτον, *impermixtum*. Eccles. Hierarch. cap. 1, § 5.

Ἀσύστατον, *inquietum*, id est quod nullam habet consistentiam, aut statum fixum, sed semper mutat et variatur. De Divin. Nominib. cap. 2, § 6.

Ἀτελεύτητον, *sine fine*, id est quod non habet finem. Div. Nom. cap. 4, § 8.

Ἀτευξία, *frustratio, aberratio*. Divin. Nomin. cap. 4, § 34.

Ἀτρένωτον, *obscurum*, id est quod visus sive intellectualis sive sensitivus penetrare non valet. Div. Nom. cap. 4, § 11.

Ἀυθαίρετον, *arbitrii libertas*, sive potestas per se eligendi quidpiam. Eccles. Hierarch. cap. 2, p. 3, § 3.

Ἄυλος, *immaterialis* seu *expers materiæ*, ex a privante particula, quæ negat id quod post se relinquunt, et ὕλη, id est *materia*. Sumitur autem pro re spiritali, quod spiritus quam maxime a materia et omni materiali concretionem segregatus sit. Hinc mentis oculos, quibus spiritalia contemplantur, ἄυλους, vocat. Cœlest. Hierarch. cap. 1, § 2.

Ἀυτενέργητον, *per se operans*. Div. Nom. cap. 4, § 14.

Ἀυτοαγαθότης, *ipsamet bonitas*, sive per se bonitas, quæ essentia sua talis est, et non ab alio vel per participationem, ut sunt creatæ bonitates hominum et angelorum. Divin. Nomin. cap. 2, § 1.

Ἀυτοαγιότης, *per se sanctitas*. Div. Nom. c. 12, § 1.

Ἀυτοζωή, *per se vita*, id est non ab alio vitam habens uti nos, sed a se et per se. Divin. Nom.

cap. 2, § 8. Vide etiam cap. 6, et ibidem Adnotationes nostras, et Scholia sancti Maximi.

Ἀυτοκαλλοποιός, *per se pulchrificus*, Divin. Nom. cap. 14, § 6.

Ἀυτοκρατηρικόν, *per se victoriosum*, id est per se potens aliquid redigere in suam potestatem. Coel. Hier. cap. 15, § 2.

Ἀυτομετοχή, *per se participatio*. Divin. Nomin. cap. 5, § 5.

Ἀυτομοιώτης, *per se similitudo*. Divin. Nomin. cap. 5, § 5.

Ἀυτοσαφεία, *per se sapientia*. Divin. Nomin. cap. 5, § 5.

Ἀυτοὑπερούσιον, *per se supersubstantiale*. Divin. Nom. cap. 5, § 1.

Ἀυτοφυές, *nativum*, quasi per se natum. Myst. theol. cap. 2.

Ἀυτάρως, *per se lux*, id est non ab alio lucem accipiens, sed a se et per se talis. Divin. Nom. cap. 2, § 8.

Ἀφαίρεσις, *ablatio*, seu *negatio*. De div. nominibus cap. 2, § 4. Illam celebrat in Mystica theologia, cap. 2, ubi omnia de Deo negat; ubi vide exempla ablationis.

Ἀφθεγκτον, *ineffabile*, quod effari et explicari nequit, et

Ἀφθέγκτως, *ineffabiliter*, Div. Nom. cap. 1, § 1.

Ἀφιερῶν, *consecro, dedico*. Ecclesiast. Hierar. cap. 1, § 1.

Ἀφορίζεσθαι, *definire*. Div. Nom. cap. 4, § 7.

Ἀχάρακτον, *infiguratum*, id est tabula rasa, cui nihilum insculptum est aut inscriptum. Div. Nom. cap. 2, § 6.

Ἀχραντον, *intemeratum*, quod polluere aut violare nefas est; qualia sunt mysteria quae propagari non possunt. Eccles. Hierar. cap. 1, § 1.

B

Βάθος, *profunditas*. Quid in Deo sit, vide Div. Nom. cap. 9, § 5.

Βάρος, *gravitas, densitas*. Hinc βάρος τοῦ σκότους vocat *densitatem tenebrarum*. Divin. Nomin. cap. 4, § 5.

Βασιλεὺς βασιλέων, *Rex regum*. Quomodo Deus, vide Divin. Nom. cap. 12, § 3.

Βέβηλος, *impurus, profanus*. Epist. ix.

Βλέφαρα, *palpebrae*. Quid mystice designent, vide Coel. Hier. cap. 15, § 3.

Βὸς μορφῆ, *bovis forma*. Quid mystice, vide cap. 15 De coelest. hierarch, § 8.

Βουλητόν, *expetendum, desiderabile*. Div. Nom. cap. 4, § 32.

Βραχύλεκτος, *breviloquus*, sive brevi sermone expositus. Myst. theol. cap. 1, § 3, ubi ex sententia S. Bartholomæi docet, quod bona omnium causa, sive Deus, sit πολύλογος καὶ βραχύλεκτος, id est quod exprimitur multo sermone vel conceptu, et pauco atque etiam nullo, de quo vide Adnotationes nostras ad dictum locum, et Scholia S. Maximi.

Βραχύτης, *brevitas, tenuitas*. De divinis nominibus cap. 4, § 4.

Γ

Γαῦρον, *animositas, superbia*. Div. Nom. cap. 4, § 25.

Γετρὸς, *terrenus, terrestris*. Epist. iv.

Γεινιάω, *appropinquo*. De divinis nominibus cap. 4, § 50.

Γενουργόν, *generativum*, id est generandi vim habens. Div. Nom. c. 4, § 20.

Γουστικαὶ δυνάμεις, *gustandi facultates*. Quid mystice designent, vide Coelest. Hierarch. cap. 15, § 3.

Γεωμετρικὰ σκευή, *geometrica instrumenta*.

Quid mystice designent, vide Coel. Hier. cap. 15, § 5.

Γνόφος, *caligo*. Quid sit mystica caligo, vide Myst. Theol. cap. 1 et 2, et Epist. i et v, et ibidem Adnotationes nostras, et Scholia S. Maximi. Vocat autem S. Dionysius γνόφον ἀγνώστου, id est *caliginem incognoscibilitatis*, quia in seipsa nullam intellectualem lucem aut cognitionem admittit; vere autem *mysticam* appellat, quia intima est, et occulta illa conjunctio, ut nulla mens ejus rationem comprehendere possit. Si vero Deum per caliginem intelligas (ut revera intelligi potest), is quidem caligo ignoscibilitatis dicitur, quod ut in seipso est, a nulla creata mente in hac vita cognosci valeat.

Γνώσις, *notio, notitia, scientia*, Proprie in rigore philosophico accipitur pro scientia per syllogismum ac demonstrationem ratiocinando acquisita. Myst. Theol. c. 1, § 2 et 3. Vide ibidem Adnotationes et Scholia Maximi.

Γνωστικὴ ἀντίληψις, *scientifica apprehensio*. Myst. Theol. cap. 1, § 3, ubi γνωστικὰς ἀντιλήψεις, Perionius et Ambrosius vertunt *cognitionis et scientie praesidia*; Marsilius, *cognitorias perceptiones*; nostra, *scientificas apprehensiones*, id est notiones omnes, aut conceptus qui animo scientiam et cognitionem ingerere possunt.

Γονιμοποιόν, *secundans seu secundandi vim habens*. Coel. Hier. cap. 15, § 8.

Γόνιμος, *secundus, genitilis*. Ibidem.

Γονιότης, *secunditas*. De divinis nominibus cap. 1, § 4.

Γυμνασία, *exercitatio*. Per metaphoram ab exercitiis palæstricis, quæ a nudis fiebant. Div. Nom. cap. 2, § 9.

Γυμνόν, *nuditas*. Quid mystice significet, vide Coel. Hier. cap. 15, § 3.

Δ

Δευτεροφανῶς, *secundaria apparitione*, id est remissiore illustratione, et quasi luce refracta. Quanto enim illustratio per plures transit atque protenditur, hoc remissior fit et minus luculenta in inferioribus, et a primiluca irradiatione magis distantibus, uti pulchre ostendit S. Dionysius Coel. Hier. cap. 7 et 8 et 15, § 6.

Διαβάλλω, *crimino, traduco*. Divin. Nomin. cap. 4, § 11.

Διαβαμβέω, *strideo, tinnio, inanem sonitum edo*. Div. Nom. cap. 4, § 11.

Διαιρετικόν, *divisivum*, id est dividendi vim habens. Coel. Hier. cap. 15, § 5.

Διακεκριμένον, *distinctum*, et Διακεκριμένως, *distincte, non confuse*. Div. Nom. cap. 2, § 2.

Διακόσμησις, *adornatus*, seu *adornatio*, a verbo κοσμέω, id est *orno, ordino*. Hinc sanctus Dionysius coelestes hierarchias et ordines angelorum vocat ὀργανίας διακοσμήσεις, quod videlicet pulcherrimo ordine a Deo ordinatae sint atque adornatae, Coelest. Hierarch. cap. 2, § 1. Eandem ob causam S. Dionysius Eccles. Hierarch. cap. 2, clerum vocat ἱερὰν διακόσμησιν, *sacrum ornatum*, pulchritudinem, ordinem speciosum, paribus suis aptum et concinnum; ut quasi instructum et paratum exercitum intelligamus, et castrorum aciem ordinatam, quadrato veluti agmine gradientem. Sicut enim in militia varii ordines sunt, gradusque pugnantium, quorum alii sunt inferiores et reguntur, aliorum autem nutu et imperio bellicæ res administrantur; sic in hac militia clericatus et Ecclesiæ bellantis expeditione similiter fieri videmus.

Διάκρισις, *distinctio*. Div. Nom. c. 4, § 7.

Διακριτικαὶ δυνάμεις, *discernendi vires*. Coel. Hier. cap. 15, § 3.

Διάμετρον, *ex opposito*. Est autem diameter ἴνες

rectam figuram, qua longissime patet, ex aequo secans atque dimetiens. Epist. vii, § 2. Græcus interpretis exponit, τὸ ἀπὸ πέραςτος εἰς πέρας κατὰ πλάτος διάστημα, id est a fine usque ad finem secundum latitudinem distantia.

Διαπορθμευτικόν, *permeativum*, id est quod permeandi habet facultatem, a verbo διαπορθμέω seu διαπορθμεύω, id est trajicio, transveho, transfundo. Græcus interpretis τὸ διαπορθμεύεται exponit διαχομίζεται, διαπερᾶ, διατυπύεται, id est trajicit, transmeat, transformat. Cœlest. Hierar. cap. 15, § 6.

Διεσκαδασμένον, *dispersum, dissipatum, distractum*. Div. Nom. c. 4, § 4.

Διεδέστατον, *perspicacissimum*, vel maxime perspicuum, dilucidissimum. Græcus interpretis exponit διαφανέστατον, καθαρότατον, διαυγέστατον, λαμπρόν, id est manifestissimum, purissimum, splendidissimum, clarum. Cœlest. Hierarch. cap. 15, § 3.

Διαφερώντως, *excellenter, eximie*. Divin. Nom. c. 4, § 12.

Διεξοδικόν, *diffusum*, id est late patens, explicatum. Sanctus Dionysius διεξοδικῶς τέρως μαθητείας, id est *diffusas sacras disciplinas*, intelligit illas quæ prolixè explicant illa quæ succinete et breviter, per internam illustrationem aut divinam revelationem intellecta sunt. Cœlest. Hierarch. cap. 1, § 3. Vide ibidem Scholia sancti Maximi.

Διεξοδικώτερον, *fusius, prolixius*. Eccles. Hierar. cap. 1.

Διηκρινημένον, *bene digestum, bene distinctum, bene ordinatum*. Div. Nom. c. 3, § 2.

Δίκαιος, *justus*. Div. Nom. c. 4, § 10.

Δικαιοσύνη, *justitia*. Quid sit, et quæ ejus munia, vide Divin. Nomin. cap. 8, § 9, ubi ex professo agit de hac virtute.

Δόρατα, *hasta*. Quid designent, vide Cœlest. Hier. c. 15, § 5.

Δραστήριον, *efficax*, id est efficiendi vim habens, a verbo δράω, id est facio, quod verbum simul connotat aliquam fortitudinem et efficaciam in expeditè exsequendo id quod fit. Hinc δραστηρίως Græcus interpretis exponit ἐνεργῶς, ἐργαστικῶς, πρακτικῶς, id est *efficaciter, operanter, practice*, quæ omnia connotant effectum actioni conjunctum, ita ut actio minime irrita sit. Cœlest. Hier. cap. 15, § 2.

Δύναμις, *virtus, potentia*. Sumitur etiam pro ordine angelico secundæ hierarchiæ, et pro parte hierarchica. Cœlest. Hierar. cap. 3, § 1, et cap. 8 et 11. Ubi vide Adnotationes et Scholia sancti Maximi. Vide etiam Divin. Nomin. cap. 8, § 1, 2. Nota S. Dionysium, Cœl. Hierar. cap. 10, § 3, docere quamlibet cœlestem et humanam mentem in se continere πρῶτας καὶ μέσας καὶ τελευταίας δυνάμεις, id est *primas, et medias, et ultimas virtutes seu facultates*. Cap. 11 autem dicit omnes divinas mentes in tria dividi, scilicet εἰς οὐσίαν, καὶ δύναμιν, καὶ ἐνέργειαν, id est *in substantiam, et in virtutem, et in actionem*, hoc est ad earum perfectionem requiri ista tria, inter quæ hic est ordo, ut primo sit ipsa natura seu substantia; secundo, virtus seu potestas agendi; tertio, ipsa actio. Quare (ut bene in suis documentis adnotat Halloix noster) non intendit ibi S. Dionysius afferre divisionem generis in suas species, aut aliam similem; sed tantum divisionem et ordinem rerum necessariorum.

Δυναμοποιός, *potentificus*, seu qui potentem facit ad aliquid agendum. Sic Deum vocat ὑπερούσιον καὶ δυναμοποιόν δύναμιν, id est *superessentialem ac potentificam virtutem*. Cœlest. Hierarch. cap. 8, § 1.

Δυναμωνυμία, *potentiæ nominatio*. Divin. Nom. cap. 8, § 1.

Δυοειδής, *biformis*, id est duas formas habens. Divin. Nom. c. 4, § 21.

Δυσχέρεια, *absurditas, indecentia*. Divin. Nom. c. 4, § 12.

Δυσχερέστερον, *durius, absurdius*. Divin. Nomin. cap. 4, § 12.

E

Ἐγκάρδιον, *cordiale*, quod est in corde. Mysticæ Theol. cap. 3.

Ἐγκόσμιος, *mundialis*, id est qui in mundo est. Div. Nom. c. 1, § 6.

Ἐδρα, *sedes, sessio*. Quid in Deo, vide Div. Nom. cap. 9, § 8.

Ἐθναρχία, *gentilis principatus*. Epist. viii, § 1. Εἰδωλον, *imago, figmentum*. Divin. Nom. c. 4, § 12.

Εἰδοποιόν, *formificum*, id est quod formam tribuit. Div. Nom. c. 4, § 18.

Εἶδος, *forma, species*. Divin. Nomin. cap. 4, § 10. Εἰκονογραφία, *descriptio*, scilicet per imagines vel figuras. Cœl. Hier. c. 15, § 9.

Εἰρήνη, *pax*. Quid de Deo, vide Divin. Nom. cap. 11, § 1.

Εἰσαγωγή, *introductio*. Eccles. Hierar. cap. 2, p. 3, § 1.

Εἰσαγωγικῶς, *introductorie*. Eccles. Hierar. cap. 2, p. 1, § 2.

Ἐξέσιματώ, *terreo*. Eccles. Hierar. cap. 6, p. 1, § 1.

Ἐκθεωτικόν, *Dei expressivum*. Divin. Nomin. c. 2, § 7.

Ἐκπομπεύειν, *publicare, evulgare, arcana prodere*. Epist. viii, § 1.

Ἐκπρωσις, *dilapsio*. Div. Nom. c. 4, § 12.

Ἐκστασις, *excessus*, scilicet mentis, dum præ amoris vehementia, et intellectus intentione quis usu sensuum destituitur, rei amatæ contemplatione totus absorptus, uti contemplativis sæpe accidit. Spiritualis autem vitæ scriptores exstasim definiunt animæ abstractionem a potentiis sensitivis, et aliquando etiam intellectualibus, seu earundem suspensionem, divinæ gratiæ vi, qua anima maximis luminibus, seu divinarum rerum cognitionibus illustratur. Vide Divin. Nomin. cap. 4, § 13, et cap. 1 Mystic. Theolog. et ibidem Adnotationes et Scholia S. Maximi.

Ἐκστατικῶς, *exstasticus*, id est exstasim faciens aut patiens. Divin. Nom. c. 4, § 13.

Ἐκτύπωμα, *figura expressa*, v. g. signatura sigilli. Div. Nom. c. 2, § 5.

Ἐκφάνω, *patesfacio, manifesto, enarro*. Utitur autem fere hoc verbo Dionysius, cum de mystica aliqua manifestatione agitur, sive per symbola sive per intellectilem irradiationem arcani quidpiam cognoscitur, quod antea ignotum et occultum erat, et humanum captum naturalem excedebat. Cœl. Hierar. cap. 1, § 2, et cap. 5, ubi angelos vocat virtutes ἐκφαντορικῶς, *divinorum internuntias atque interpretes*, cujus viri sapientiam docte exponens B. Maximus, divinitus in hunc modum pronuntiat: Ἄγγελοι sacros homines attollunt ἐπὶ τὰς ἐγνωσμένας αὐτοῖς θείας ἀγάς, *ad cognitos sibi divinos splendorum*. Quod non modo capiendum est de fidei arcanis, in quibus sapienter intelligendis juvant maxime religionis antistites, et, ut ait idem S. Maximus, παιδαγωγικῶς χειραγωγοῦσι, *pedagogi in morem instruunt*, et veluti manu ducunt; verum etiam illud ipsum beneficium ad omnium ordinum homines referendum est, quibus ut tutelares præfecti sunt.

Ἐκφαντορία, *explanatio, seu manifestatio*. Vide supra verbum ἐκφάνω, a quo derivatur, et Scholia S. Maximi in Cœlest. Hierarch. cap. 2, § 1.

Ἐκφαντορικῶς, *explanatione*. Divin. Nom. cap. 1, § 4.

Ἐλευθεροπροπεῶς, *liberaliter*, id est ut liberum decet. Cœl. Hier. c. 8, § 1.

Ἐλικσειδής, *obliquum*. Quid in Deo, vide Div. Nom. c. 9, § 9.

Ἐλικσειδῶς, *oblique*. Div. Nom. c. 4, § 9.

Ἐλλαμψις, illustratio. Hoc modo Scripturam appellat, tum quia per divinam inspirationem et Spiritus sancti illustrationem dictata et conscripta est, tum quia mentem hominum illuminat et illustrat, de rebus divinis illam instruens, et de agendis ac omittendis erudiens. Cœl. Hier. cap. 1, in titulo. Vide ibid. Adnotationes.

Ἐλλειψις, defectio. Div. Nom. c. 4, § 20.

Ἐμπαθής, passionatus, seu vitiosis passionibus implicatus et addictus. Sumitur enim in malam partem, v. g. de affectionibus irrationalibus et inordinatis hominem dedecentibus, et divinæ ac naturali legi adversantibus. Cœlest. Hierar. cap. 2, § 4.

Ἐμπρηστής, incensor. Cœl. Hier. c. 15, § 2.

Ἐμφέρεια, similitudo. Proprie dicitur de interna similitudine, verb. g. spirituali, qualis est animæ ad Deum, quæ intrinsicè in mentis apice maxime relucet, præsertim gratiæ donis supernaturalibus; quæ similitudo ad Deum cum intus circumferatur, pulchre ἐμφέρεια nuncupatur. Cœlest. Hierar. cap. 2, § 3; Divin. Nomin. cap. 2, § 8.

Ἐμπερής, similis. Div. Nom. c. 2, § 7.

Ἐμφουσήσαι, insufflare. Dicitur proprie, cum exorcista dæmonem conjurat. Eccl. Hier. c. 2, p. 2, § 6.

Ἐν, unum. Quomodo de Deo dicatur, vide Div. Nom. c. 13, § 2.

Ἐναγής, impurum, execrabile, opponitur καθαρόν, id est puro, seu mundo, vide Mystic. Theol. cap. 1, § 3. Ubi nota per pura res intellectuales accipi, utpote ab omni corruptibilis materiæ fæce expurgatas; per impura vero res corruptioni obnoxias.

Ἐναγέστατον, sacerrimum, id est maxime detestabile. Eccl. Hier. c. 3, p. 3, § 7.

Ἐναπομόργνομαί, imprimo, inculco, instillo. Epistol. ix, § 1.

Ἐναρμονίως, concinne, congruenter, id est concinna proportione. Eccles. Hierar. cap. 3, p. 3, § 5; Div. Nom. c. 1, § 2.

Ἐναρχία, principium unitatis, seu uniprincipatus, a quo nimirum omnis unitas proficiscitur. Divin. Nomin. cap. 2, § 4, ubi vocat Deum ὑπὲρ ἐναρχίαν ἐνότητα, unitatem quæ est supra principium unitatis.

Ἐνδότης, intimitas, formatum ab ἐνδον, quod est intus, conjunctum autem cum voce ἐνική idem significat quod intima unitas, quæ rebus spiritualibus cum primis congruit, quorum splendor omnis ab intus est, et maxime unitæ sunt et gaudent unitate ac simplicitate. Cœlest. Hierar. cap. 1, § 2. Vide ibidem Scholia sancti Maximi.

Ἐνδύναμον, validum, potens. Div. Nom. cap. 4, § 32.

Ἐνέργεια, afflatio, et quasi interna quædam spiritus inoperatio, sive a bono spiritu illa existat, sive a malo. Unde a dæmone obsessi vocantur ἐνεργούμενοι. Eccles. Hierar. cap. 1, § 1. Aliquando etiam angelos vocat ἐνεργείας, id est operationes, scilicet spirituales, et ipsam hierarchiam delinuit esse τάξιν, ἐπιστήμην, καὶ ἐνεργείαν, id est ordinem, scientiam et operationem. Vide de his cap. 3 Cœl. Hierar. § 1, et ibid., Adnotationes ac Scholia S. Maximi.

Ἐνθεός, divinus, divino numine afflatus, qualis proprie est quilibet mysticus theologus, dum cum S. Paulo excedit e se Deo, et a semetipso rebusque omnibus extrinsecis amotus, per amorem et affectum totus est in Deo, et Deus in ipso; quod vox illa significanter insinuat Cœlest. Hierar. cap. 2, § 5 in fine et passim sibi.

Ἐνταῖος, unitus, collectus. Sic monachos vocabat, utpote qui a divino vitæ genere et turbulento divisi, eum statum complectebantur, cujus proprium sit ἐνοποιεῖσθαι, unum fieri, et contendere, quantum fas est, εἰς θεοειδῆ μονάδα, ad divinam unitatem. Hoc enim spectabant unum, ut ab omnibus mundi rebus exuerent se, et a corporis item obsequio et

indulgentia discederent, denique totos se referrent in Deum, et felicissima unione fierent simplicissimi.

Ἐνταῖως, unite, singulariter. Eccl. Hierar. c. 3, p. 1, § 4.

Ἐνδοῦω, insero, implecto. Divin. Nomin., cap. 4, § 12.

Ἐνιζάνων, ingerens, a verbo ἐνιζάνω, insideo, inhæreo. Cœlest. Hierar. c. 2, § 2. Vide ibidem Scholia S. Maximi.

Ἐνιζάνω, insideo, inhæreo. Cœlest. Hierar. cap. 2, § 2.

Ἐνισχημένος, irretitus, implicatus, scilicet qui adhærescit alicui rei. Mystic. Theolog. cap. 1, § 2.

Ἐνοειδής, uniformis. Eccles. Hierar. cap. 2, p. 3, § 5.

Ἐνοποιὸς δύναμις, unifica vis. Componitur ex ἐν, id est unum, et ποιέω, id est facio. Significanter sic vocat divinam illustrationem et gratiam, cui quædam divinitus vis insita est hominem cum Deo conjungendi et unificandi. Cœlest. Hierar. cap. 1, § 1 et 2. Vide ibidem Adnotationes.

Ἐνότης, unitas. Divi. Nom. c. 2, § 4.

Ἐντροχής, agilis, velox. Cœlest. Hierar. cap. 15, § 8.

Ἐνωσις, unio, unio. Divin. Nomin. cap. 1, § 1, ubi docet nos rebus ineffabilibus et ignotis modo ineffabili ignotoque conjungi κατὰ τὴν κρείττονα, τῆς καθ' ἡμᾶς λογικῆς καὶ νοερᾶς δυνάμεως καὶ ἐνεργείας ἔνωσιν, secundum eam unionem præstantissimam, quæ vim omnem ac potentiam nostræ aut ratiocinationis, aut intellectionis excedit. Quod Perionius vertit, unione, quæ sensum nostrum, mentemque et actionem multum superat; Scotus et Sarracenus, secundum meliorem nostræ rationabilis et intellectualis virtutis et operationis unionem. Hac vero unione summum perfectionis gradum acquirimus, nam per eam in unum, a quo egressi sumus, regredimur, uti pulchre docet sanctus Dionysius Mystic. Theolog. cap. 1, § 3 in fine. Huc spectat illustre illud dogma Pythagoricorum: Oportere hominem unum fieri; quod si philosophica et Christiana simul ratione explicare liceat, dicenda est duplex esse animæ unitas; humana scilicet, quæ illi propria est, quamque ipsam esse animæ essentialiam delinivit Proclus; utpote quæ in se, aut facultatum aut operationum distinctionem non admittat; et divina, quam Apostolus unitatem spiritus cum Deo esse dixit: Qui adhæret Deo, inquit, unus spiritus est, intellige mystice, quamque Christus Dominus, unum necessarium vocavit, eandemque suis apud Patrem exoptavit, quasi æternam, quam cum Patre habet, unitatis imitatricem. Joan. xvii.

Ἐνωτικόν, unitivum, id est uniendo vim habens. Divin. Nomin. cap. 4, § 6.

Ἐξέλιπον, eximium, stupendum. Epistol. viii, § 2.

Ἐξέλιπης, subitò, repente. Cœl. Hier. c. 15, § 2. Vide vim hujus vocis explicatam in epist. iii. ad Caium, et ibidem consule nostras Adnotationes et Scholia S. Maximi.

Ἐξημμένον, dependens. Divin. Nomin. cap. 4, § 28.

Ἐξίς, habitus, status. Eccles. Hierar. cap. 4, p. 3, § 10.

Ἐξολισθαίω, dilaber, excido, exorbito. Divin. Nom. cap. 4, § 12.

Ἐξορχεῖσθαι τὰ Ἁγία τῶν ἁγίων, explodere Sancta sanctorum, id est arcana sacra profanis pro-palare, ac secreta prodere. Proprie significat, extra chorum saltare. Sacra autem solent in choro tractari, loco a communi populo segregato. Qui itaque illa profanis evulgat, quasi extra chorum cum iis saltat et contemnerat. Minus proprie vertunt, Scotus, Sancta sanctorum reverari; Perionius, enuatiare; Sarracenus, extra terminum suum mittere. Eccl. Hier. cap. 1, § 1.

Ἐξουσιαστικός, potentifiscus, id est potentiam con-

ferendi vim habens. Derivatur ab ἐξουσία, id est potentia seu facultas. Cœl. Hierar. cap. 8, § 1. Ibidem in eadem significatione vocat Deum ἐξουσιουπόδον ἐξουσιάρχην, id est potentificæ potestatis principatum.

Ἐπαναβαθμός, gradus quo sacrum ascenditur. Eccl. Hier. cap. 7, p. 3, § ultimo.

Ἐπαναστρέφω, revertor. Epist. vii, § 2.

Ἐπανορθωτική παιδεία, correctrix disciplina, id est quæ corrigendi vim habet. Cœl. Hierar. cap. 13, § 5.

Ἐπαφή, tactus. Divin. Nom. c. 4, § 10.

Ἐπέκεινα, ulterius, supra. Divin. Nom. cap. 4, § 16.

Ἐπιβοάω, inclamo, invoco. Epist. viii, § 1.

Ἐπιείκεια, aquabilitas, benignitas. Epist. viii, § 1.

Ἐπιεικώς, æquabiliter, mansuete, benigne. Epist. viii, § 1.

Ἐπιθυμία, concupiscentia. Quid mystice sit, vide Cœl. Hierar. cap. 15, § 8.

Ἐπιήθεια, affluentia. Cœlest. Hierar. cap. 15, § 9.

Ἐπιστήμη, scientia. Accipit sæpe per excellentiam pro propria scientia hierarchica, designans hierarchicam esse scientiam. Vide cap. 3 Cœlest. Hierarch. § 1, et ibidem S. Maximum. In primis autem pontificibus attribuit ἐπιστήμην τελειωτικήν, scientiam perfectam, et perficiendi vim habentem, et alias θεοπαράδοτον, a Deo traditam, ne quis putet omne genus scientiarum, etiam curiosarum atque inutilium, in eos convenire. Quare magnus Dionysius, cum Eccles. Hierar. cap. 1, hierarcham seu pontificem describit, non illum esse vult de schola rhetorem; non geometriæ peritum, non fabellarum opificem poetam, non astrologum aut musicum, sed ait esse virum divino afflatum numine, ipsumque divinum καὶ πάσης ἱεράς ἐπιστήμης γνώσεως, qui omni sacra scientia sui præditus.

Ἐπιστημονικώς, scientificæ, scite. Eccl. Hierar. cap. 5, p. 1, § 4.

Ἐπιστρεπτικόν, conversivum, id est convertendi vim habens. Div. Nom. c. 4, § 6.

Ἐπιστρεπτικώς, conversivè. Divin. Nomin. cap. 4, § 10.

Ἐπιστροφή, conversio. Divin. Nomin. cap. 4, § 12.

Ἐπισυνίσταμαι, conjuro, conspiro. Epistol. viii, § 1.

Ἐποχστεύειν, derivare. Cœlest. Hierarch. cap. 3, § 3.

Ἐπωνομία, denominatio. Divin. Nomin. cap. 4, § 10.

Ἐράω, amo. Divin. Nomin. cap. 4, § 11.

Ἐρυθρόν χρώμα, rubeus color. Quid mystice, vide Cœlest. Hierar. cap. 15, § 7.

Ἐρως, amor, et quæ sit vis ac significatio hujus vocis, et an idem sit quod ἀγάπη, seu dilectio, vide Divin. Nomin. cap. 4, § 11 et 12; ibidem Scholia S. Maximi, et Paraphrasim Pachymææ, nec non P. Petrum Halloix, qui tomo II, in quæstione 2, de Operibus S. Dionysii, sub medium, pulchre notavit ista verba: γράφει δὲ καὶ ὁ θεὸς Ἰγνάτιος: Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταυρώται, id est: scribit autem divinus Ignatius: Meus amor crucifixus est, cum ab aliquo in margine adnotata fuissent, in textum irrepsisse. Sine illis enim sensus constat, imò plenior est, et cessat difficultas quæ obicitur exinde, quod, dum hæc scriberet S. Dionysius, nondum Ignatii epistolæ, aut scripta exstarent.

Ἐρωτικώς, amatorie, amabiliter. Epist. viii, § 1.

Ἐσθῆς πυρώδης, vestis ignea. Quid in angelis desinet, vide Cœlest. Hierar. cap. 15, § 4.

Ἐστίασις. Græcus interpres, εὐωχία, εὐφροσύνη, χαρά, id est convivium, jucunditas, gaudium, a verbo ἐστίασμαι, epulor. Cœlest. Hierarch. cap. 7, § 4.

Ἐτερον, aliud. Quomodo de Deo dicatur, vide Divin. Nom. cap. 9, § 5.

Ἐτερότης, diversitas. Eccl. Hierar. cap. 1, § 1. Divin. Nom. cap. 4, § 7.

Ἐυαρμοσσία, concinnitas, bona proportio. Divin. Nom. cap. 4, § 7.

Εὐδιάχυτον, fusile, id est quod facile funditur. Div. Nom. cap. 2, § 6.

Εὐζωία, integritas vitæ, bene vivendi ratio. Eccl. Hierar. cap. 2, p. 3, § 1.

Εὐθύγραμμον, rectilineum, recte scriptum. Divin. Nom. cap. 4, § 14.

Εὐθημοσύνη, rectus ordo. Divin. Nomin. cap. 8, § 5.

Εὐχοσμία, concinnitas, pulcher ornatus. Cœlest. Hierar. cap. 15, § 4, et in Ecclesias. Hierarch. τῶν θείων εὐχοσμίαν, elegantem rerum divinarum descriptionem vocat id quod S. Ignatius in Epist. ad Smyrnenses εὐταξίαν, id est probam ac decentem ordinem in Ecclesia nuncupat. Alij τὸ εὐσχημα, concinnam et decoram honestatem, unde magna quædam rebus divinis pulchritudo et majestas conciliatur. Atque hoc est quod S. Paulus, I Corinth. xiv, inculcat, dum ait: Ὅμνία εὐσχημόως καὶ κατὰ τάξιν, honeste et secundum ordinem fiant in vobis. Nihil enim (ut in eum locum ait S. Chrysostomus) sic ædificat, ὡς εὐταξία, ut aptus omnium ordo, pulchritudinis et decori opifex, et insigne mentis omni ex parte compositæ.

Εὐλάβεια, reverentia, veneratio, religio. Divin. Nom. cap. 3, § 3.

Εὐμήχανον, facile factu. Cœlest. Hierarch. cap. 15, § 8.

Εὐσμος, bene olens, Eccles. Hierar. cap. 4, p. 2, ubi Orientis Ecclesiæ ritum consecrandi unguentum describens, ait fieri ab hierarcha εὐοσμὸν περιγωγῆν, odoratam lustrationem, et eundem sacro unguento suavissimi odoris in omni fere pontificio munere fuisse usum, in eorum sanctissimo ritu quæ consecrantur. Cujus rei mysterium laus ibidem in Contemplatione declarat.

Εὐπάθεια, bona affectio. cap. 15, § 9.

Εὐσταθής, bene ordinatum. Eccles. Hierar. cap. 5, p. 1, § 1.

Εὐτόπωτον, figuratu facile. Divin. Nomin. cap. 2, § 6.

Εὐχαριστία, gratiarum actio κατ' ἐξοχήν. Venerabile sacramentum altaris, quod simul est sacrificium ad Deo gratias per illud exhibendas institutum; quapropter cum summa gratiarum actione frequentandum, uti S. Dionysius Eccles. Hierarch. cap. 3, p. 2 et p. 3, sub finem, pulchre docet.

Εὐωχία, convivium. Quid mystice, vide Epist. ix, § 5.

Ἐφαρμογαί, congruentiæ, concinnitates. Divin. Nom. cap. 4, § 7.

Ἐφεςις, desiderium, appetitus. Græcus interpres ἐπιθυμία.

Ἐφιέραι, desidero, cupio, concupisco. Div. Nom. cap. 4, § 18, 19.

Ἐφικτόν, S. Maximus δυνατόν, id est possibile. Græcus interpres, κατάληπτον, comprehensibile. Cœlest. Hierar. cap. 1, § 2, et c. 3, § 1.

Ἐφορος, præses, gubernator, director, inspector. Myst. Theol. c. 1, § 1.

Z

Ζῆλος, zelus, æmulatio, fervens amor. Divin. Nom. cap. 4, § 13.

Ζηλωτής, zelotes, æmulator, fervens amator. Div. Nomin. cap. 4, § 13. Hoc nomen expendens S. Dionysius, ait, ζηλωτὴν vocari Deum, ut magno et benigno in ea quæ sunt amore præditum, ut eundem quoque zelum studiumque excitantem amatorii ipsius desiderii, quo divini homines et Numinis in terra vitam imitantes ardere solent.

Ζηλωτόν, valde amabile, id est quod ferventi

amore et æmulatione dignum est. Divin. Nomin. cap. 4, § 13.

Ζυγά, *lances*. Divinam providentiam ac gubernationem vocat θεαρχικά ζυγά, id est *lances divino-principales*, quia nimirum Deus omnia facit in pondere et mensura. Div. Nomin. c. 4, § 3.

Ζωαρχικόν, *vitam initians, quod vitæ principium est*. Ita S. Dionysius merito appellat sacrum corpus beatissimæ Virginis ζωαρχικόν καὶ θεοδόχον σώμα. Nam, ut dixi, ζωαρχικόν sonat id quod est principium vitæ; atqui Christus est vita (ut se ipse appellavit Joannis xiv: *Ego sum via, veritas et vita*) et si Deipara est illi principium generationis, certe etiam dici potest principium vitæ. Div. Nomin. c. 3, § 2, et c. 6, § 3.

Ζωή, *vita*. De hac vide caput singularem Divin. Nom. c. 6.

Ζώναι, *zonæ*. Quid spiritualiter designent, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 4.

Ζωογόνον, *vivificum, viviparum*. Divin. Nomin. cap. 2, § 7.

Ζωοδότης, *vitæ dator*. Eccles. Hierarch. cap. 2, p. 3, § 7.

Ζωοποιεῖν, *vivificare*. De divinis nomin. cap. 2, § 1.

Ζωοποιόν, *vivificum*. Cœl. Hier. cap. 15, § 9.

Ζωόπυρον, *vitalis ignis, id est qui viventibus motum subministrat, et vitam conservat; per quem significanter exprimit calorem vitalem, quem pulchre vocat ζωόπυρον θερμότητα*. Cœlest. Hier. cap. 15, § 2.

II

Ἡβώσα ηλικία, *pubescens ætas, quid mystice designet, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 3.*

Ἡγαπημένος, *dilectus*. Hoc nomine Dionysius S. Joannem salutat (Epist. x, quam ad illum scribit) ut reficit ei in memoriam dilectionis ejus, qua illum Christus prosequabatur, et qua ipse sic delectabatur, ut se vocaret *discipulum quem diligebat Jesus*, scilicet ἀντονομαστικῶς, Joannis xxi, 7.

Ἡγεμονικόν, *ducale, regale, id est ducendi ac regendi habens potestatem*. Cœlest. Hierar. cap. 15, § 5.

Ἡλέκτρον εἶδος, *electri species; quid mystice, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 7.*

Ἡλιοβολία, *solaris jactus, seu solis evibratio, qua radios suos trajicit*. Cœlest. Hierarch. cap. 15, § 8.

Ἡλιος, *sol, quem sic appellatum ait Dionysius De divinis nominibus cap. 4, § 4: "Ὅτι πάντα ἀολῆ ποιεῖ, καὶ συνάγει τὰ διεσχεδασμένα, id est quod omnia servet salva, et congreget dispersa. Ubi vide pulchram descriptionem solis ejusdemque pulchritudinis atque utilitatis, et anagogicam ejusdem explicationem.*

Ἡλιος τοῦ Εὐαγγελίου, *sol Evangelii*; sic S. Joannem appellat epistola x. Primo propter claritatem in ejus prædicatione et comprobatione; secundo ex spiritu prophetico, quo præsciebat eum scripturam novum Evangelium, per quod inter evangelistas, ut sol quidam, emineret, et tenebras, quæ de Christi erant divinitate, simulque nonnullorum mysteriorum in aliis evangelistis caliginem, sua luce dissiparet. Vide ibidem nostras Adnotationes.

Ἡλιότευκτον, *a sole fabricatum seu productum. Sic radios solares vocat Ἡλιότευκτους ἀγῶγαι*. Eccles. Hierar. cap. 2, p. 1, § 1.

Ἡλιούπολις, *Helioptolis, id est civitas Solis. Urbs est Ægypti, epist. vii, § 2. Vide ibidem Adnotationes et Scholia S. Maximi.*

Ἡνωμένως, *unite*. Div. Nom. cap. 2, § 1.

Θ

Θέξ, *visio, intuitio*. Mystica Theol. cap. 2.

Θέαμα, *spectaculum*. Eccles. Hierar. cap. 2, p.

3, et Mystica Theolog. cap. 4. Hæc vox tam visionem, quam rem ipsam quæ videtur, significat. Nota autem in doctrina Dionysii tria genera spectaculorum, nimirum symbolica, intelligibilia et mystica. Symbolica sunt similitudines ex corporeis desumptæ, quibus divina modo nobis accommodato exprimentur, et ad symbolicam theologiam pertinent. Intelligibilia sunt, quæ menti nostræ objecta sunt, et intellectuali conceptione apprehenduntur, ut sunt divinæ hypotyposes, et divina nomina, de quibus vide caput 1, De divinis nominibus, et ibidem nostras Adnotationes. Mystica sunt divina ipsa, quæ omnium negatione cognoscuntur, imo et super negationem, intima cum ipsis unione apprehenduntur; de quibus vide cap. 1 Mystica Theologia, et ibidem nostras Adnotationes.

Θεανδρική ἀνέργεια, *Dei virilis operatio*. Hæc est propria Christi. Epist. iv. Vide ibidem Adnotationes, et Scholia S. Maximi.

Θεαρχία, *Dei-principatus, vel principium divinitatis*, ita divinitatem solet appellare, quippe a qua nobis et angelis participatio quædam divinitatis per gratiam vel gloriam communicatur. Cœl. Hier. cap. 1 et 2.

Θεαρχικός, *divino-principalis*. Formatur ex vocibus Θεός et ἀρχή. Frequenter autem S. Dionysius hac voce utitur, ad conceptuum suorum sublimitatem significanter explicandam, et, munerum divinarum excellentiam demonstrandam. Sic divinam illustrationem vocat θεαρχικήν ἀκτίνα, id est *radium divino-principalem*, tum quia a Deo proficiscitur, et ad eundem nos subrigit; tum quia præcipuum quoddam Dei donum est, et prorsus divinum, quippe nos ad Deum colligens, et reddens nos divinos. Cœlest. Hierar. cap. 1, § 2.

Θέλξις, *illecebra*. Eccles. Hier. cap. 3, p. 3, § 7.

Θεμελιωτικόν, *fundamentum, id est fundamētum vim habens*. Cœl. Hier. cap. 15, § 5.

Θεογενεσία, *nativitas divina, sic appellat baptismum quo Christo renascimur*. Eccles. Hierar. cap. 2, p. 1, § 1, et p. 3, § 1.

Θεογόνος, *Deum generans, Deigenus*. Div. Nom. cap. 2, § 1, et 7, ubi ait Filium et Spiritum sanctum esse τῆ; θεογόνου θεότητος εἰ οὕτω χρῆ φάναι, βλαστοῦς θεοφύτους. *Deigenæ divinitatis, si ita dicendum sit, germina Deo oriunda*. Secundum hoc corrige nostram versionem, quæ minus proprie in textu sic habet: *Quasi Dei prolem, et si dictu fas sit, quasi germina divina.*

Θεοδόχον, *Dei susceptivum, sive Dei conceptaculum*. Recte sic Dionysius appellat corpus Deiparæ Virginis, eo quod Deum in utero conceperit et gestaverit. De divinis nominibus cap. 3, § 2.

Θεοεἶδεια, *Deiformitas*. Cœlest. Hierar. cap. 8, § 1.

Θεοειδής, *Deiformis*. Compositum ex Θεός, id est *Deus*, et εἶδος, id est *forma seu species*. Hæc autem Dei forma est ipsamet gratia habitualis, per quam Deo conformamur, et supernaturalis animæ forma existit, ut passim theologi apud D. Thomam 1-2. Frequens est hujus vocabuli usus apud S. Dionysium Cœl. Hier. cap. 1, § 5, et passim alibi.

Θεόκριτος, *a Deo electus, sive divino judicio designatus*. Epist. viii, § 1.

Θεόληπτος, *Deo afflatus*. Eccles. Hierar. cap. 2, p. 2, § 7.

Θεολογία, *sermo de Deo*. Eccles. Hierar. cap. 1, § 1, et passim alibi. Hoc autem nomen theologiae per excellentiam primum competit sacris Evangelis, quæ non tantum de Deo, sed ipsiusmet Dei, scilicet Christi, sermo sunt. Proximus post eum sermo est eorum, qui Christum propter ejus erga humanum genus amorem viderunt, et ipsi sermones ejus audiverunt. Post hos, qui illos primos et secundos sermones exposuerunt, et deinceps consecuti sunt, dummodo quæ tradant, cum septem synodis œcumenicis consentiant, ita ut nihil amplius intelligi ut,

noque quidquam detrahant, quod diris execrationibus vetitum est.

Nota autem veteres *theologiam* proprie vocasse mysterium Trinitatis (sicut *œconomiam* mysterium Incarnationis, de quo suo loco vide vocabulum *Ὀικονομία*). Sanctus Dionysius De divin. nomin. cap. 2. duplicem theologiam agnoscit, nempe *ἡνωμένην καὶ διακεκριμένην*, id est *conjunctam et discretam*. *Conjunctam* seu unitam vocat eam, cujus est ea quæ in Deo indistincta sunt, totique Trinitati communia, contemplari; ejusmodi sunt essentia divina, divinæ proprietates seu attributa, opera omnia *ad extra*, quæ toti Trinitati conveniunt. *Discretam* vero, quæ discreta et distincta in Deo speculatur ac celebrat; qualia sunt divinæ hypostases, processiones personarum, attributa naturalia, et quæcunque divinæ alicujus personæ propria sunt. Sic Mystic. Theolog. cap. 3. vocat τοῦ Πνεύματος θεολογίαν, id est *Spiritus sancti theologiam*, ea quæ ejus personæ propria sunt. Porro theologiam rursus dividit in *καταφατικὴν*, id est *affirmantem*, καὶ ἀποφατικὴν, id est *negantem*, scilicet secundum duplicem viam qua in Dei cognitionem pervenitur, de quibus vide suis locis in lib. De divin. nomin. et Myst. Theol. cap. 3, 4, 5.

Θεολόγος, theologus, sive qui de Deo rebusque divinis disserit. Hoc nomen ἀντονομαστικῶς competit S. Joanni evangelistæ: ad quem est epist. x. Vocat quoque absolute sic apostolos et prophetas Veteris Testamenti, Cœl. Hier. cap. 10, et alibi.

Θεομιμησία, Dei imitatio. Cœl. Hierar. cap. 13, § 3.

Θεομίμητον. Idem. Cœl. Hier. cap. 3, § 2.

Θεομιμητῶς. Idem adverbialiter. Eccl. Hier. cap. 3, p. 3, § 3. Hanc autem divinæ mentis imitationem vulgo Patres in virtutibus collocant, non tamen omnibus, sed iis maxime, quæ præstanti quadam magnitudine excellentiaque sunt mirabiles; ut in amore erga Deum. Est enim opifex mirabilis amor, qui animorum commutationem et transformationem scite et potenter machinatur. Præclare Synesius epistol. xxxi: Ἡ μίμησις, οὐκ ἐπιπέσει ἐστίν. *Imitatio, familiaritatis et amicitiae conciliatio est, et conglutinat amantem illi quem imitatur*. S. Dionysius, Cœlest. Hier. cap. 3, illam Dei imitationem, de qua loquimur, positam esse vult in *zelo animarum*, et salute hominum quærenda. Alii denique illam Dei imitationem ad *castimoniam* referunt. Hinc Methodius apud Photium dictam vult esse *παρθενίαν, virginitatem*, quasi *παρὰ θεῶν*, unius aut alterius litterulæ commutatione, ut quæ sola illum, qui virginitatis intemerata continet mysteria. Θεῷ ἀπειχάζεται, *Deo assimilatur*.

Θεοπαράδοτον, divinitus traditum. Sic traditiones divinas, θεοπαράδοτους λόγους appellat, quos Eccl. Hier. cap. 1, æquiparat, et tantum non præfert Scripturis sacris. Item Eccles. Hierar. cap. 2, p. 1, § 1.

Θεοπάτωρ, Deipater. Epist. viii, § 1. Sic vocat Davidem, propter Christum qui secundum carnem est ex Davide. Cum autem Christus sit Deus, et David progenitor seu pater Christi, utique, propter idiomatum in Christo communicationem, David dicitur pater Dei. Unde sequitur, quod si David pater Dei vocetur propter Christum ex ejus semine descendentem, multo magis Mariam vocandam esse matrem Dei, utpote revera θεοτόκον, propter eundem Christum, non remote uti ex Davide, sed proxime et conjunctissime e virgineo suo sanguine procreatum.

Θεοπλαστία, Deiformatio, seu formatio quæ sit a Deo. Divin. Nomin. cap. 2, § 8, ubi sic vocat ipsius humanæ naturæ Jesu in virginis utero formationem.

Θεοποιόν, Deificum, compositum ex Θεός, id est *Deus*, et ποιέω, id est *facio*. Frequens est istiusmodi compositionis usus Dionysio. Cœl. Hier. cap. 1,

§ 1, et passim alibi. Vide ibidem Adnotationes nostras.

Θεοπροπέτης, Deum decens. De divinis nominibus cap. 2, § 1, 2.

Θεοπτία, Dei visio. Epist. viii, § 1.

Θεοπτικὸς, Dei-visivus, id est Deum videns. Sic vocat ordinem pontificum, et eos quibus competit mysteria intueri. Eccl. Hier. cap. 5, p. 1, § 5.

Θεοδότημοςύνη, divina institutio. Eccl. Hier. c. 2, p. 3, § 1.

Θεός θεῶν, Deus deorum. Quomodo sic dicatur Deus verus, vide Divin. Nom. cap. 12, § 4.

Θεοσημεία, divinum ostentum seu portentum. Epist. vii, § 2.

Θεοσοφία, divina sapientia. Mystic. Theolog. cap. 1, § 1, sic appellat mysticam theologiam, quæ cognitio est rerum altissimarum per altissima principia; quam jure merito divinam appellat. Primum, quia a Deo est, utpote Spiritus sancti donum; deinde, quia circa Deum præcipue versatur; denique, quia scientiæ Dei, qua seipsum cognoscit, et scientiæ beatorum subalternatur.

Θεότης, deitas, seu divinitas. Nota cum Hersentio vocem hanc in Dionysii Theologia quadruplicem habere acceptionem. Prima est, qua, ut habet De divinis nominibus cap. 11, sumitur ἀρχικῶς, καὶ θεϊκῶς καὶ αἰτιατικῶς, id est *principaliter, et divine, et causaliter*, ut ipsam scilicet divinam essentiam significat. Secunda, qua accipitur μεθεξτῶς, id est *participanter seu communicabiliter*. Et hoc modo duplicem habet significationem; aliquando enim pro deificationis principio, quod ipse αὐτοθέωσιν seu *deitatem ipsam* vocat, quam inter Θεοῦ τοῦ ἀμεθέτου προνοητικὰς δυνάμεις, id est *Dei qui in seipso imparticipabilis est provisoria virtutes* collocat; aliquando pro ipsa deitatis participatione, seu pro ipsa deificatione, quæ fit in angelis et sanctis. Denique eam accipit qua divinum nomen lib. De divin. nomin. cap. 12, quo pacto ab eo definitur Θεότης δὲ ἡ πάντα θεωμένη πρόνοια, *Deitas est omnia contemplanis providentia*. Vide de his ibidem Scholia S. Maximi, et nostras adnotationes.

Θεουργικὸς, deificus, vel cui deificandi vis inest. Aut etiam passive pro eo quod a Deo fit. Sic Christi virtutes vocantur θεουργικαί, utpote a persona Dei factæ. Cœl. Hierar. cap. 7, § 2. Sic θεουργία vocatur *Dei operatio*, et θεουργός, *qui divinis operatur*, κατ' ἐξοχὴν vero is qui corpus Christi consecrat, quod opus principaliter est Christi ac Dei, qui per sacerdotem seu ministrum sacris operatur, dum in persona Dei ac Christi sacræ consecrationis verba pronuntiat, quæ infallibilem ex Dei institutione atque operatione effectum sortiuntur ab authentico ministro, cum debita intentione prolata. Hinc θεουργοί dicti sacerdotes, et a S. Gregorio Nazianzeno orat. 1, θεοποιούντες, id est *deos facientes*. Qui alias quoque ait, orat. 23, se ad aram μυσταγωγείντην θέωσιν, *sacrum munus deificantis obire*. Ita S. Ambrosius sacerdotium *Deificam professionem* nuncupavit; et S. Dionysius, Eccl. Hier. cap. 1, hierarchiam nostram vocat θεουργικὴν, *deos efficientem*. Non modo, inquit, sanctus Maximus, quod eos qui in arce religionis sedent, et pietatem moderantur, ad Dei similitudinem evehat, et beat. Numinis communionem, verum etiam quod in Christianis θεοὺς ἀπεργάζεται, *deos efficit*. Sic etiam S. Dionysius Divin. Nomin. cap. 1, θεουργικὰ φῶτα, *divina lumina*, atque, ut ita loquar, *deifica* nuncupat τὰς διδασκαλίας τῶν ἁγίων, *doctrinas sanctorum*, ut ait S. Maximus. Quod, inquit, lumen cognitionis efficiant, eosque divinos reddant, qui proditiæ ab illis sapientiæ paruerint.

Θεοφάνεια, Dei apparitio. Cœl. Hierar. cap. 4, § 3. Quid per hanc intelligatur, vide ibidem nostras Adnotationes et Scholia S. Maximi.

Θεοζόρον, Deiferum. Quid per hoc significetur,

vide S. Maximum in Scholiis ad cap. 7 Cœlest. Hierarch., § 1.

Θεόφυτον, a Deo plantatum. Div. Nom. cap. 2, § 7.

Θεόχριστος, a Deo unctus. De divin. nomin. cap. 3, § 2.

Θεραπευταί, cultores, scilicet sacrorum. Sic vocat monachos Eccl. Hierarch. cap. 6, p. 1, § 3.

Θεραπευτικῶς, officiose, ministratorie. Cœl. Hier. cap. 7, § 1.

Θεράπων, Famulus, servus. Epist. viii, § 1.

Θέσις, positio, affirmatio, conclusio. Myst. Theolog. cap. 2.

Θεσμοθεσία, legislatio, scilicet de re sacra seu caeremoniis sacris, in quo differt a νομοθεσία, quæ latius patet, et ad politica se extendit. Cœl. Hierar. cap. 4, § 3. Vide ibidem Scholia S. Maximi.

Θεωνομία, deinominatio. De divin. nomin. cap. 2, § 1, et Myst. Theol. cap. 3.

Θεωρητικός, contemplator, seu speculator rerum divinarum. Hoc nomine intelligit illos, qui post catechumenos cum profana turba dimissos, interesse possunt ipsi sacrificio missæ, quibus sacra hostia ostenditur. Eccl. Hierar. cap. 3, p. 5, et cap. 5, p. 1, § 6.

Θεωρία, contemplatio. Hoc nomine inscribit tertiam partem capitulum libri De ecclesiastica hierarchia, ubi mystice exponit ritus sacramentorum.

Θέωσις, deificatio, scilicet quæ per gratiam fit, per quam divinæ consortes naturæ elicimur, Deum imitamus, et filii Dei nominamur et sumus. Hæc est autem, quam S. Dionysius vocat τὴν ἡμῶν ἀνάλογον θέωσιν, id est nobis proportionatam deificationem, dum, cum natura non valeamus, affectu et habitu divini et quasi dii elicimur. Cœlest. Hier. cap. 1, § 3. Hunc autem Eccl. Hierar. cap. 1, nostræ hierarchiæ scopum statuit, ut pontifices omnes in divinis mysteriis perficiantur, καὶ θεωθῆναι, et divinum vitæ genus consequantur, et præterea illis quibus ipsi præsent, ἱερὰν θέωσιν, sacram diviniam, hoc est divinæ mentis similitudinem, quæ in ipsis divinitus inest, pro sua cuique dignitate impertiant. Inferiorum autem munus atque partes esse monet, præstantissimos illos sequi, in dies proficere, et esse duces aliorum ad præstabilissimum vitæ modum, et beatæ mentis similitudinem.

Θηρομορφία, feræformatio, id est descriptio ferarum quibus Scriptura mittitur, ut puta in Ezechiele cap. 1, Cœl. Hierar. cap. 2, § 1.

Θιασώτης, divinus contemplator. Græcus interpres, χορευτής ὁ τὰ θεία ἔδων, id est choragus seu qui chorum ducit, qui divina canit. Apud profanos autem θιασος, est saltatio et pompa quæ Baccho exhibebatur. Verum hinc procul este profani: proprie per hoc vocabulum intelligit S. Dionysius divinum contemplatorem, cuius tota jubilatio est in Deo, in quo ejus mens, imo etiam cor et caro exsultant. Cœlest. Hierar. cap. 2, § 1. Eccl. Hierarch. cap. 1, § 1, ubi τοῖς θιασώταις ἡμῶν, vertunt: Scotus, discentibus nobis; Ambrosius, nobis suis studiosis cultoribus; Sarracenus, divinorum chorum agentibus nobis; Gallus, à nous dire ses consorts; Perionius, nobis qui divinitus illustrati sumus; Lansselius, nobis in rebus divinis collegis. Sed magis placet, nobis divinæ contemplatoribus, divini scilicet Spiritus thiaso atque æstro percitis, et Spiritus sancti inusto plenis.

Θρεπτικόν, nutritivum, id est nutriendi vim habens. Divin. Nom. cap. 4, § 28.

Θρησκεία, religio, caeremonia, cultus Dei. Epist. vi.

Θριαμβεύοντα, vulgata, celebria, nota, a verbo θριαμβεύομαι, vulgo, evulgo. Epist. vii, § 2.

Θρυπτόμενος, delicias, delicate se habens. Epist. viii, § 1.

Θυμοειδής, vis irascibilis. Quid mystice sit, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 8.

Θυσιαστήριον, a tave, in quo θυσία, id est hostiæ

immolantur ac collocantur. Ecclesiasticæ Hierar. cap. 3, p. 2.

I

Ἰδιοπραγία, propria operatio. Epist. viii in titulo.

Ἰδρυσίς, stabilitas, firmitas. Designat statum firmum et inconcussum, solide fundatum et immutabilem, qualis est rerum cœlestium. Græcus interpres exponit ἐδραιώσις, ἀσφάλεια, id est stabilitas, securitas. Cœl. Hier. cap. 2, § 4. Eccl. Hierar. cap. 1, § 1.

Ἰεραρχεῖν, præesse sacris.

Ἰεραρχεῖσθαι, subesse sacris, sive ab alio in rebus sacris dirigi. Cœlest. Hierar. cap. 15, § 1, et passim alibi.

Ἰεράρχης, hierarcha, princeps sacrorum. Nota sanctum Dionysium ἱεράρχας appellare solere primario quidem Christum, deinde S. Paulum ac ceteros apostolos, et post hos, pontifices, patriarchas, archiepiscopos, metropolitanos et episcopos, quos etiam τελεστάς, ἱεροτελεστάς, τελειάρχας, μυσταγωγούς, τελεστικούς, τελεσιουργούς. Sacerdotes vero vocat ἱερεῖς, φωτιστικούς ἱερουργούς, πρεσβυτέρους, diaconos vero, διακόνους, λειτουργούς, καθαρτικούς, subdiaconos vero, θεραπευτάς, monachos denique μοναχούς ἐνιαλούς, post quos ponit populum Christianum. Et hæc est subnatio ecclesiasticæ hierarchiæ.

Ἰεραρχία, hierarchia, seu sacer principatus. Ἰερον enim idem est quod sacrum, ἀρχή vero principatus. Accipitur autem fere pro ordine quodam sacro, seu subordinatione in rebus sacris, ita ut insinuet et quasi simul connotet superiorum erga sibi subditos prælationem, et subditorum erga sibi prælatos subjectionem, dum gradu atque ordine inferiores a superioribus ad Deum per divina munia promoventur, uti sanctus Dionysius fusius exponit Cœlest. Hierarch. cap. 3, et Eccl. Hierar. cap. 1, et passim alibi.

Ἰερεύς, sacerdos. Eccl. Hier. c. 3, p. 2.

Ἰερογραφία, sacra descriptio. Vide Ἰεροπλαστία, cui synonymum est. Cœl. Hier. cap. 2, § 1.

Ἰερολογία, sacra verba, sive eorumdem recitatio. Eccl. Hierar. cap. 3, § 2.

Ἰερολόγος, sacer scriptor, vel sermocinator. Div. Nom. cap. 4, § 12.

Ἰερομύστα, sacer doctor, qui nimirum sacra mysteria confert aut explicat. Sic per excellentiam vocat apostolos. De div. nomin. cap. 2, § 3.

Ἰεροπλαστία, sacra fictio, ex ἱερός, id est sacer, et πλάσσω, id est fingo. Sic autem vocat σύμβολα et figuras, quibus res spirituales adumbrantur, et ad capium nostrum nobis representantur, dum præter id quod sensibus exhibent, aliquid arcanum intelligendum præbent. Cœlest. Hierar. c. 2, § 1.

Ἰεροπλάστως, fictione quadam sacra. Scotus vertit, sacre et formaliter; Sarracenus, sancta formationes; Lansselius, sacra et arcana fictione. Cœlest. Hier. cap. 2, § 1.

Ἰεροπρεπῶς, sacrosancte, scilicet ut sacra decet. Eccl. Hier. cap. 1, § 1.

Ἰεροτελεστής, sactorum perfector, seu sacer initiator, id est qui initiat sacris, vel sacra administrat. Ecclesiast. Hierar. cap. 1, § 4. Vide ibidem Scholia S. Maximi. Christum autem vocat πρῶτον ἱεροτελεστήν, primum Pontificem et initiatorem orationum sacrarum, quem Tertullianus appellat authenticum Pontificem Dei Patris, eliminatorem humanarum macularum, et sacrificiorum æternorum Antistitem. S. Dionysius quoque præclare Eccl. Hier. cap. 4, sacram eucharistiam nominat ἱεροτελεστικωτάτην, quippe principem partem pontificii muneris et sacrorum, quæ maximam perficiendi vim habet, quæ plurimum ad sanctimoniam inducendam potest, et sacra omnia dona, quæ divinitus ad nos perveniunt, in se una complectitur.

Ἰθύσιον, *recte sectum*, id est directum, æquale. Cœl. Hier. cap. 15, § 9.

Ἡμερῶν ἡμερῶν, *Hilariorum dierum*. Epist. viii, § 6. Ubi nota Hilaria fuisse festa Cybele matri deum consecrata, de quibus vide nostras Adnotationes, et S. Maximum in Scholiis ad prædictum, et fusc nostrum Halloix in Notationibus ad cap. 8 Vitæ S. Dionysii, tom. II.

Ἰνδαμα, *impressio*, scilicet imaginaria, id est imago interior in phantasia per imaginationem impressa et expressa. Eccles. Hierar. cap. 4, p. 5, § 4. Græcus φαντασία, ἀφομοίωμα, id est *imaginatio, representatio*.

Ἰππων μορφή, *equorum forma*. Quid mystice, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 8.

Ἰσόρροπον, *æquilibre*, seu *æquivalens*, Eccles. Hier. c. 7, p. 5, § 5.

Ἰσότης, *æqualitas*. De div. nomin. c. 4, § 10.

K

Κάθαρις, *expiatio*. Quid in angelis significet, vide apud S. Maximum in Scholiis ad cap. 7, Cœl. Hierar. § 5. Quomodo fiat, vide Cœl. Hierar. cap. 15, § 4, et ibidem Pachymerem.

Καθαριστικός, *expiatorius*, qui expiandi habet potestatem. Sic appellat diaconos, quibus competebat ex officio, catechismis et exorcismis disponere et expiare populum profanum, eamque deinde tradere sacerdotibus illuminandum. Quapropter diaconatus ordinem vocat τάξιν καθαρτικὴν, id est *ordinem expiatorium*, Eccl. Hier. c. 5, p. 1, § 6.

Καθυστάξει, *subigere, subjicere*. Epist. vii, § 2.

Κακόν, *malum*. Quid sit, et unde, vide cap. 4 De divinis nominibus, § 18, usque ad finem pulchre ac fusc disputatum.

Κακύνω, *depravo*. Div. Nom. cap. 4, § 18.

Καλλοποιόν, *pulchrificum*. Sic Dei vocat καλλοποιόν εὐπρέπειαν, *pulchrificam venustatem*, seu decorum, cuius nempe amor nos ornat et pulchros ac decoros facit. Cœl. Hier. cap. 2, § 4.

Κάλλος, *pulchritudo*. Ita Græce dicta (ut tradit Dionysius Div. Nomin. c. 4), ὡς πάντα πρὸς ἑαυτὸ καλοῦν, *ut omnia ad seipsum vocans*. Quomodo autem Deo hoc nomen competat, vide fusius loco citato S. Dionysium.

Καλλωπίζω, *calamistro*, id est fuso et mentito colore adorno. Eccl. Hier. cap. 6, p. 5, § 5.

Καρδία, *cor*. Quid mystice significet, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 5, et ibid. S. Maximum.

Καταθέστερα, *inferiora, ignobilia*. Div. Nom. cap. 4, § 7.

Κατάποσις, *vorago, absorptio*. Eccl. Hier. cap. 4, p. 5, § 10, ubi pro *dejectione*, lege *voragine*: ε-περισκέπτως enim legeram *καταπτώσεως* pro *κατά-πτώσεως*.

Κατάφασις, *affirmatio*, sive propositio affirmativa. Vide Ἀπόφασις.

Καταφάσκειν, *affirmare, attribuere*. Myst. Theol. cap. 1, § 2. Græcus interpres τὸ κατάφασις exponit ἀπόφασιν τινος κατὰ τινος, id est *enuntiatio aliquid de aliquo*.

Κατηχούμενοι, *catechumeni*, qui per sacras institutiones disponuntur ad baptismi susceptionem. Eccl. Hier. cap. 2, 3 et 4.

Κίνησις, *motus, motio*. Quid in Deo, vide Div. Nom. cap. 9, § 9.

Κλεινός, *inclytus, illustris*. Græcus interpres, ἔνδοξος ἀρετῆ, *celebris virtute*. Div. Nom. cap. 3.

Κληροδοσία, *hereditatis consignatio*, sic dicta, quod sortibus assignari soleat. Eccl. Hier. cap. 5, p. 5, § 4.

Κοίμησις, *obdormitio*. Accipitur pro morte. Eccl. Hierar. cap. 7, p. 1, præsertim pie defunctorum, quorum mors merito assimilatur somno placidissimo, sanctis viris exoptando. Nam vir pius, inquit ibidem S. Dionysius, qui ad extremum quasi actum suorum certaminum venit, εὐφροσύνης ἀποπληροῦ-

ται, *sancto gaudio completur*, et cum magna voluptate viam secundi ortus, id est resurrectionis ingreditur. Addit illius propinquos et familiares in ejus morte beatum ipsum prædicare, quod πρὸς νικηφόρον τέλος, ad laureatum triumphalemque finem optatissime pervenerit. Duci autem ab illis corpus ad pium locum, atque ad hierarchicam ὡς ἐπὶ στεφάνων ἱερῶν δόσιν, *quasi ad sanctarum coronarum donationem*.

Κοινωνία, *communio*. Sic per excellentiam appellat eucharistiæ sacramentum, quæ est sublimissima communio, qua Christus ac Deus nobis modo perfectissimo communicatur. Eccles. Hierar. cap. 5, p. 1.

Κορυφή, *culmen, fastigium*. Mystic. Theolog. cap. 1, § 1.

Κρατήρ, *crater, poculum*. Quid mystice, vide Epist. ix, § 5.

Κρύφιον, *abditum, occultum*. Κρυφία θεότης, *abditæ divinitas*. Divin. Nom. cap. 1, § 1. Deus enim in sacris Litteris dicitur occultus atque absconditus, et I Tim. vi, 11: Lucem habitare inaccessibilem, et Psal. xvii, 14: Posuisse tenebras latibulum suum, eundemque ipsum Moysi et prophetis sese nube, veluti sipario tectum ostendere consuevisse; ut intelligamus, hominum generi vix concedi ut aciem mentis in eas tenebras et inaccessam lucem intendant. Hinc Pachymeres animadvertit Dionysium Areopagitam, Epist. cxi, pro Deo ponere κρυφίον, et divinitatem appellare solere κρυφίστητα, quod nihil sit absconditum (magis et remotum a cognitione. Unde factum ut omnes sancti Patres cum divo Damasceno, De fide lib. 1, cap. 15, compuni animorum consensione Deum vocent ἀκατάληπτον, *qui comprehendi nequit*.

Κρυφίστης, *secretio*, scilicet mystica seu spiritalis, qua Deus et angeli, resque omnes mere spirituales ac supernaturales, ab intellectu nostro secerantur, et quodammodo absconduntur, ut per proprium conceptum a nobis concipi non valeant. Cœl. Hier. cap. 15, in fine. De arcana ista secretionem vide cap. 1 Myst. Theol. et ibidem S. Maximum, et nostras Adnotationes.

Κρυφιομόστης, *arcana docens*. Hinc adjective κρυφιομόστον, *arcane doctum*. Myst. Theol. cap. 1, § 1.

Κυκλικῶς, *circulariter, orbiculariter*. Div. Nom. cap. 4, § 8.

Κύριος κυρίων, *Dominus dominorum*. Quomodo Deus, vide Div. Nom. cap. 12, § 2, 3.

Κυριαρχία, *principatus in dominationes*. Sic Deum appellat, qui est Dominus dominantium. Cœl. Hier. cap. 8, § 1, vide ibid. Schol. S. Max.

Λ

Λειτουργία, *ministerium*. Sic per excellentiam vocatur missa. Epist. viii, § 1.

Λειτουργός, *minister sacrorum*. Sic appellat sacerdotes qui sacris operantur, et diaconos qui sacris ministrant. Eccl. Hier. cap. 5, part. 2, et cap. 5, p. 1, § 6.

Λέοντος μορφή, *leonis forma*. Quid mystice, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 8.

Λευχόν χρώμα, *albus color*. Quid mystice, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 7.

Λῆξις, *quies, otium*. Eccl. Hierar. cap. 4, § 4. Significat etiam hereditatem et sortem, a verbo λαγγάνω derivatum.

Λίθων πολυχρωμάτων εἶδος, *lapidum multicolorum species*. Quid mystice, vide Cœlest. Hierar. cap. 15, § 7.

Λογίων, *eloquiorum*, seu *oraculorum*, id est Scripturarum. Has enim per excellentiam passim Λόγια appellat, Cœlest. Hier. c. 1, § 2, et alibi, quippe quod sint vera verba Dei, et quæ res divinas nobis explicant. Vide observationem generalem 1. At autem ejus quæ apud nos est hierarchiæ substan-

iam esse Θεοπαράδοτα Λόγια, *Floquia divinitus tradita*, hoc est, ut sancti Patres explicant, τῶν Θεῶν Γραφῶν ἀληθινὴν ἐπιστήμην, *divinarum Scripturarum verissimam cognitionem*, vide Eccl. Hierar. c. 4. Unde etiam Divin. Nomin. cap. 2, merito laudat in præceptore suo Hierotheo τὴν ἐπιστημονικὴν τῶν Λογίων ἔρευναν, *Divinorum voluminum considerationem, et indagacionem seriam ac diligentem*; ad quæ, inquit, intelligenda, πολλὴν γυμνασίαν τε καὶ τριβὴν, *multam exercitationem et diuturnum usum attulerat*. Quem locum illustrans S. Maximus, Nota, inquit, maxime convenire sacerdotibus, θεωρεῖν τὴν θεῖαν Γραφήν, *divinam Scripturam contemplari*. Hinc a primis Ecclesiæ temporibus fuit constitutum, ut in consecrationibus episcoporum, eorum capitibus imponerentur Θεοπαράδοτα Λόγια, *a Deo data Oracula*, ut tradit S. Dionysius, Eccl. Hierar. c. 5, p. 2 et 5, § 7, quæ S. Maximus et Pachymeres sancta Evangelia interpretantur. Hæc antistes summis in capitibus ad mundi institutionem gestare debent.

Λογόμαχος, *querulosus, contentiosus*. Epist. viii, § 1.

Λόγος, *verbum, sermo, ratio*. Divin. Nom. cap. 4, § 10, et cap. 7, § 4, et alibi.

Λοιδόρεισθαι, *convictari, criminari*. Epist. vii, § 2.

Λοξὰ σοφίσματα, *obliquæ captiones verborum*. Græcus interpres exponit, σχολιά, καρπούλα, οὐκ ἐξ εὐθείας γνωστέμενα, *id est tortuosa, curva, quæ non directe intelliguntur*. Epist. ix, § 1.

M

Μαιευτικὰ λόγια, *obstetricantia oracula*. Sic vocat catechesin seu doctrinam Christianam, qua catechumeni a diaconis instituebantur, qui instar obstetricum illos fovebant, et ad baptismum et spiritalem in Christo nativitatem disponebant. Eccl. Hier. c. 5, p. 3, et c. 6, p. 1, § 1.

Μαρμαρυγή, *coruscatio, splendor*. Eccl. Hier. cap. 5, p. 3, § 10.

Μέγα, *magnum*, quo modo de Deo dicatur, vide Div. Nom. cap. 9, § 1 et 2.

Μεγαλοργία, *magnificencia, seu magna operatio*. Epist. vii, § 2.

Μεριστόν, *partibile*, id est quod partes habet, et in eas dividi potest. Div. Nom. c. 1, § 4. S. Maximus in Eccl. Hier. c. 5: Dissipantes animum piuum, et turbantes affectiones scite vocavit μεριστικὰς, dividendi vim habentes, quæ proinde cum beatissimam cum Deo conjunctionem familiaritatemque impediunt, conatusque divinos retundant, vel eo maxime nomine repellendæ sunt fugiendæque viris sacris.

Μεσοπατής, *in medio volans*. Vide Scholia S. Maximi ad cap. 7 Cœl. Hier. § 5.

Μετάδοσις, *communicatio, transitio*. Divin. Nom. c. 4, § 7, et Cœl. Hier. c. 7, ubi ait esse ratum theologie axioma, in pulcherrimis illis ordinibus sacerdotum spirituum esse continuam μετοχὴν καὶ μετάδοσιν θεῖου φωτός, *participationem divini luminis, ejusdemque traditionem*. Et primos quidem omniumque supremos seraphinos et cherubinos, qui Deo unitissimi sunt, ἀμέσως, nullius interventu e fonte ipso haurire primas illustrationes atque irradiationes Numinis sempiterni, et mysticam arcanamque rerum intelligentiam capere, quam deinde ordine mirifico in inferiores communicent. Sic omnino in Ecclesiæ gubernatione divina Providentia constituit, ut quidam e sent arcanorum mysteriorum et cœlestium rerum cognitione præstantes, atque a Deo pro gradus sui ratione illuminati, qui demde salutarem illam scientiam aliis traderent, uti docet Eccl. Hier. cap. 1.

Μεταδοτικόν, *participativum, communicativum*, id est quod alios sui participes faciendi vim habet. Cœl. Hier. cap. 1, § 1.

Μετακλήω, *revoco, retrorsum voco*. Epist. viii, § 1.

Μεταμόρφωσις, *transfiguratio, transformatio*. Div. Nom. cap. 1, § 4.

Μήζος, *longitudo*. Quid in Deo sit, vide Div. Nom. cap. 9, § 5.

Μητρὶς, *matris*, id est maternum solum. Div. Nom. cap. 4, § 11.

Μίθρις, *Mithra*, id est sol. Persicum est vocabulum. Epist. vii, § 2. Vide ibidem Adnotationes et Scholia S. Maximi, et Petrum Halloix in Notationibus ad caput 5 Vitæ S. Dionysii.

Μικρόν, *parvum*. Quo modo de Deo dicatur, vide Div. Nom. cap. 9, § 5.

Μοναχὸς, *solitarius*. Quod autem sit institutum monasticum, vide Eccl. Hier. c. 6, et ibid. S. Maximum et nostras Adnotationes.

Μοναχῶς, *solitarie*. Div. Nom. cap. 5, § 6.

Μονή, *mansio*. Div. Nom. cap. 4, § 7.

Μονομότης, *solitaria mansio*. Div. Nom. c. 2, § 5.

Μονοειδής, *unimodus*, id est qui minime varius est, sed eodem modo semper se habet. Div. Nom. cap. 4, § 6.

Μορφωσιὰ, *efformatio seu formarum effictio*, dum rebus spiritualibus formæ corporales adunguntur, et sub formis sensilibus proponuntur. Cœl. Hier. cap. 2, § 1.

Μύησις, *divina doctrina*, scilicet mystica et arcana, quæ per divinam inspirationem, sine humano magisterio percipitur, in interiore animæ recessu, sive, ut S. Dionysius ait, ἐν τῇ κατὰ νοῦν κρυφύτητι, id est *in abdito mentis*. Derivatur a verbo μύω, id est *doceo, instituo, initio*, scilicet spiritaliter, uti jam dictum est. Cœlest. Hier. cap. 2, § 5, in fine, et passim alibi. Hinc S. Dionysius viros sacros, et in spiritu illuminatos, μύητους appellare solet, uti contra profanos vocat ἀμύητους, id est *sacrae doctrine ac sacerdotum exsortes*. Græcus interpres exponit: μάθησις, κατήχησις, ἐπιστήμη, id est *disciplina, catechesis, scientia*.

Μυκητικόν, *boarium, vel mugiendi vim habens ad instar bovm*. Cœl. Hier. cap. 2, § 2.

Μυσταγωγίω, *mysteria doceo, sacris initio, ad sacra deduco*. Cœl. Hier. cap. 6, § 1.

Μυσταγωγία, *doctrina mysteriorum*. Græcus interpres: μυστηρίων ἀγωγή, εἰδασκάλια, καὶ μετουσίαι, ἢ μύησις ἀγωγή, καὶ μεταλήψις, δελαδὴ θεῖα, id est *mysteriorum adductio, doctrina, et communicatio; vel, doctrinae sacræ deductio, et participatio, scilicet divina*. Eccl. Hierar. cap. 1, § 1, Myst. Theol. cap. 1, § 2, ubi etiam vide Adnot. et Scholia S. Maximi.

Μυστήριον, *mysterium, sacramentum*, et per excellentiam Eucharistia. Eccl. Hier. c. 5.

Μυστικόν, *mysteriosum*. Div. Nom. c. 2, § 9.

Μυωπάξω, *conveco, nicto*. Dicitur de his qui brevem ac debilem visum habent. Eccl. Hier. cap. 2, p. 5, § 5.

N

Νέος, *novus, juvenis*. Divin. Nomin. cap. 10, § 2, ubi bene notat noster R. P. Petrus Halloix, præferendam esse significationem *juvenis*; atque adeo ita verba: καὶ νεὸς καὶ νέος πλάττεται, ibidem verte, *et canus et juvenis pugitur*. Melius enim exponitur seni et cano juvenis quam novus.

Νοερός, *spiritualis, intellectus*. Div. Nom. cap. 1, § 1, ubi vide Scholia S. Maximi.

Νοερότης, *spiritualitas, intellectualitas, intelligibilitas*. Div. Nom. cap. 4, § 9.

Νόησις, *intelligencia*. Div. Nomin. cap. 4, § 10, et alibi.

Νοητός, *intellectualis*. Quæ autem differentia sit inter νοητός et νοερός, videt apud S. Maximum in cap. 4 De divinis Nom., § 1.

Νοῦς, *mens*. Accipit S. Dionysius pro angeloque presbitero νοῦς, id est *mentes*, appellat. Vide ad-

stras Adnotationes ad c. 1 Cœl. Hier. et ibidem Scholia S. Maximi, § 2.

Νόσπον, *dorsum*. Quid mystice significet, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 5.

Ξ

Ξανθόν χρώμα, *flavus color*. Quid mystice sit, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 7.

Ο

Όγκον, *gravitatem, onus*. De Div. Nomin. cap. 2, § 9.

Όγκος, *moles*. Myst. Theol. cap. 4.

Όδοποιητικόν, *vie factivum*, id est viam præparandi vim habens. Cœl. Hier. c. 15, § 5.

Όδόντες, *dentes*. Quid mystice designent, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 5.

Όικοδομητικόν, *ædificativum*, id est ædificandi vim habens. Cœl. Hier. cap. 15, § 5.

Όικονομία, *dispensatio*. Ita S. Dionysius passim appellare solet mysterium incarnationis, vocabulo ex eo translate sumpto, quod Christus unus in utraque natura Filius Dei et idem filius hominis, ad instar boni patris-familias bene ac sapienter domum et domestica omnia gubernantis, tanquam fidelis, ut Apostolus ait, Hebr. iii, in tota domo sua, quæ domus sumus nos, et genus humanum per peccatum amissum, et peccatis venditum, summa misericordia, et sapientia ac justitia per passionem et mortem recuperavit et redemit, restituens illud, et quidem abundantius, in pristinam gloriam, in quam a principio in Adam multos filios, sicut Apostolus ad Hebræos scripsit (c. ii), adduxerat.

Όικονομικώς, *dispensatorie*. Eccl. Hier. c. 4, p. 3, § 12.

Όίμος, *via, semita*. Cœl. Hier. c. 15, § 9.

Όλικώς, *totaliter, integre*. Div. Nom. c. 2, § 6.

Όλοκαυστόμενον, *penitus concrematum*. Inteligit de mystica concrematione per amorem. Eccl. Hier. c. 4, p. 5, § 12.

Όλότης, *totalitas*. De Div. Nom. c. 2, § 10.

Όμβροτοχία, *imbris generatio seu secunda et generans pluviam*. Cœlest. Hier. c. 15, § 6. Eleganter magnus Job in physiologiæ arcibus theologus, c. xxxviii, 28: *Quis est, inquit, pluviae pater, vel quis genuit stillas roris?* Responderent mundi sapientes Jovem esse, quem ea causa nominare Græci *ὄμβριον καὶ ὕετιον*, Latini *pluvium*, cui sacra faciebant Indi, aram exstruebant Athenienses, et Romani, ut Tertullianus in Apolog. refert: *Aquilicæ immolabant*. Et quidem eam ipsam quem dixerit Soterem Jovem, habitum quoque fuisse *ὄμβρον αρχηγόν, pluviae largitorem et moderatorem*, proicit Athenæus lib. xv. Sed illos impiæ vanitatis coarguit Jeremias c. xiv, 22, dicens: *Nunquid sunt in sculptilibus gentium quæ pluant?* Est igitur veri potentissimique Nominis habere summum et perfectum imbris dominatum. Hinc ipse apud Job c. xxviii, 26, dicitur *ponere pluvius legem*, et c. xxviii, 8, *litigare aquas in nubibus suis*.

Όμοδύναμον, *æquipollens, æquivalens*, Div. Nom. cap. 4, § 11.

Όμοιοτής, *uniformis*. Eccl. Hier. c. 6, p. 3, § 5.

Όμοιον, *simile*. Quid in Deo, vide Div. Nom. cap. 9, § 6.

Όμοιότης, *similitudo*. De Div. Nom. c. 4, § 7.

Όμοιοτύπων, *simili forma expressum*. Cœlest. Hier. cap. 2, § 3.

Όμόστοιχα, *cælementaria*, id est quæ ejusdem rationis et ordinis sunt. De Div. Nom. cap. 4, § 10.

Όμοσταγής, *ejusdem ordinis*. Cœl. Hier. cap. 6, § 2.

Όμοσποσία, *conformitas morum*. Eccl. Hier. cap. 6, p. 5, § 1.

Όμοφροσύνη, *consensio*, qua nimirum plures simul eadem sapiunt ac sentiunt. Eccl. Hier. cap. 6, § 5.

Όμοφωνία, *consensio, concertus*. Eccl. Hier. cap. 6, p. 5, § 5.

Όνειδιζω, *injurior, officio contumelia*. Epistola viii, § 1.

Όντα, *ea quæ sunt*. Sic appellat rerum essentias, et res cœlestes mere ac spirituales, atque immutabiles; uti econtra οὐκ ὄντα, id est *ea quæ non sunt*, vocat res sublunares et mutabiles, eo quod nullum statum essendi firmum habeant, sed continuo deficient et immutentur. Myst. Theol. c. 1, § 1. Vide ibidem Adnotationes et Sc. S. Maximi.

Όντοτής, *entificator, essentialior*, eadem formatione qua ποιητής, *creator*. Div. Nom. c. 5, § 4. Alia lectio Όντότης, *entitas*, sicut ποιότης, *qualitas*. Sed hæc secunda lectio videtur magis genuina. Quare quod in textu legitur χρόνων όντοτής, καὶ αἰών τῶν όντων, *temporum essentialior et sæculum eorum quæ sunt*, legendum potius όντότης, et verendum *temporum entitas, et entium ærum*.

Όντως, *essenter*, id est realiter, vere, revera, reapse. Divin. Nom. c. 4, § 12, et passim alibi.

Όξύπορον, *penetrativum*, id est quod cito penetrat, et quilibet pervadit. Cœlest. Hierar. cap. 15, § 2.

Όπλοποιία, *armificatio*, id est armorum fabricatio. Epist. ix, § 1.

Όρεξις, *appetitus*. Div. Nom. c. 4, § 19.

Όρθόγραμμον, *rectilineum, recte descriptum*. Div. Nom. c. 4, § 11.

Όροθετείν, *definire*, Epist. ix, § 2.

Όρος, *definitio*. Div. Nom. c. 4, § 10.

Όρρώδω, *vereor, metuo*. Div. Nom. c. 8, § 6.

Όσφραντόν, *odorabile*. Quid odoratus mystice designet, vide Cœl. Hier. c. 15, § 5.

Όυσία, *essentia, substantia, natura*, pro his tribus enim passim a sancto Dionysio et philosophis accipitur, excellenter autem pro substantiis spiritualibus, ut angelis, quos interdum propter excellentissimum substantiæ gradum sine addito οὐσίας nuncupat, scilicet κατ' ἐξοχήν. Sæpius tamen addit vocem νοεράς, id est *spirituales seu intellectuales*, ut Cœlest. Hier. c. 2, § 4, et passim alibi.

Όυσιαρχία, *essentiæ principatus, vel principium*. Div. Nom. c. 5, § 1.

Όυσιολογός, *substantificus, entificus*. Sic vocat Deum αἰτίαν οὐσιολογόν, id est *causam substantificam*. Cœl. Hier. c. 14.

Όυσιόσθαι, *essentiari*, id est essentiam seu substantiam accipere. Myst. Theol. c. 5, ubi dicitur quod ὑπερούσιος Ἰησοῦς ἀνθρωποφυικῆς ἀληθείας οὐσιώται, id est *superessentialis Jesus humanæ naturæ veritatibus essentialis est*. Ubi nota quod Jesus dicatur ac factus sit esse quoddam novum, nimirum caro seu homo. Eodem sensu S. Augustinus serm. 25, De tempore, *Sapientia, inquit, quæ de Deo genita est, dignata est etiam inter homines creari*. Jesus autem novum esse factus est, non tantum humanæ naturæ veritate, sed veritatibus; hoc est non tantum assumendo naturam humanam, sed omnes naturæ nostræ veritates, puta proprietates, subjectionem, passibilitatem, mortalitatem, et alias naturæ conditiones et infirmitates. Cæterum uti præter cætera ad istum locum bene notat Hersentius, triplicem antithesim valde insignem Dionysius insinuat. Prima, qui superessentialis est essentialis, id est qui omne eas, seu omne esse superat, ens sit, et inter entia constituitur. Secunda, non per figuram aut specimen naturæ humanæ essentialis est, sed ipsammet naturæ humanæ veritatem; nec tantum veritatem, sed veritates omnes seu conditiones. Tertia, qui essentiam omnem excedit, essentiam etiam angelis inferiorem hypostatice sibi conjunxit.

Όυσιωδώς, *essentialiter*. De Div. Nom. c. 2, § 8.

Όυσιονομία, *essentiæ nominatio*. Div. Nom. cap. 5, § 1.

Όυρρός, *supercilia*. Quid mystice designent, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 3.

Ὀγζός, *latex, rivulus, aqueductus*. Cœlest. Hier. cap. 15, § 9.

II

Παλαιὸς ἡμερῶν, *Antiquus dierum*. Quo modo de Deo dicatur, vide Div. Nom. cap. 10, § 2.

Παλιγγενεσία, *regeneratio*. Eccl. Hierar. cap. 7, p. 1, § 5.

Παμφαής, *omnilucus, id est omnino lucens*. Div. Nom. cap. 4, § 23.

Πανάγαθον, *omnino bonum, optimum*. Div. Nom. cap. 5, § 1.

Παναγιώτατος, *omnino sanctissimus, id est omnium sanctissimus*. Eccl. Hier. cap. 4, p. 4, § 12.

Παναίτιον, *omnium causi*. Div. Nom. c. 2, § 5.

Πανείδεος, *omniformis*. Div. Nom. c. 5, § 8.

Πανεύφημον, *omni laude dignum*. Cœl. Hier. cap. 7, § 4.

Πανιέρως, *sacrosancte, id est omnino sancte, prorsus sacre*. Cœl. Hier. c. 8, § 2.

Πάνσεμνον, *valde celebre, solemne*. Eccl. Hier. cap. 4, p. 5, § 12.

Πάνσοφος, *omnino sapiens*. Div. Nom. c. 1, § 1.

Πάνσχημος, *omnis figuræ*. Div. Nom. c. 5, § 8.

Πανσώμως, *toto corpore*. Eccl. Hier. cap. 2, p. 2, § 7.

Παντοκράτωρ, *omnitenens, id est qui omnia in sua potestate tenet, omniaque complectitur*. Div. Nom. c. 2, § 1, et c. 10, ubi peculiariter de hoc agit. Et bene observat R. P. Petrus Halloix, vocem illam παντοκράτωρ duo habere diversa significata. Prius est *omnitenens*, a κρατέω *teneo*, alterum est *omnipotens*, a κρατέω *dominor, potens sum*. Quare secundo loco, pro *omnitenens*, legendum *omni-otens*, et paulo infra pro *omnitenentis*, *omnipotentis*, quia ibi agit de dominatu et gubernatione Dei.

Παραδείγματα, *exemplaria*. Quid sint, vide Div. Nom. cap. 5, § 9.

Παραδειγματικὸν αἰτίον, *exemplaris causa*. Div. Nom. cap. 4, § 7.

Παράδοσις ἱερατική, *traditio sacerdotum*. Cœl. Hier. c. 2, id est profecta a sacris hominibus disciplina, quæ juxta ordinem a capite in inferiora deducitur. Deus enim in summo hierarcha, et totius hierarchiæ ecclesiasticæ princeps, oraculum veritatis, et augustum religionis ac lucis fontem constituit, ut arcanorum mysteriorum cognitio, fideique exegesis, et theologiæ clarus splendor, ab eo velut per multos orbium cœlestium globos ad imum usque defluat.

Παραπελάσματα, *operimenta*. Sic vocat symbola quibus res spirituales quodammodo obteguntur et obvelantur. Cœl. Hier. cap. 1, § 2. Vide ibidem S. Maximi Scholia.

Παρατρέπομαι, *digredior, deflecto*. Ep. vii, § 2.

Παρατροπή, *perversio*. De Div. Nom. cap. 4, § 23.

Παρηρημένον, *destitutum, desertum*. Div. Nom. cap. 4, § 18.

Παρυπόστασις, *subsistentiæ seu substantiæ simulacrum, vel substantiæ affinitas*. Div. Nom. cap. 4, § 51, ubi de malo ait: Ὅτι ὑπόστασιν ἔχει τὸ κακόν, ἀλλὰ παρυπόστασιν. Neque substantiam malum nititur, sed substantiæ simulacro. Perionius vertit: *Non coheret malum, sed minus quam constat et coheret*. Scotus: *Neque substantiam habet malum, sed contra substantiam*. Saracenus: *Neque subsistentiam habet malum, sed privationem substantiæ*. Marsilius: *Neque substantiam habet malum, sed præter substantiam existens, substantia nititur aliena*. Lamselius: *Non subsistit malum, sed subsistere videtur*. Hoc autem vult dicere quod malum non sit substantia, sed habeat falsam aliquam substantiæ apparentiam, et in tantum aliquid existere videatur, in quantum in eo fallax aliquid boni simulacrum apparet, propter quod illud agimus.

Παρυφίστασθαι, *adiacere, adhærere*. Div. Nom. cap. 4, § 27.

Πατραλοίας, *parricida sive patricida*. Epist. vii, § 2.

Πατρίς, *patria*. Div. Nom. cap. 4, § 11.

Πατροκινήτων, *a patre motæ, compositum ex πατήρ et κινέω, id est ex pater et moveo*. Significanter hoc vocabulum conjungit cum φωτοφανείας, id est cum *illustratione*, ut primordialem ejus originem insinuet a Deo Patre proficisci. Cœl. Hier. cap. 7, § 1. Vide ibid. Adnot.

Πατροπαράδοτους ἐλλάμψεις, *a Patribus traditas illustrationes*, intelligit Scripturas sacras, quas apostoli et evangelistæ (quos Patres appellat) nobis tradiderunt. Vox autem πατροπαράδοτον componitur ex πατήρ, id est *pater*, et παραδίδομι, id est *trado, transcribo*, scilicet posteris, ad quos relationem aliquam insinuat. Cœl. Hier. c. 1, § 2.

Πελέκεις, *secures*. Quid mystice designent, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 5.

Πεντάτροπον, *quinqumforme, quinqummodum*. Epist. vii, § 2.

Πέρας, *terminus*. Div. Nom. c. 4, § 10.

Περιδεδραγμένον, *comprehensum, circumplexum, ut cum amplexu quidpiam complectimur ac continemus*. Cœl. Hier. c. 7, in fine.

Περικόσμιος, *circamundialis, id est qui circum circa mundum est, eamque complectitur*. Div. Nom. cap. 1, § 6.

Περιληπτικόν, *comprehensivum, id est quod comprehendendi vi pollet, et facile aliquid capit*. Cœl. Hier. cap. 15, § 2.

Περιοχή, *ambitus*. Eccl. Hier. c. 3, p. 2.

Περιπλάττω, *circumsingo, seu affingo*. Utitur hac voce in spiritualibus rebus, cum per symbola corporalia describuntur. Cœl. Hier. cap. 15, § 6.

Περιπεξία, *humilitas, scilicet in pejorem partem accepta, pro abjectione, et humi reptatione, ac vitiosa ad res terrenas propensione*. Cœl. Hier. c. 7, § 1. Ubi in angelis ait nihil esse περιπεξίας ὑφέσεως, *terrenæ humilitatis*, aut propensionis ad inanium rerum abjectionem, sed potius ἀνωφέρές, *impetus in sublime tendens*, vis animi semper ad Deum et divina properantis. Et S. Maximus in c. 15 Cœl. Hier. ait angelos pennatis effingi pedibus, propter impetum quo in Deum atque in sublimia feruntur, et διὰ τὸ πρὸς τὰ ἐπίγεια ἀκονώνητον, *quod nullum habeant cum terrenis rebus commercium*, a quibus libera eorum mens atque soluta hæret in cœlestibus.

Περιχαράκω, *vallo, sepio, circumdo*. Div. Nom. cap. 4, § 11.

Περιχορεύω, *circumeo*. Div. Nom. c. 4, § 9.

Πηγαία θεότης, *fontalis divinitas*. Sic appellat Deum Patrem, eo quod sit origo et quasi fons Filii ac Spiritus sancti. Div. Nom. c. 2, § 7.

Πλάτος, *latitudo*. Quid in Deo, vide Div. Nom. cap. 9, § 5.

Πνευματοκίνητων, *spiritu-motum, id est a sancto Spiritu inspiratum*. Div. Nom. c. 1, § 1.

Πόδες, *pedes*. Quid mystice significant, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 5.

Ποικιλομορφία, *varia formatio*. Epist. ix, § 1.

Πολλοστόν, *multesimum*. Div. Nom. c. 4, § 4.

Πολυθρόλλητον, *vulgatum, tritum, celestre*. Div. Nom. cap. 4, § 28.

Πολυκινήσια, *multimotio, id est multiplex motio*. Div. Nom. cap. 4, § 4.

Πολύλογος, *multiloquus, id est multi sermonis*. Myst. Theol. c. 1, § 3, ubi in Scholiis animadvertit S. Maximus, nomen illud, accentu in penultima, significare eum qui multa dicit; in antepenultima vero, qui multis verbis indiget ut intelligatur seu exprimat.

Πολυμερία, *multipartitio, id est distinctio multarum partium, seu pluribus constans partibus*. Cœl. Hier. cap. 15, § 5.

Πολυμορφία, *multiformatio*, seu *multiformitas*, scilicet dum angeli et res spirituales variis symbolis et figuris ad caput nostrum in Scripturis describuntur. Cœl. Hier. c. 2, § 2.

Πολυπάθεια, *multiplē passio*. Epist. ix, § 1.

Πολυποικίλος, *multifarius*, id est multum variegatus, multiformis. Cœl. Hier. c. 15, § 4.

Πολυπραγμονεῖν, *multum acitare, curiose inquirere*. Dicitur proprie de iis qui multis rebus ad se non spectantibus temere sese immiscent. Div. Nom. cap. 3, § 3.

Πολυπρόσωπος, *multifacius*, id est multas habens facies. Cœl. Hier. cap. 2, § 1.

Πολυμήνητος, *multum decantatum*, id est celeberrimum. Cœl. Hier. c. 4, § 4; item c. 7, § 4.

Πολύφωτον, *multilucum*, id est multum lucens, multa luce præditum. Cœl. Hier. cap. 18, § 8.

Πολυχρόματος, *multicolor*, id est habens multos colores. Cœlest. Hierarchieæ cap. 2, § 1, et cap. 15, § 7.

Πολύχυτος, *multum diffusus*. Myst. Theol. cap. 1, § 3.

Πολυωνυμία, *multinominatio*. Divin. Nom. cap. 1, § 8.

Πολυώνυμος, *multinominus*, id est multorum nominum. Sic Deum vocat ab effectibus ipsi ut cause attributis. De Div. Nom. c. 1, § 6. Vide ibidem Aduotationes et Scholia S. Maximi.

Ποταμός, *fluvii*. Quid mystice, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 8.

Πρακτικεύεσθαι, *facturire*, id est opus perturire, et ad operandum se applicare. Div. Nom. cap. 4, § 10.

Προδότης, *mitis, mansuetudo*. Epist. viii, § 1.

Προσβύτερος, *presbyter*. Accipit sanctus Dionysius pro episcopo, ubi se et Timotheum vocat *προσβύτερον*, ut patet ex librorum suorum inscriptione quos sancto Timotheo dedicat. Vide Scholia sancti Maximi in cap. 1 Cœlest. Hierarchieæ.

Προαγωγικός, *productivus*, producendi vim habens. Div. Nom. cap. 4, § 14.

Προβολεύς, *productor, auctor*, qui prima alicujus rei fundamenta jacet. De divinis Nominibus, cap. 4, § 14.

Προδιωρισμένον, *prædefinitum*. Cœl. Hier. cap. 12, § 2.

Προεισαγωγή, *prævia introductio*. Divin. Nomin. cap. 4, § 12.

Προέχον, *præhabens, anticipato habens*. Divin. Nom. cap. 2, § 10.

Προῦρῶν, *præcolloco, præjacio fundamentum*. Div. Nom. cap. 4, § 13.

Προκατάγω, *præcello*. De Divinis Nominibus, cap. 4, § 16.

Προνοητικόν, *provisivum, providendi vim habens*. Cœl. Hier. cap. 15, § 3.

Προνοητικῶς, *provisive*. Div. Nom. c. 4, § 10.

Πρόνοια, *providentia*. Div. Nomin. cap. 4, § 7, et alibi.

Προνοούμενα, *provisa*, seu quæ providentia reguntur. Per hoc homines intelligit, sic illos circumscribens, ut sciant, non, ut quidam impri imaginantur, fato, neque sorte vel fortuito mundum gubernari, sed singulari Dei providentia, præsertim homines, quibus multipliciter Deus providet et supeditat omnia necessaria et conducuntia ad salutem. Cœl. Hier. cap. in titulo, et § 2.

Προουσία, *præsentia*. De Divinis Nominibus, cap. 5, § 8.

Προπέτεια, *insolentia, præsumptuositas*. Epistola viii, § 1.

Προπετής, *præceps*. De divinis Nominibus, cap. 4, § 23.

Προπηλαξίζω, *convicior, laccio*. Epistola viii, § 1.

Προσαναπληρῶσαι, *supplere*. Epistola vii, § 3.

Προσχητός, *alienæ, assidue*. Div. Nom. cap. 3, § 5.

Προσηγορός, *affabilis*. Divin. Nomin. cap. 4, § 21.

Προσηνής, *placidus, pacatus*. Divin. Nomin. cap. 4, § 21.

Προσποιέω, *finjo, simulo*. Epist. viii, § 1.

Προστασία, *prælatūra, præpositura*. Epist. viii, § 1.

Πρόσυλος, *materialis*, seu rebus materialibus ac terrenis addictus; præpositio enim πρός ibi designat affectum et propensionem quamdam habituatam ac radicatum erga materiam et res terrenas vitiose inclinatam, qualis est in hominibus carnalibus; cui opponitur ἄυλος, quod vide suo loco. Cœl. Hier. c. 2, § 4.

Προτέλειος, *præperfectus*, id est ante perfectus. Div. Nom. cap. 2, § 10.

Προτέλειος εὐχή, *præparatoria oratio*, quæ scilicet sacro missæ officio præmitti solet. Epistola viii, § 6. Vide ibidem Aduotationes et Scholia S. Maximi.

Πρωτοουργός, *primitus operans*. Cœlestis Hierar. cap. 7, § 1.

